







FIDES EST RECTA

SPE MEA IN DEO



MISSALE

DIVINORVM SECVNDVM

cõſuetudinẽ almę eccleſię Hiſpalenſis:
denuò impreſſum, in quàm pluri-
bus valdè neceſſarijs ſumma cũ
diligẽtia emendatum.

Hiſpali apud Ioãnem Gotherium.

1565.

ANNO. DÑI.

1565.



IOANNES GOTHERIVS

TYPOGRAPHVS

Orthodoxis, & pijs sacrificis. S. P. D.



Venit tandem religiosi, & obseruandi patres Christo optimo maximo auspice, quod diu, multumq; a toto sacro ordie summis votis petebatur: vt scilicet ad nostrę ecclesię normã sacræ theurgiæ ordinarium concinniori, ac emẽdatiori contextu compositum ederetur. En vobis in publicum prodit multo, quam antehac castigatius, & ad ipsius primariæ ecclesiæ amussim correctius. Vt desiderio, aut inuidiæ nullus deinceps locus superesse videatur: sed neq; rei sacrę minus periti de mysteriorũ perplexitate iure expostulare possint. Debetur sane huius operis noua institutio, & correctio solertissimæ curæ clarissimi Antistitis nostri. Qui cũ toti Hispanicæ ecclesiæ è romani Pontificis perduellibus vindicãdæ, vt tertius seruator inuigilet, adeo tanti muneris mole non premitur, vt bona fide ad suæ diæceseos res animum etiam intendat, nihil potius, ac antiquius habens, quam sibi demandato ouili, quos deus possit, pascẽdo, ac formãdo operam sedulã nauare. Post multa autem in sacri ordinis rem prudentissime, ac sanctissime vel ad clerum pie, riteq; instituendum, vel ad morum licentiam frænandam decreta (animaduerso in sacrorũ ratione inter huiusce ecclesiæ mystas parum constare, idque absonum esse, ac non nihil offendiculi pijs, & doctis auribus obijcere exactiorem curam circa res tam augusti, & sacrosancti mysterij desiderantibus: ad hæc in sacris Tridenti comitijs eidem negotio a patribus in vniuersam ecclesiã consultum esse) sacrum missale reformandum, ac denuo formis excudendum curauit. Consultis ergo hac de re Hispalẽsis ecclesiæ proceribus, eam prouinciam viris probatis cum sacrarũ literarum, tum ecclesiasticorum rituum peritis demandauit. Hisque in primis iniunctum est, vt quatenus fieri possit, cum breuiario nuper excusso officiorum rationem componerent: liberumque esset, quædam officia, quæ eruditorum iudicio minus cum festis congruerent, expungere, alia aliunde desumpta reponere, collectasque (quas commemorationes vocant) in celebriora festa incidentes in commune sanctorum relegare, superflua resecare, desiderata resarcire, regulas diffusas contrahere, inuolutas, & intellectu difficiles dilucidiores facere: dare denique operam, ne quid aut celebrantiũ intelligentiam remoraretur, aut pium affectũ disturbaret. Quod quidem munus singulari (vt ego arbitror) cum diligentia executi sunt. Nã diuersarum diœceseon missalis cum hoc nostro conferentes, officia & collectas nostratium sanctorum, quæ in ordinario romano minime leguntur, pluribus in locis correxerũt. In segmentis vero ex vtroque testamento, ex quibus missæ concinnantur, non nihil luctãdum fuit. Missali siquidem cum diuersis bibliorum exẽplaribus integrę, atq; illibatę fidei collato, multa passim offenderunt, quę aut expungenda, aut resarcienda, aut proprijs locis restituenda erant, quæ aut recognitorum audacia, aut scriptorum, & typographorum incuria corrupta legebantur. Quæ omnia (vti spero) pristinæ, atque germanę veritati restituta deinceps legẽtur. Quin regulas, quas generales vocant, quibus sacrorum peragendi ratio continetur, apponendas curarunt. Adiecta est denique deiparę virginis nomini sacra liturgia, elegãs quidem illa, & diuinæ scripturæ flosculis vernans, recens quidem nata, & pietate quorũdam patrum ex Conchensi ecclesia in nostras ceremonias adoptata: quæ pijs operatoribus non poterit non esse quam suauissima. Superest autẽ, ne dum aliorum patrocinium suscipio, mihi deesse videar: nam postquam missale recognitum, reformatumque a dignissimo propræsule Ioanne ouando recepi, quæ me partes erant, obnixe curaui, vt ei omnia, quæ in publicum exirent, exacte responderent. Quod quidem an sim consecutus, quibus vtendum datur, iudicandum relinquo. Accipite igitur sacrati viri placido, ac beneuolo animo labores pro communi vtilitate susceptos, meque inter augustissima illa, & tremenda mysteria (quod mihi cumulatissimę mercedis instar erit) identidem superis commendate. Valete.

Annus hʒ mēses xij. hebdōas lij. ⁊ dīē vnum: ⁊ hʒ dies ccclxv. ⁊ ho. vj

Aureus numer⁹. **KL** Januari⁹ habet dies xxxj. Luna xxx. Nox habet horas xv. Dies vero ix.

iij	A	Januarij		Circuncisio dñi. j. digni. proce.
	b	iiij	noñ.	Octaua sancti Stephani. v. dig.
xj	c	iij	noñ.	Octaua sancti Joannis. v. digni.
	d	p̄die noñ		Octaua sanctorum innocētū. v. dig.
xix	e	Nonis		Uigilia solennis quantum ad horas
viij	f	viij	id⁹	Epiphania dñi j. dig.
	g	vij	id⁹	Julianus, ⁊ Basilissa mar. v. dig.
xvj	A	vj	id⁹	Fulgenti⁹ ep̄us Astigieñ. cōf. v. dig.
v	b	v	id⁹	
	c	iiij	id⁹	Paulus primus heremita. cō.
xiij	d	iij	id⁹	
ij	e	p̄die idus		Eductio dñi de Egypto.
	f	Jdibus.		Octaua Epiphanię ij. dign.
x	g	xix. cl. feb.		Hilari. ep̄⁹ ⁊ do v. d. Felicʒ ipi m̄. d.
	A	xviij	cal.	Festū dulcis. nis Jesu. j. dig. Mauri
xviij	b	xvij	cal.	Marcell⁹ papa, ⁊ mar. v. di. (abba. d
vij	c	xvj	cal.	Antonius monachus: ij. dig. cō.
	d	xv	cal.	Prisca virgo: vj: dign:
xv	e	xiiij	cal.	
iiij	f	xiij	cal.	Fabiā⁹, ⁊ Sebastian⁹ mar: ij. di. pce.
	g	xij	cal.	Agnes vir, ⁊ m̄, v, di, Fruct, Augu,
xij	A	xj	cal.	Uincēti⁹ mar, ij, dig. p, (⁊ Eleu, cō,
j	b	x	cal.	Jllephonsus archiep̄us, ii, di, proc,
	c	ix	cal.	
ix	d	viij	cal.	Cōuersio sancti Pauli, ii, dig, proc,
	e	vij	cal.	Polycarp⁹ episcop⁹, ⁊ mar, vj, dig,
xvij	f	vj	cal.	
vj	g	v	cal.	Agnes scdo, vi, d, Thyrsi m̄, cū soc. d
	A	iiij	cal.	Ualeri⁹ ep̄⁹ Cęsar augs, mar, v, dig,
xiiij	b	iij	cal.	
iij	c	p̄die	cls.	

Marcus numerꝰ. **KL** Februariꝰ hȝ dies xxviij. Luna xxix. Et qñ est bissextꝰ hȝ dies xxix. lũa xxx. Nox hȝ horas xiiij. dies vero x.

	d	Februarij.	Ignatiꝰ epꝰ, mr̃ v. d. Brigi. vir. com̃.
xj	e	iiij non̄.	Purificatio beate Marię j. di. pro.
xix	f	iij non̄.	Blasius epus ꝛ mar. ij. dig. proce.
viij	g	pridie non̄	
	A	Nonis.	Agatha virgo ꝛ mar. v. dig.
xvj	b	viij id̄	Vedaūꝰ, ꝛ Amandus epi. vj. dig.
v	c	vij id̄	Dorothea virgo. vj. dig.
	d	vj id̄	
xiij	e	v id̄	
ij	f	iiij id̄	Scholastica virgo. vj. di. Soteris.
	g	iij id̄	vir. cõ.
x	A	Pridie idꝰ	Eula. barch. vir. ꝛ mar. v. di. Thi-
	b	Idibus.	moth. ꝛ Feli. ꝛ Zeno mar. d.
xviij	c	xvj cl. Mai	Valentinꝰ presbyter, ꝛ mar. vj. dig.
vij	d	xv cal.	Sol in pisce.
	e	xiiij cal.	
xv	f	xiij cal.	
iiij	g	xij cal.	
	A	xj cal.	
xij	b	x cal.	
	c	ix cal.	
	d	viij cal.	Cathedra sc̄ti Petri apl̄i. ij. dig. pc.
ix	e	vij cal.	Ieiunium.
	f	vj cal.	Matthias apl̄us. ij. di. pro. Bisextū
xvij	g	v cal.	sexte martis tenuere cl̄ę. Po
vj	A	iiij cal.	sterioꝛe die celebrētur festum
	b	iij cal.	Mathię: Sabbato si fuerit
xiiij	c	pridie cl̄s.	ibi, ꝛ non alibi celebretur.

Aureus numer⁹ KL Martius habet dies.xxxj.Luna.xxx.
Nox habet horas.xij.Dies vero.xij.

iij	d	Martius	Albin⁹ ep⁹ ij.di.p.regie. Niceph m. cõ.
	e	vj nõn.	
xj	f	v non.	Emeteri⁹, ⁊ chelidoni⁹ mar. v.di.
	g	iiij non.	
xix	A	iij non.	
viij	b	pridie nõn	
	c	Nonis	Perpetua, ⁊ felicitas ma. v.dig.
xvj	d	viij id	Thomas Aqnas p̄sb. ⁊ doc. ij.dig.
v	e	vij id	
	f	vj id	
xiij	g	v id	Edificatio eccl'ie Hispalen. ij.dig.p.
ij	A	iiij id	Grego.papa cõf. ⁊ docto. ij.dig.pro.
	b	iij id	Leãder archiep̄us, ⁊ do. ij.dig.pro.
x	c	Pridie id⁹	Florentina virgo. v.dig.
	d	Idibus	
xviij	e	xvij.cl.apl.	
vij	f	xvj cal	
	g	xv cal	Gabri.archã. ij.di.p. Sol in ariete.
xv	A	xiiij cal	Joseph sponsus Marię vir. ij.dig.
iiij	b	xiij cal	Octaua sancti Leandri. v.dig.
	c	xij cal	Bñdict⁹ abb. ⁊ cõf. v.d. Equoctium vernale.
xij	d	xj cal	
j	e	x cal	
	f	ix cal	
ix	g	viij cal	Annuntiatio beatę Marię. j.digni.
	A	vij cal	
xvij	b	vj cal	
vj	c	v cal	
	d	iiij cal	
xiiij	e	iij cal	
iij	f	Pridie cl's.	

Aureus numerꝰ.	KL	Aprilis habet dies.xxx. Luna.xxix.		Nox habet horas.xj. Dies vero:xiij.
	g	Aprilis.		Maria Egyptiaca.ij.dig.proc.
xj	A	iiij	non.	Franciscus de paula. v.dignita.
	b	iij	non.	Ambrosiꝰ epꝰ,cõf.ꝛ doc.ij.dig.pro.
xix	c	Pridie no.		Isidorꝰ archiepꝰ,doc.ꝛ cõf.j.dig.p.
viij	d	Nonis.		
xvj	e	viij	id	Trãslatio scti Leãdri archiep.iiij.d.
v	f	vij	id	
	g	vj	id	
xiij	A	v	id	
ij	b	iiij	id	
	c	iij	id	Octaua sancti Isidori.ij.dignita.
x	d	Pridie idꝰ		Trãsla.sctõrũ seruãdi,ꝛ ger.iiij.dig.
	e	Idibus		Emergildus rex,ꝛ mart.ij.dignita.
xviij	f	xviij.cl.mai.		Cyburtiꝰ,ꝛ vale.ꝛ maxi.m̃.vj d.3.le
vij	g	xvij	cal	Encratia vir.ꝛ socij eius mar.v.dig.
	A	xvj	cal	Toribiꝰ epus Asturicen.v.dig.
xv	b	xv	cal	Sol in tauro.
iiij	c	xiiij	cal	
	d	xiij	cal	
xij	e	xij	cal	
j	f	xj	cal	
	g	x	cal	Leo papa.v.dignitatis.
ix	A	ix	cal	Georgiꝰ mar.v.di.Felicis,fortu.Achilei mar.cõ.
	b	viij	cal	
xvij	c	vij	cal	Marcꝰ euã.ij.di.p.Letania maio.
vj	d	vj	cal	Cletus papa,ꝛ mar.v.dignita.
	e	v	cal	
xiiij	f	iiij	cal	Uitalis mar.vj.dig.
iij	g	iij	cal	Petrus mar.ordinis predica.v.dig.
	A	Pridie cl's		

Aureus numer⁹	C	L	Maius habet dies xxxj. Luna xxx. Nox habet horas x. Dies xiiij
[illegible]	b	Mai	Apli Philipp⁹, ⁊ Jacob⁹ ij. di. proc.
	c	vj. Nonas	Athanasius episcopus. v. di.
[illegible]	d	v non	Inuētio s. crucis. j. di. p alexā. euē. ⁊
viij	e	iiij Non	Corona dñi. j. di. p. theo cō.
	f	iij non	
xvj	g	pridie noñ	Joānes ante portā latinā. ij. di. pro.
v	A	Nonis	
	b	viij id	Reuelatio sancti Michaelis. ij. d. p.
xiiij	c	vii id	Traslatio sancti Nicolai v. di.
ij	d	vi id	Gordianus, ⁊ Epimach⁹ mar. v. di.
	e	v id	
x	f	iiij id	Dñic⁹ calcia. ij. di. Nerei, achi. atq₃ Pancra. cō.
	g	iii id	
xviij	A	pridie idus	Victor, ⁊ Corona. mar. vj. di.
vij	b	Idibus	Torquat⁹, ⁊ socij ei⁹ epi, ⁊ cōf. v. dig.
	c	xvij cl. iuñ.	
xv	d	xvj cal.	
iiij	e	xv cal.	Trāsla. s. antōini. mr. v. d. sol i gemi.
	f	xiiij cal.	Petr⁹ d mur. cō. v. d. potētivir. con.
xij	g	xiij cal.	Bernardin⁹ cōf. d ordi. mi. ij. di. bau delij mar. cōf.
j	A	xii cal.	
	b	xi cal.	
ix	c	x cal.	
	d	ix cal.	
xvij	e	viij cal.	Urban⁹ papa, ⁊ mr. vj. d. Estas oriť
vj	f	vij cal.	
	g	vj cal.	
xiiij	A	v cal.	
iij	b	iiij cal.	
	c	iij cal.	
xi	d	pridie cl's	Petronilla virgo. vj. dig.

Aureus numerꝰ.  Junius habet dies xxx. Luna xxix. Nox habet horas ix. Dies vero xv.

	e	Junij		Nicomedes, ⁊ reuerianus mar. vj.d
xix	f	iiij	non	Marcellinus, ⁊ Petrus mar. v.dig
viij	g	iij	non	
xvj	A	pridie no		
v	b	Nonis.		
	c	viij	id	vj.dig.
xiij	d	vii	id	Pbr̃ euectiꝰ ⁊ theodulꝰ, ⁊ alij. iij.m̃.
ij	e	vi	id	Medardꝰ ep̃ꝰ, ⁊ cõf. vj.dig.
	f	v	id	Primus, ⁊ felicianus mar. vj.di.
x	g	iiij	id	Getulius, ⁊ Cerealis mar. vj.di.
	A	iii	id	Barnabas apostolus. ij.dig.pro.
xviij	b	Pridie idꝰ		Basilides cyri. nabo. naza. m̃. vj.di.
vij	c	Idibus		Fernãdꝰ (alias ãto) cõf. de ordi. mi(no. ij.dig.
	d	xviij cls. iul		
xv	e	xvij	cal	Vitꝰ, ⁊ modestꝰ, et crescẽ. mar. vj.di.
iiij	f	xvj	cal	Cyricus, ⁊ Julita mar. v.dig.
	g	xv	cal	Sol in cancro.
xij	A	xiiij	cal	Marcꝰ, ⁊ marcellianus mar. vj.di.
j	b	xiij	cal	Geruasiꝰ, ⁊ protasius mar. v.di.
	c	xij	cal	Sylueriꝰ papa, ⁊ m̃. vj.di. Solstitiũ (estiuale.
ix	d	xj	cal	
	e	x	cal	Acaciꝰ, ⁊ socij eiꝰ m̃. v.di. pauli epi et
xvij	f	ix	cal	Vigilia solen. Jeiuniũ. cõf. cõ.
vj	g	viij	cal	Natiuitas scti Joan. baptist. j.di.p.
	A	vij	cal	
xiiij	b	vj	cal	Joãnes, ⁊ paulꝰ mar. v.d. pelagij. d.
iij	c	v	cal	Zoylus mar. ij.dig.pro.
	d	iiij	cal	Vigil. solẽ. ieiuniũ. Leonis papę. d.
xj	e	iij	cal	Petrꝰ, ⁊ paulꝰ apostoli. j.dig.pro.
	f	pridie cls.		Cõmemoratio sancti pauli. ij.dig.

Aureus numer⁹.			Julius habet dies xxxj. Luna. xxx. Nox habet horas .ix. Dies vero xv.
xix	g	Julij.	Octaua scti Joānis baptistę. ij. dig.
viij	A	vj Noñ.	Visitatio scte Marię. j. d. p. pcessi ꝛ
	b	v Noñ.	Martiniani cō.
xvj	c	iiij noñ.	Laurean⁹ mar. archiep̄⁹ Hisp. ij. di.
v	d	iij noñ.	(pce. Trāslatio s. Marti. d.
	e	pridie non.	Octaua apl'oꝝ Petri, ꝛ Pauli. ij. di.
xiiij	f	Nonis.	Martialis ep̄⁹, ꝛ cōf. v. di.
ij	g	viij id	
	A	vii id	Zenon, ꝛ alij. x. mil. cc. ꝛ. iij. mr. vj di.
x	b	vi id	Septē fratres mar. vj. di.
	c	v id	Traslatio sancti benedict. ab. v. dig.
xviij	d	iiij id	Nabor, ꝛ Felix martyres. vj. dig.
vij	e	iii id	Margarita virgo, ꝛ martyr. vj. di.
	f	Pridie id⁹	Heraclius ep̄us, ꝛ confe. vj. dig.
xv	g	Idibus	Eutropi⁹, Zozimas, ꝛ bono. m̄. vj. d.
ij	A	xvij cl. Au.	Triū. s. cru. iij. dig. Eustachij cōf. d.
	b	xvj cal.	Justa, ꝛ Rufi. vir. ꝛ m̄. j. d. p. dies ca.
ij	c	xv cal.	Marina vir. ꝛ ma. ij. d. p. sol i leōe.
j	d	xiiij cal.	Sperat⁹, ꝛ comites ei⁹ mar. vj. dig.
	e	xiij cal.	Seuerius ep̄us, ꝛ confe. vj. dig.
ix	f	xii cal.	Praxedis virgo. ij. dig. proce.
	g	xi cal.	Maria Magdalena. ij. dig. pro.
xvij	A	x cal.	Apollinaris episcopus, ꝛ mar. vj. d.
vj	b	ix cal.	Vigilia solen. ieiuniū. Xp̄ine vir. cō.
	c	viij cal.	Jacobus apostolus. j. dig. proce.
xiiij	d	vij cal.	Xp̄ofor⁹, ꝛ Cucufa. mar. ij. dig. pro.
iij	e	vj cal.	Anna mater Marię. ij. dig. proce.
	f	v cal.	Nazarij, celsi, ꝛ pantaleonis mar d.
xj	g	iiij cal.	Martha vir. ij. dig. p. Feli. sim. fau.
xix	A	iij cal.	Abdō, ꝛ sennē mar. d. (ꝛ beatri. cō.
	b	pridie cl's.	Oct. dies s. Ja ij. d. germ. ep̄i, ꝛ cōf. d.

✠ v

Aurcus numer⁹ **AU** Augustus habet dies xxxi. Luna xxx.
Nox habet horas xi. Dies vero xiii.

viij	c	Augusti		Vincula Petri. iii. di. Felicis mr. ɔ.
xvj	d	iiii. Nonas		Stephan⁹ papa, ꝛ mar. vi. dig.
v	e	iii	non.	Inuē. s. stepha. v. d. Sa. nico. abi. ɔ.
	f	pridie nō		Maria d ni. i. di. p iustini ps. ꝛ m. ɔ.
xiij	g	Nonis		Dñic⁹ cōf. de ordi. pdi. ii. dig. pcel.
ii	A	viii	id	Trāsfi. dñi i. di. p (mr ɔ. Mame. ɔ.
	b	vii	id	Xyst⁹, Fel. Iust⁹. ꝛ pa. v. d. dōati epi
x	c	vi	id	ꝛ Cyria. Larg⁹, ꝛ Sma. mar. iii. lec.
	d	v	id	Romanus mar. iii. lect. Ieiuniū.
xviij	e	iiii	id	Laurentius mar. ii. dig. proce.
vij	f	iii	id	Tyburtii mart. cōmemo.
	g	Pridie id⁹		Clara virgo. v. dig.
xv	A	Idibus.		Hippolyti mart. cū sotiis suis. Cō.
iiij	b	xix cal. Sep.		Vigil. Ieiuniū. Eusebii presby. cō.
	c	xviii	cal.	Assumptio scte Mar. virgis. i. d. p.
xii	d	xvii	cal	
i	e	xvi	cal	Octaua sancti Laurentii. cō.
	f	xv	cal	Agapiti marty. cōm.
ix	g	xiiii	cal	
	A	xiii	cal	Bernardus abbas. ꝛ do. ii. dig. pro.
xvij	b	xii	cal	Priuati epi ꝛ mar. cō.
vj	c	xi	cal	Oct. s. Ma. ii. di. Tim. ꝛ sim. mr. ɔ.
	d	x	cal	Claudi⁹, Aste. thi. apol. mr iii. le. iei.
xiiij	e	ix	cal	Bartholome⁹ aplus ii. dig. proce.
iij	f	viii	cal	Genesius ꝛ Genesius mar: v. dig.
	g	vii	cal	Ludo. rex frā. ii. d. Zephi. pa. ꝛ scdi. ɔ
xj	A	vi	cal	Georgi⁹ Aure. Nlię m. v. d. cęsa. cō.
xix	b	v	cal	Augus. ep⁹, ꝛ cōf. ii. di. p. fel. cō.
	c	iiii	cal	Decolla. s. Ioā. bap. ii. d. p. Sabinę
viij	d	iii	cal	Felix, ꝛ Adau. mar. vi. dig. vir. cō.
	e	pridie cls.		Paulinus epus, ꝛ cōfesso. vi. dig.

Aureus numerus.				Septēber habet dies xxx. Luna xxix. Nox habet horas xij. Dies vero xij.
vj	f	Septēbris		Egidiꝰ abbas v.d. prisci vicētij, ⁊ lē
	g	iiij	noñ.	Antōinus mar. ij.di.p. ti cō
	A	iij	noñ.	
xiij	b	pridie No.		Marcellus mar. vj.dig.
ij	c	Nonis		
	d	viij	id	
x	e	vij	id	Uigilia solē. ieiuniū. Joā.mar. con.
	f	vi	id	Natiui.s.Marię.j.di.p. Finiūt dies caniculares.
xviij	g	v	id	
vij	A	iiij	id	
	b	iij	id	
xv	c	Pridie idꝰ		Gorgonius, ⁊ Dorotheus mar. cō.
iij	d	Idibus		Protus, ⁊ Hyacinthus mar. cō.
	e	xviij cl.oct.		Exaltatio sanctę crucis. iij.dig.
j	f	xvij	cal.	Oct.s.ma. ij.d. nicome. ⁊ vale.m̄. cō.
	g	xvj	cal.	Euphe.vir. v.d. lucię, ⁊ gemi.m̄r. cō
	A	xv	cal.	Corneliꝰ, ⁊ cypria. v.d. Sol in libra.
ix	b	xiiij	cal.	
	c	xiii	cal.	
xvij	d	xii	cal.	Equinotium ęstiuale. Jeiunium.
vj	e	xi	cal.	Mattheus aplus, ⁊ euang. ii.d.pro
	f	x	cal.	Mauricius cū socijs suis m̄r. v.dig.
xiiij	g	ix	cal.	Tecla virgo, ⁊ mar. vi.dig.
iij	A	viii	cal.	Constantia uirgo. v.dig.
	b	vii	cal.	Cleopha.mar. vi.dig.
xj	c	vi	cal.	Cyprianus, ⁊ Justina.mar. v.di.
xix	d	v	cal.	Cosmas, ⁊ Damianꝰ m̄r. v.dig.
	e	iiii	cal.	Faust. ⁊ Januariꝰ, ⁊ mar. m̄r. v.d.p
viij	f	iii	cal.	Michael archan. i.dig.procel.
	g	pridie	clš.	Hieronymus presby. ⁊ cōf. ii.di.p

Aureus numer⁹. **OCT** October habet dies.xxxi. Luna.xxx. Nox habet horas xiiii. Dies uero x.

xvj	A	Octobris.	Remigi⁹,& Germanus epi vj.di.
v	b	vj. Nonas	Leodegarius episcop⁹,& ma.vi.di.
xiij	c	v nonn	
ij	d	iiij nonn	Franciscus confe.ij.di.proce.
	e	iij nonn	Atillan⁹ episcop⁹ Zamoren.v.di.
x	f	pridie nonn	Fides uirgo,& mar.v di.
	g	Nonis	Lin⁹ papa,& mar.v.di.ma.papa,& cōf.9.Sergii,& Bacchi.9.
xviii	A	viij id	
vij	b	vij id	Dionysi⁹,Rustic⁹,cū socij ma.v.dig
	c	vj id	Paulinus episcop⁹,& cōf.vi.di.
xv	d	v id	
iiij	e	iiij id	Celestinus,& Saty.mar.vj.dig.
	f	iij id	Gerardus confesso.v.di.
xij	g	Pridie id⁹	Calistus papa,& mar.v.dig.
j	A	Idibus.	
	b	xvij.cl.No	
ix	c	xvj cal	
	d	xv cal	Lucas euāg.ij.d.p.Sol in scorpiōe.
xvij	e	xiiij cal	
xvj	f	xiij cal	Caprasius marty.vi.di.
	g	xij cal	Nunillo,& Alodia vir.v.di.
xiiij	A	xj cal	Ursula uirgo cū xi.milib⁹ vir.v.di.
iij	b	x cal	Seruād⁹,& German⁹ ma.ij.di.pro.
	c	ix cal	
xj	d	viij cal	Crispinus,& Crispinian⁹ mart.cō.
xix	e	vij cal	Florentius mar.ij.di.proce.
	f	vj cal	Vicēti⁹,Sabina & xpeta m̄.v.d.ieiu.
viij	g	v cal	Simō.& Iudas apli.ij.dig.procef.
	A	iiij cal	Luperci,Victorici cō.
xvj	b	iij cal	Oct.sctōꝝ Ser.& Germ.v.d.Clau.
v	c	pridie cl's.	Vigil.oim sctōꝝ sol.ieiu.quiti.m̄.cō.

Aureus numerꝰ | C L | November habet dies xxx. Luna xxix. Nox habet horas xv. dies vero ix.

	d	Nouēbris	Festiuitas omnium sancto. ij. dig. p.
xiij	c	iiij Non	Commemoratio defunctoꝝ. ij. di. p
ij	f	iij non	
	g	pridie non	
x	A	Nonis	
	b	viij id	
xviij	c	vij id	
vij	d	vj id	Octaua dies omniū sctōꝝ. ij. dig.
	e	v id	Theodorus mar. vj. dig.
xv	f	iiij id	Mena mar. vj. di.
iiij	g	iij id	Martinus eps, ⁊ cōfe. ij. dig.
	A	Pridie idꝰ	Emylianus abbas. v. di.
xij	b	Idibus	Bricius epꝰ, ⁊ cōf. v. di.
j	c	xviij cl. dec	
	d	xvij cal.	Eugenius eps, ⁊ mar. v. dig.
ix	e	xvj cal.	
	f	xv cal.	Aciscl9, ⁊ Victoria ma. v dig. Sol i sa
xvij	g	xiiij cal.	Oct. dies scti mar. v. di. gittario.
vj	A	xiij cal.	Helisabeth. continē. ij. dig. pro.
	b	xij cal.	Romanus martyr. v. dig.
xiiij	c	xi cal.	Presentatio virg. Ma. j. di. pc.
iij	d	x cal.	Cecilia virgo, ⁊ mar. v. di.
	e	ix cal.	Clemēs papa, ⁊ mar. ij. di. Felici.
xj	f	viij cal.	Chrysogonus mar. v. di.
xix	g	vij cal.	Catharina virg. ⁊ mar. ij. di. pro.
	A	vj cal.	Petrꝰ Alexanarinus eps, ⁊ ma. v. d
viij	b	v cal.	Facundꝰ, ⁊ primiti. mar. v. di. Vi
	c	iiij cal.	lis, ⁊ Agri. cō.
xvi	d	iij cal.	Saturninꝰ epš, ⁊ mar. v. d. Ieiuniū
v	e	pridie calē.	Andreas apostolus. ij. dig. proce.

Aureus numer⁹			December habet dies xxxj. Luna xxx. Nox habet hor. xvj. Dies vero. viij.
xiij	f	Decēbris	Chrysanthi, mauri, ꝛ darię m̄. cōm.
ij	g	iiij noñ	
	A	iij noñ	
x	b	pridie non	Barbara virgo, ꝛ mar. ij. dig.
	c	Nonis	
xviij	d	viij id	Nicolaus ep̄⁹, ꝛ cōf. ij. di.
vij	e	vij id	Octaua sancti Andreę apli. v. di.
	f	vj id	Conceptio sanctę marię. j. di. pces.
xv	g	v id	
iiij	A	iiij id	
	b	iij id	Pauli ep̄i Narbonen. d.
xij	c	Pridie id⁹	
j	d	Idibus	Lucia virgo, ꝛ mar. ij. di.
	e	xix. cl'. Ja.	
ix	f	xviij cal	Octa. cōceptio. ij. dig. p pro regina.
	g	xvij cal	Leucadia vir. v. d. solstitium [illegible]
xvij	A	xvj cal	Eulalia Emeritē. vir. ꝛ mar. v. d.
vj	b	xv cal	Cōmem. annun. scte Mar. j. d. p.
	c	xiiij cal	Damas⁹ papa cō. v. d. Sol in ca[illegible]
xiiij	d	xiij cal	Dn̄icus abbas. v. dig. ieiunium.
iij	e	xij cal	Thomas apl's. ij. di. pro.
	f	xj cal	Trāsla. scti Isido. archiepi Hisp. ij. d.
xj	g	x cal	
xix	A	ix cal	Homilia. Ieiunium.
	b	viij cal	Natiuitas dn̄i. j. di. pro.
viij	c	vij cal	Stephan⁹ protomar. ij. di. pro.
	d	vj cal	Joānes aptus, ꝛ euan. ij. di. pro.
xvj	e	v cal	Sancti innocentes. ij. dig. pro.
v	f	iiij cal	Thomas Cātua. archiep̄⁹, ꝛ m̄. v. d.
	g	iij cal	Translatio scti Jacobi apli. iiij. dig.
xiij	A	pridie cls.	Sylvester papa, ꝛ cō. v. d. cōlū. [illegible]

INDEX FESTORVM MOBILIVM

An- Dñi vert.	aur nu- me.	Litere domi- nicales	Septuagesi ma.	Feria 4. ci- nerum.	Pascha Re surrectiõis.	Litaniæ mi nor.	Ascensio Domini	Festum Pẽ thecostes.	Fest. Sanct. Trinitatis	Festum cor poris christi	Aduentus Domini.	Dñic' iter pẽ. & ad.
1566	9	F	10 Feb.	27 Feb.	14 Apr.	20 Maij	23 Maij	2 Iunij	9 Iunij	13 Iunii	1 Dec.	25
1567	10	E	26 Ian.	12 Feb.	30 Mar	5 Maij	8 Maij	18 Maij	25 Maij	29 Maii	30 Nou	27
1568	11	DC	15 Feb.	3 Mar	18 Apr.	24 Maij	27 Maij	6 Iunij	13 Iunij	17 Iunii	28 Nou	24
1569	12	B	6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.	16 Maij	19 Maij	29 Maij	5 Iunij	9 Iunii	27 Nou	25
1570	13	A	22 Ian.	8 Feb.	26 Mar	1 Maij	4 Maij	14 Maij	21 Maij	25 Maii	3 Dec.	28
1571	14	G	11 Feb.	28 Feb.	15 Apr.	21 Maij	24 Maij	3 Iunij	10 Iunij	14 Iunii	2 Dec.	25
1572	15	FE	3 Feb.	20 Feb.	6 Apr.	12 Maij	15 Maij	25 Maij	1 Iunij	5 Iunii	30 Nou	26
1573	16	D	18 Ian.	4 Feb.	22 Mar	27 Apr.	30 Apri	10 Maij	17 Maij	21 Maii	29 Nou	28
1574	17	C	7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.	17 Maij	20 Maij	30 Maij	6 Iunij	10 Iunii	28 Nou	25
1575	18	B	30 Ian.	16 Feb.	3 Apr.	9 Maij	12 Maij	22 Maij	29 Maij	2 Iunii	27 Nou	26
1576	19	AG	19 Feb.	7 Mar	22 Apr.	28 Maij	31 Maij	10 Iunij	17 Iunij	21 Iunii	2 Dec.	24
1577	1	F	3 Feb.	20 Feb.	7 Apr.	13 Maij	16 Maij	26 Maij	2 Iunij	6 Iunii	1 Dec.	26
1578	2	E	26 Ian.	12 Feb.	30 Mar	5 Maij	8 Maij	18 Maij	25 Maij	29 Maii	30 Nou	27
1579	3	D	15 Feb.	4 Mar	19 Apr.	25 Maij	28 Maij	7 Iunij	14 Iunij	18 Iunii	29 Nou	24
1580	4	CB	31 Ian.	17 Feb.	3 Apr.	9 Maij	12 Maij	22 Maij	29 Maij	2 Iunii	27 Nou	26
1581	5	A	22 Ian.	8 Feb.	26 Mar	1 Maij	4 Maij	14 Maij	21 Maij	25 Maii	3 Dec.	28
1582	6	G	11 Feb.	28 Feb.	15 Apr.	21 Maij	24 Maij	3 Iunij	10 Iunij	14 Iunii	2 Dec.	25
1583	7	F	27 Ian.	13 Feb.	31 Mar	6 Maij	9 Maij	19 Maij	26 Maii	30 Maii	1 Dec.	27
1584	8	ED	16 Feb.	4 Mar	19 Apr.	25 Maij	28 Maij	7 Iunij	14 Iunii	18 Iunii	29 Nou	24
1585	9	C	7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.	17 Maij	20 Maij	30 Maij	6 Iunii	10 Iunii	28 Nou	25
1586	10	B	30 Ian.	16 Feb.	3 Apr.	9 Maij	12 Maij	22 Maij	29 Maii	2 Iunii	27 Nou	26
1587	11	A	12 Feb.	1 Mar	16 Apr.	22 Maij	25 Maij	4 Iunij	11 Iunii	15 Iunii	3 Dec.	25
1588	12	GF	4 Feb.	21 Feb.	7 Apr.	13 Maij	16 Maij	26 Maij	2 Iunii	6 Iunii	1 Dec.	26
1589	13	E	26 Ian.	12 Feb.	30 Mar.	5 Maij	8 Maij	18 Maij	25 Maii	29 Maii	30 Nou	27
1590	14	D	15 Feb.	4 Mar	19 Apr.	25 Maij	28 Maij	7 Iunij	14 Iunii	18 Iunij	29 Nou	24
1591	15	C	31 Ian.	17 Feb.	4 Apr.	10 Maij	13 Maij	23 Maij	30 Maii	3 Iunii	28 Nou	26
1592	16	BA	23 Ian.	9 Feb.	26 Mar	1 Maij	4 Maij	14 Maij	21 Maii	25 Maii	3 Dec.	29
1593	17	G	11 Feb.	28 Feb.	15 Apr.	21 Maij	24 Maij	3 Iunij	10 Iunii	14 Iunii	2 Dec.	25
1594	18	F	27 Ian.	13 Feb.	31 Mar	6 Maij	9 Maij	19 Maij	26 Maii	30 Maii	1 Dec.	27
1595	19	E	16 Feb.	5 Mar	20 Apr.	26 Maij	29 Maij	8 Iunij	15 Iunii	19 Iunii	30 Nou	24
1596	1	DC	8 Feb.	25 Feb.	11 Apr.	17 Maij	20 Maij	30 Maij	6 Iunii	10 Iunii	28 Nou	25
1597	2	B	23 Ian.	9 Feb.	27 Mar	2 Maij	5 Maij	15 Maij	22 Maii	26 Maii	27 Nou	27
1598	3	A	12 Feb.	1 Mar	16 Apr.	22 Maij	25 Maij	4 Iunij	11 Iunii	15 Iunii	3 Dec.	25
1599	4	G	4 Feb.	21 Feb.	8 Apr.	14 Maij	17 Maij	27 Maij	3 Iunii	7 Iunii	2 Dec.	26
1600	5	FE	20 Ian.	6 Feb.	23 Mar	28 Apr.	1 Maij	11 Maij	18 Maii	22 Maii	30 Nou	28
1601	6	D	8 Feb.	25 Feb.	12 Apr.	18 Maij	21 Maij	31 Maij	7 Iunii	11 Iunii	29 Nou	25
1602	7	C	31 Ian.	17 Feb.	4 Apr.	10 Maij	13 Maij	23 Maij	30 Maii	3 Iunii	28 Nou	26
1603	8	B	20 Feb.	9 Mar	24 Apr.	30 Maij	2 Iunij	12 Iunij	19 Iunii	23 Iunii	27 Nou	23
1604	9	AG	5 Feb.	22 Feb.	8 Apr.	14 Maij	17 Maij	27 Maij	3 Iunii	7 Iunii	2 Dec.	26
1605	10	F	27 Ian.	13 Feb.	31 Mar	6 Maij	9 Maij	19 Maij	26 Maii	30 Maii	1 Dec.	27
1606	11	E	16 Feb.	5 Mar	20 Apr.	26 Maij	29 Maij	8 Iunij	15 Iunii	19 Iunii	30 Nou	24
1607	12	D	1 Feb.	18 Feb.	5 Apr.	11 Maij	14 Maij	24 Maij	31 Maii	4 Iunii	29 Nou	26
1608	13	CB	24 Ian.	10 Feb.	27 Mar.	2 Maij	5 Maij	15 Maij	22 Maii	26 Maii	27 Nou	27
1609	14	A	12 Feb.	1 Mar	16 Apr.	22 Maij	25 Maij	4 Iunij	11 Iunii	15 Iunii	3 Dec.	25
1610	15	G	4 Feb.	21 Feb.	8 Apr.	14 Maij	17 Maij	27 Maij	3 Iunii	7 Iunii	2 Dec.	26
1611	16	F	20 Ian.	6 Feb.	24 Mar.	29 Apr.	2 Maij	12 Maij	19 Maii	23 Maii	1 Dec.	28
1612	17	ED	9 Feb.	26 Feb.	12 Apr.	18 Maij	21 Maij	31 Maij	7 Iunii	11 Iunii	29 Nou	25
1613	18	C	31 Ian.	17 Feb.	4 Apr.	10 Maij	13 Maij	23 Maij	30 Maii	3 Iunii	28 Nou	26
1614	19	B	20 Feb.	9 Mar	24 Apr.	30 Maij	2 Iunij	12 Iunij	19 Iunii	23 Iunii	27 Nou	23
1615	1	A	5 Feb.	23 Feb.	9 Apr.	15 Maij	18 Maij	28 Maij	4 Iunii	8 Iunii	3 Dec.	26
1616	2	GF	28 Ian.	14 Feb.	31 Mar.	6 Maij	9 Maij	19 Maij	26 Maii	30 Maii	1 Dec.	27
1617	3	E	16 Feb.	5 Mar	20 Apr.	26 Maij	29 Maij	8 Iunij	15 Iunii	19 Iunii	30 Nou	24
1618	4	D	1 Feb.	18 Feb.	5 Apr.	11 Maij	14 Maij	24 Maij	31 Maii	4 Iunii	29 Nou	26
1619	5	C	24 Ian.	10 Feb.	28 Mar	3 Apr.	6 Maij	16 Maij	23 Maii	27 Maii	28 Nou	27
1620	6	BA	13 Feb.	1 Mar	16 Apr.	22 Maij	25 Maij	4 Iunij	11 Iunii	15 Iunii	3 Dec.	25
1621	7	G	25 Ian.	14 Feb.	1 Apr.	7 Maij	10 Maij	20 Maij	27 Maii	31 Maii	2 Dec.	27
1622	8	F	17 Feb.	6 Mar	21 Apr.	27 Maij	30 Maij	9 Iunij	16 Iunii	20 Iunii	1 Dec.	24
1623	9	E	9 Feb.	26 Feb.	13 Apr.	19 Maij	22 Maij	1 Iunij	8 Iunii	12 Iunii	30 Nou	25
1624	10	DC	25 Ian.	11 Feb.	28 Mar	3 Maij	6 Maij	16 Maij	23 Maii	27 Maii	28 Nou	27

REGVLAE GENERALES,

QVOMODO DEBEAT FIERI OFFICIVM MISSAE

SINGVLIS DIEBVS.

INTROITVS.



Ntroitus missæ i festis i vel.2. dig. ter dicitur: dum tamẽ in prima vice introi.& .℣.in 2.introi. & Gloria Patri. in 3.introi.tantum dicatur.

¶ In alijs fest.cuiuscũq; dig.fuerint, diebus dominicis:& feriali.et sabbatis, quando celebratur de Virgine, introitus bis tantum dicatur,in 1. vice introitus & ℣.& Gloria qñ.in 2.introi.tantum.

KYRIEELEISON.

¶ Post introi.semper dicitur Kyriel.more solito:preterq; in vigi. Resurrect. & Pente.in quibus diebus missa non habet officium: sed incipitur a Kyriel.

GLORIA IN EXCELSIS

¶ In omnibus dñicis:& in fest.1.2.3.4.& 5.dig. & in fest.3.lec.& ferijs occurrentibus in tpe resurrect.& in vigi.occurrenti.diebus dñicis:& in vigi.epipha.resurre.ascensi.pente.& sancti Ioã bapti.& apľorũ Petri, & Pau.quãdo inciderint infra oct.Corpo.Xpi.q;uis non incidãt in dñi. semper dr̃ Gloria in excelsis.

¶ Item in omnibus festi.beatę Marię dr̃ gl̃ia d' btã virgi.in die principali,& in oct.die tantum dr̃ etiã in omnibus sabb.totius anni,qñ celebratur de ea,& in die natalis dñi ad missam maiorẽ.

¶ Nota q in dñicis aduen.septuag.et q̃dra.non dicitur gl̃ia.nec in missis peculiaribus,siue votiuis,preterq; in missis beatæ Mariæ.

DE CLAVSVLIS

¶ In fest.1.vel.2.dig. & in trib. diebus solenni. post fes.& in octa. die non dr̃. nisi vna oro: siue his diebus occurrat dies dñica,vel fest.3.lec. siue non trãsactis tribus die.solẽnibus,si in alijs simplicibus inciderit fest.3. lect. vel dñica,fiat commemoratio de eis sub vna clausula.

¶ In fes.3.dig.& in vig.solẽni.non fiat,nisi vna clau.& sub eadẽ fiat commemo.fes.3.lect.si inciderit,vel de dñica, vel de octa. simp.

¶ In fes.vero. 4.vel.5.dig.fiant duę clausulæ,in prima dr̃ oratio illius sancti,cuius fest. celebraf, in secunda autẽ.1.oro sit de virg. & 2.de ecclesia. Si vero ista die occurrat etiã fes.3.lec. vel aliqua feria,de quibus debeat fieri commemo. in secunda clau.prima oro sit de fest.3.lec.vel de feria. & secunda oratio de virgine.

¶ Et nota,quod in dñicis per totum annũ,& in fes.3. lec.seruef idẽ ordo,qui in fes. 4.& 5.digni.

¶ In ferijs etiã fiãt duæ clau.in prima dr̃. oro feriæ:in 2.prima oro sit de virgine: 2. de ecclesia.

¶ In quadrag.vero,qñ missa dr̃ de feria,fiũt duæ clau.in prima dicatur oro ipsius ferię,& i2.clau. si ea die inciderit fes. 4.vel 5.dig. prior oro sit de virgine,posterior autẽ de fes. Si vero tale fe. fuerit 6.dig. prior oro sit de fes. posterior de virgie: quia quando fiunt aliquę commemo. siue fiant sub vna clau.siue sub duabus, semper vltima oro debet esse sancti magis principalis.

¶ Item in sabba.qñ celebratur de virg.dicatur vna clau.si vero in sabbato inciderit aliquod fe. 3. lect.vel feria aduẽtus, fiant duę clau.in prima dicatur oro virg.in secunda prima oro sit de fes. 3. lec.vel de feria:& secunda de ecclesia.

FLECTAMVS

¶ Nota etiam:q in ferijs quadra.quãdo dr̃ de feria:ante primã oronẽ dr̃ (flectamus. &c.) a diacono,vel ministro: Similiter si prophetię sint dicẽdę in missa in eisdẽ ferijs, dicaf flectamus. &c. ante omnes orones.quę dicũtur ãte prophetias: excipitur feria 5.in cœna dñi, & sabbatũ sctũm.

¶ Itẽ in orationibus quæ dicuntur super populũ, cũ sacerdos peruenerit vsq; ad per dñm nrm i.x.f.t.q.t.v.&.r.ĩ.v.spũ.s.deus, statim dicat (oremus) & diaconus, vel sacrificulus seu minister dicit (humiliate.&c) deinde sacerdos incipit orationem sub missa voce vsq; ad per dñm nrm.&c quod dicitur alta voce.

GRADVALE

¶ In omnibus diebus per totũ annum dicitur. ℟. vel graduale, preterq; in vig.resurre. & pentecostes nã tũc loco. ℟. dicaf (alleluia) ℣. In die Resurre. vsq; ad dñicam. 4. post quasimodo.

ALLELVIA

¶ In omnibus fes.9.lec.fini.℟.cũ suo.℣.statim dr̃ (alľa) bis,& illico dr̃. ℣. & prosa,si fes.eam habuerit, & finita prosa repetitur (alľa) semel tantum. Sed in alijs diebus non habẽtibus prosam, & in sabbatis, quando celebratur de virgine (alľa) repetitur post. ℣. quia non dicitur prosa.

¶ In fest.vero.3.lec.& in ferijs finito.℣.Respõsorij dr̃. alľa.semel, & illico.℣.& repetitur (alľ) etiam semel.

¶ No.q in fes.sanctorum Innocentium, quando non celebratur de dominica, pro (alleluia) dicitur (Laus tibi Christe)

¶ Item in fes.occurrentibus a dñica in septuag. vsq; ad vigi.resurrec.si fuerint.1.vel. 2. dig. pro (alľa) dr̃ bis (Laus tibi Christe) & in fine semel.

¶ A t in ferijs a dominica in septuages. vsq3 ad fer. iiij. in capite ieiunij non dicatur (alla) nec tractus, sed dicitur ℟. cum suo. ℣. Sed in vigil. solennibus finito. ℣. respon. repetitur prima pars. ℟. nisi vigilia incidat in dñica, quia tunc dicitur alleluia.

¶ In ferijs quadrage. dicitur tractus eo ordine; quo preceditur in feria 4. in capite ieiunij.

¶ Prosa dicitur in his diebus tantum per totum annum: & non in alia die, s. in die natalis dñi ad missam maio. dicitur prosa (angelus consilij) & deinde vsq3 ad octauum diem epiphaniȩ: dicit etiam in die purificatio. beatȩ Mariȩ.

¶ In die sancto paschæ, & deinde vsq3 ad ascē sionem prosa (Agnus redemit oues)

¶ In die ascensionis, & de inde vsq3 ad vigi. pē. tecostes prosa (Rex omnipotens)

¶ In die pentecostes, & per totam octauam dicitur prosa (Sancti Spiritus)

¶ In die corporis christi, & per to. oct. (nisi aliud festū occurrat) dr̄ prosa (De xp̄i corpore)

¶ In die assump. sanctæ Mariæ, & per oct. dicitur prosa (Eia mater fidelium)

Nota ꝙ per totum anni circulum nulla dicitur prosa, Preterꝗ̄ in diebus supra assignatis.

CREDO.

Credo dr̄ in omnibus fest. j. dig. & in tribus diebus solennibus post festum, & in octa. die.

¶ Dicitur etiā in oībus diebus dñicis totius āni

¶ Dicitur etiā credo in omnibus festiuitatibus apostolorum, & euangelistarum. & quatuor doctorum ecclesiæ s. Hieronymi, Ambrosij, Augustini, & Gregorij, & in fest. sanctæ Mariæ Magda. in fest. sancti Leandri: & in sua octa. die, in fest. sanct. Seruandi, & Germani, in fest. Florētij, & etiā in festiui. sanctæ crucis, & feria 5. in cena dñi, quando episcopus conficit chrisma, & in dedicatione ecclesiarū Dicitur etiam credo, quādo processio incedit in aliquam ecclesiam, & missa dicitur de sancto, cui dedicata est illa ecclesia, & cæremoniæ fiunt, vt in fest. 2. dig. preterꝗ̄ in rogationibus, i quibus dicatur, vt in missali continetur, & sine credo.

PREFATIONES.

¶ Primo nota: ꝙ præfatio vsual. dr̄ per totum annum, preterꝗ̄ in diebus sequentibus.

¶ A vigi. natalis dñi vsq3 ad vigi. epipha. inclusiue in omnibus diebus: cuiuscunq3 dignit. sint. Dicat (quia per incarnati) nisi in fest. s. Ioā. euā. & sua octa. & in translatio. s. Iacobi: Item in die purifica. btē Mariæ in fest. corporis xp̄i cū suis octauis, nisi aliud fest. occurrat, in fest. nois Iesu in fes. annuntia. sanctæ Mariæ, & in die trasfigura. dñi dicatur præfatio (Quia per incarnati)

¶ In die epipha. & per octa. dicitur præfa (quia cum vnigenitus)

¶ A fer. 4. in capite ieiu. vsq3 ad sabbatum dñicæ i passione inclusiue dicatur præfa. qui corporali ieiu. dū tamen aliquod fes. non celebretur. Nam in ferijs quadragesimæ, ꝗ̄uis occurrat fe. 5. dig. missa q̄ vocatur maior, semper dicetur de feria cum commemora. fest. vt supra traditum est de clausulis.

¶ A dñica in passione vsq3 ad vigi. resurre. diebus dñicis: & feria. præfatio (Qui salutem) & eadem præfa. dicetur in festiuita. sanctæ crucis, & in festi corone dñi.

¶ A vigi. resurrecti. vsq3 ad diem ascensi. dñi tā in dñicis, ꝗ̄ in ferijs, & festis præfa. (Te quidem omni tempore) cæterum communicantes, & hāc igitur dicitur infra octa. tantum.

¶ In die ascensi. & deinde vsq3 ad vigi. pentec. præfa. Qui post resurrectionem suam.

¶ In die pente. & per to. hebdomadam præfa. (Qui ascendens)

¶ In dñica Trinita. præfa. (Qui cū vnigenito) & etiam cantetur tribus diebus sequentibus, si non inciderit festum.

¶ In fest. beatæ Mariæ, & in vigi. eorundem: & in sabbatis, quando solennizatur de ea, præfa. (Et te in veneratione) dū tamen (veneratione) mutetur in nomen illius fest. quod celebratur: excipitur fes. purifi. & annuntia. in quibus fiat, vt supra dictum est.

¶ In omnibus vigi. & diebus apostolorum omnium: & per octa. eorum præfa. (Te dñe suppliciter) & eadem præfa. cantetur in festi. euangelistarum.

¶ Notandum præterea, ꝙ in omnibus missis peculiaribus, siue votiuis, dicitur præfa. vsualis, nisi in missis beatæ Mariæ, in quibus dicatur (Et te in veneratione)

ITE MISSA EST.

¶ Quando in missa cantatur gloria, semper dicitur (Ite, missa est) quando non cantatur, dicat (Benedicamus dño) in missa pro defunctis dicatur (Requiescant in pace)

FERIIS.

In omnibus ferijs aduentus & resurrectio. & in ferijs incidētibus a dñica, j. post octa. epipha. vsq3 ad feriam 4. in capite ieiunij missa dicatur de dñica precedenti: & in sabbatis si fuerit feria, dicatur de virgine, nisi inciderint quatuor tēp.

¶ Notandū, ꝙ in 4. tēporibus totius anni semper fiet officium de illis, nisi inciderit aliquod festū 1. vel 2. dignita. excipiuntur 4. tēpora incidētia post fes. sanctȩ Luciæ, in quibus si aliꝗ festū inciderit cuiuscūq3 di. sit celebrabit, & non fer.

¶ Feriæ quadragesimȩ propriū habēt officium

¶ In ferijs vero occurrentibus a dñica prima post octa. corporis christi, vsq3 ad aduentū hic ordo seruandus est.

¶ Feria ij. dicatur miſſa de angelis.
¶ Feria iij. de trinitate.
¶ Feria iiij. de dñica precedenti.
¶ Feria v. de Spiritu ſancto.
¶ Feria vj. de Cruce.
¶ Sabbato de beata virgine, ſi quis incidat ſe ſt. .lect. ſed miſſa dicatur de virgine, & fiat com. de feſt. iij. lect. vt ſupra dictum eſt.
¶ In octauis ſimplicibus miſſa dicatur de octaua, & non de feria.

¶ Finis.

Aduiertaſe, que en las octauas de ſant Leandre ſe dize de la feria, y no de la octaua, por venir en la quareſma: y lo miſmo en las octauas de ſant Andres, quando alcança el aduiento.

¶ Incipit benedictio ſalis et aque. Dicnõ dicitur Dñs vobiſcum. nec Oremus. Sed miniſter benedicens aquã, indutus ſuperpellicio accipiat ſtolam, ⁊ apponẽs eã circa collum, lumine, incenſo, et parata cruce, dicat. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. ℞. Qui fecit celum, ⁊ terrã. ℣. Sit nomen dñi benedictum, ℞. Ex hoc nunc, ⁊ vſq; in ſeculũ.

¶ Exorciſmus ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis per deum ✠ viuum, per deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, per Deum. qui te per Heliſeum prophetã in aqua mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aque: vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium, ⁊ ſis omnibus te ſumẽtibus ſanitas anime, ⁊ corporis: ⁊ effugiat atq; diſcedat ab eo loco, in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia, ⁊ nequitia, ⁊ verſutia diabolice fraudis, omniſque ſpiritus immundus adiuratus: per eum, qui vẽturus eſt judicare viuos, et mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. Amen. Oremus. Orõ.

IMmenſam clementiã tuam, omnipotens, eterne Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam ſalis, quam in vſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere, ⁊ ſacti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis, ⁊ corporis, et quicquid ex eo tactũ, vel reſperſum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione ſpiritualis nequitie: Per dñm noſtrum Jeſũ Chriſtum, filium tuum, qui tecum viuit, et regnat, in vnitate ſpũs ſancti deus: per oĩa ſecula ſeculorũ. ℞. Amẽ

¶ Exorciſmus aque.

EXorcizo te creatura aque in nomine Dei Patris ✠ omnipotentis, ⁊ in nomine Jeſu ✠ chriſti filij ei9, dñi noſtri, ⁊ in virtute Spiritus ✠ ſancti: vt fias aqua exor-

cizata ad effugādam omnē potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare, et explātare valeas cum angelis suis apostaticis, per virtutem eiusdem domini nostri Jesu Christi: qui venturus est iudicare vivos, et mortuos, et seculum per ignem. Amen.

Oremus. Oratio.

Deus, qui ad salutē humani generis maxima queq; sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius invocationibus nostris: et elemēto huic multimodis purificationibus preparato virtutē tue bene✠dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis tibi seruiens, ad abijciēdos demones, morbosque pellendos, divine gratie sumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hec vnda resperserit, careat omni immūditia, liberetur a noxa, non illic resideat spiritus pestilens, nō aura corrumpens, discedāt omnes insidie latētis inimici: et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per invocationem sācti tui nominis expetita ab omnibus sit impugnationibus defensa: Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuū, qui tecum vivit, et regnat in vnitate spiritus sancti deus per ōnia secula seculorum. Amen. Hic mittatur sal in aquā in modum crucis. Commixtio salis, et aque sit pariter benedicta, in nomine ✠ patris, et fi✠lii, ✠ et spiritus sancti. Amen.

℣. Dñe exaudi oratiōem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus invicte virtutis auctor, et insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator, qui adverse dominatiōis vires reprimis, qui inimici rugiētis sevitiā superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas, te, dñe, tremētes, et supplices dprecamur, ac petimus, vt hanc creaturā salis, et aque dignāter accipias benignus illustres, pietatis tue more sāctifices: ✠ vt vbicunque fuerit aspersa per

inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abijciatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, ⁊ presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus vbique adesse dignetur: Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum: qui. viuit, ⁊ re. in vni. eiusdē spiritu sancti deus, per omnia secula seculorum. Amē.

Et benedictio dei patris ✠ omnipotētis, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiri ✠ tus sancti descendat, et maneat super hanc creaturam salis, ⁊ aque. Amē. Benedictio panis. ℣. Adiutoriū nostrū in nomine dñi. ℟. Qui fecit celum, ⁊ terrā. ℣. Sit nomen dñi benedictū. ℟. Ex hoc nunc, ⁊ vsq₃ ī seculū. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum, ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus

Bene ✠ dic, dñe, Oro. creaturam istā panis, sicut benedixisti quinq₃ panes in deserto: vt omnes gustantes ex eo recipiant tam corporis, quam anime sanitatem: Per Chrīum dñm nostrum. ℟. Amen. Oratio

Et benedictio Dei Patris omnipotentis, et Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ sancti descēdat, ⁊ maneat super hanc creaturā panis. Amē. Dñica j. in aduentu dñi pri' benedicatur aqua: deinde aspergatur a sacerdote. Et dum aspergitur aqua, incipiat cantor hāc antiphonā.

Asperges me, dñe, Hyssopo, et mundabor: lauabis me, ⁊ super niuē dealbabor. ℣. Miserere mei, deus, secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria patri. ⁊ Filio, ⁊ Spiritui sancto. Iterum. Asperges me. ℣. Ostende nobis, domine, misericordiā tuā: ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū Spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Exaudi nos, domine, sancte pater, omnipotēs, eterne deus, et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis: qui custodiat, foueat, protegat, visitet, et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo: Per Christum dominū nostrū. Et hoc modo dicatur omnibus dieb' dominicis per totum annum ad Missam.

¶ Missale secundum ordinem alme ecclesie Hispalensis: ad laudem & honorem Sanctissime Trinitatis feliciter incipit. Dominica prima aduentus domini ad Missam officium.





Ad te leuaui animā meam Deus meus, in te confido, non erubescam: neq3 irrideant me inimici mei, etenim vniuersi, qui te expectāt non confundentur. ℣. Uias tuas dn̄e demonstra mihi, & semittas tuas edoce me. ℣. Gloria patri. Rondicatur. Gloria in excelsis. Per totum aduentum: nisi in festis. ix. lectio. Oratio.

Excita (quesumus) domine potentiā tuam, et veni vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur, protegente, eripi: te liberante,

saluari. Qui viuis. Alia oratio de beata virgine et oratio Ecclesie tue. dicantur sub alia clausula. Si festum trium lectionum sit ista die, sub secunda clausula prima oratio sit de festo, et secunda de virgine: et cesset oratio. Ecclesie tue. Ad Romanos. Capit. xiij.

FRatres, scientes, quia hora est iam, nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox precessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus. Non in comessationibus, et ebrietatibus, non in cubilibus, et impudicitijs, non in contentione, et emulatione, sed induimini dominum nostrum Jesum christum. R. Uniuersi, qui te expectant, non confundentur, domine. V. Uias tuas domine notas fac mihi, et semitas tuas edoce me. Alla. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. Secundum Math. Cap. xxj.



IN illo tempore. Cum appropinquasset Jesus hierosolimis, et venisset Bethphage ad montem Oliueti: tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum, quod contra vos est, et statim inuenietis asinam alligatam, et pullum cum ea. Soluite, et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, et confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie Sion: ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt, sicut precepit illis Jesus. Et adduxerunt asinam, et pullum, et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cedebant ramos de arboribus,

et sternebant in via. Turbe autem, que precedebant, et que sequebatur, clamabat dicentes. O sanna filio David: benedictus qui venit in nomine domini. Credo in vnum Deum. Offer. Ad te leuaui animam meā: Deus meus in te cōfido, non erubescam, neqꝫ irrideant me inimici mei, etenim vniuersi, qui te expectant, non cō fundentur. Sacra. Hec sacra nos, domine, potenti virtute mundatos: ad suum faciant puriores, venire principium. Per. Cōmun. Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum. Post communionem. Oratio. Suscipiamus, domine, misericordiam tuam in medio templi tui, et reparatio nis nostre ventura solēnia congruis honoribus prece damus. Per. Benedicamus domino. ¶ Nota quod in omnibus ferijs aduentus domini dicitur missa dominicalis: nisi in ferijs quatuor temporum, et in sabbatis, quando celebratur d virgine. ¶ Dominica. ij. Ad Missam.



Populus sion, ecce domin⁹ veniet ad saluandas gentes, et auditam faciet dominus gloriam vocis sue in letitia cordis vestri. V. Qui regis israel, intende, qui deducis velut ouem, Joseph. Gloria patri, et filio. Oratio. Excita dn̄e corda nostra ad preparandas vnigeniti tui vias, vt per ei⁹ aduētū purificatis tibi mētibus seruire mereamur. Per eun. Ad Rom. Capit. xv. Fratres. Que cunqꝫ scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per patientiam, et consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientie, et solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum secūdum Jesum Christum, vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, et patrem domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Jesum Christum ministrum fuisse circūcisionis

propter veritatem Dei ad cõfirmandas promissiones patrum. Gentes autẽ super misericordiã honorare deũ sicut scriptũ est. Propterea confitebor tibi in gentibus, dñe, ⁊ nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gẽtes dominũ, et magnificate eum omnes populi. Et rursum Esaias ait. Erit radix Jesse, et qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, et pace in credendo, vt abũdetis in spe, ⁊ virtute spiritus sancti. ℟. Ex sion species decoris eius, Deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. All'a. ℣. Letatus sum in his, que dicta sunt mihi, in domum dñi ibimus.

Secũdum Lucã. Cap. xxj.



In illo tempore: Dixit dñs Jesus discipulis suis. Erunt signa i sole, ⁊ luna, et stellis, ⁊ in terris pressura gentium pre cõfusione sonitus maris, ⁊ fluctuum, arescentibus hominibus pre timore, ⁊ expectatione, que superueniẽt vniuerso orbi. Nã virtutes celorum mouebũtur. Et tunc videbũt filium hominis venientẽ in nube cũ potestate magna, ⁊ maiestate. His autẽ fieri incipientibus, respicite, et leuate capita vestra, quoniam appropinquat redẽptio vr̃a. Et dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam, ⁊ omnes arbores, cũ producunt iam ex se fructũ, scitis, quoniam prope est estas. Ita ⁊ vos cũ videritis hec fieri, scitote, qm̃ ppe est regnum Dei. Amẽ dico vobis, quia non preteribit generatio hec, donec omnia fiant. Celum, ⁊ terra transibũt, verba autẽ mea nõ trãsibunt. Credo. Offer. Deus tu conuertens viuificabis nos, ⁊ plebs tua letabitur in te: ostende nobis dñe misericordiam tuam, ⁊ salutare tuum da nobis. Sacra.

Placare dñe (q̃s) humilitatis nostre precibus, et hostijs: et vbi nulla suppetũt suffragia meritorum

tue nobis indulgentie succurre presidijs. Per. Com. Hierusalē surge, et sta in excelso: et vide iocunditatem, que veniet tibi a Deo tuo. Ps. Com.

Repleti cibo spiritualis alimonie, supplices te domine, deprecamur, vt huius participatione mysterij doceas nos terrena despicere, et amare celestia. Per dominum. Dicatur. Benedicamus domino. ¶ Dominica.iij. in aduentu domini ad missam. Officium.



Gaudete in domino semper, iterū dico, gaudete: modestia vr̄a nota sit omnib⁹ hominib⁹ dn̄s prope est: nihil solliciti sitis, sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud Deum. V. Et pax Dei, que exuperat omnem sensum, custodiat corda vr̄a: et intelligentias vestras. V. Gloria patri. Oratio.

Aurem tuam (q̄sumus) dn̄e precib⁹ nostris accomoda, et mentis nostre tenebras grā tue visitationis illustra. Qui viuis. Ad Corinthi. prime. Cap. iiij.

Fratres. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, et dispensatores ministeriorū Dei. Hic iam queritur inter dispēsatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autē pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq3 me ipsum iudico. Nihil enim mihi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dn̄s est. Itaq3 nolite āte tēp⁹ iudicare, quoad usq3 veniat dn̄s, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit cōsilia cordium: et tunc laus erit vnicuiq3 a Deo. R. Qui sedes domine super cherubin, excita potentiam tuā, et veni. V. Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Joseph. Alleluya. V. Excita domine potentiam tuam, et veni, vt saluos facias nos. Itē aliud. Alleluya. V. Ueni domine, et noli tardare: relaxa facinora plebi tue Israel. ¶ Secundum Matheum. Capitulo. xj.

In illo tempore. Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis

suis, ait illi. Tu es, qui venturus es, an aliũ expectamus? Et respõdens Iesus ait illis. Euntes renũciate Ioanni, que audistis et vidistis. Ceci vident, claudi ambulãt, leprosi mũdãtur, surdi audiunt, mortui resurgũt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scãdalizatus in me. Illis autem abeũtibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Ioãne. Quid existis in desertũ videre? Arundineu vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominẽ mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetã? Etiam dico vobis, et plusquã prophetã. Hic est enim, de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelũ meum ante faciẽ tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Dicatur. Credo. Offertorium. Benedixisti domine, terram tuam, auertisti captiuitatẽ Iacob, remisisti iniquitatem plebis tue. Sacra.

Deuotionis nostre tibi dñe, quesumus, hostia iugiter immoletur, que et sacri peragat instituta mysterij, et salutare tuũ nobis mirabiliter operetur. Per. Com. Dicite, pusillanimes, cõfortamini, et nolite timere, ecce Deus nr̃ veniet, et saluabit nos.

Post commun.

Imploramus, dñe, clementiam tuã, vt hec diuina subsidia a vitijs expiatos ad festa vẽtura nos preparent. Per. ¶ Feria qrta in quatuor temporibus.

Quandocunq; lectio legendaest in missa post primam orationem, sequitur alia oratio ante epistolam. Ipsa quidẽ prima oratio sine salutatione dicitur, in secũda vero oratione quã sequitur epistola, more solito Dicit. Dominus vobiscũ. Officium.

Rorate celi desuper, et nubes pluant iustũ, aperiatur terra, et germinet saluatorẽ. ℣. Et iustitia oriatur simul, ego dominus creaui eum. ℣. Gloria patri.

Sine salutatione. Oratio.

Presta (qũsumus) omnipotens deus, vt redẽptionis nostre ventura solennitas, et presentis nobis

vite subsidia cõferat, et eterne beatitudinis premia largiatur. Per dñm nostrum.

Esaie prophete. Capit. ij.

In diebus illis. Dixit Esaias. Erit in nouissimis diebus pparatus mons domus domini in vertice montiũ, et eleuabitur super colles. Et fluẽt ad eum omnes gentes, et ibunt populi multi, et dicẽt. Uenite, ascẽdamus ad mõtem dñi, et ad domũ dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius, quia de Siõ exibit lex, et verbum domini de Hierusalẽ. Et iudicabit gẽtes, et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gẽtem gladium, nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus Jacob venite, et ambulemus in lumine domini dei nostri. R. Tollite portas principes vestras, et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie. V. Quis ascendet in montẽ domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocẽs manibus, et mũdo corde. Hic dicitur. Dñs vobiscum.

Festina (q̃s) dñe, Oro, ne tardaueris: et auxilium nobis superne virtutis impende, vt aduentus tui consolationibus subleuentur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuis, et regnas.

Esaie Prophe. Capit. vij.

In diebus illis. Locutus est dominus ad Achaz dicẽs. Pete tibi signũ a domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsũ supra. Et dixit achaz. Non petam, et non tentabo dominũ. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signũ. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Hemanuel. Butyrum, et mel comedet, vt sciat reprobare malum, et eligere bonum. R. Prope est dominus omnibus inuocãtibus eum, et omnibus, qui inuocant eũ in veritate. V. Laudem domini loquetur os meum, et benedicat omnis caro nomini sancto eius.

Secũdum Lucam. Cap. j.



In illo tempore: missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatē Galilee, cui nomē Nazareth, ad virginē desponsatam viro, cui nomē erat Joseph d domo Dauid, et nomen Uirginis Maria. Et ingressus āgelus ad eā dixit. Aue gratia plena: dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset, turbata est in sermone eius, et cogitabat, q̄lis esset ista salutatio. Et ait āgelus ei. Ne timeas maria, inuenisti enim gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vtero, et paries filium, et vocabis nomē eius Jesum. Hic erit magnus, et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius, et regnabit in domo iacob in eternū, et regni eius non erit finis. Dixit autē maria ad āgelū. Quomodo fiet istud, quoniam virū nō cognosco? Et respōdēs angelus dixit ei. Spiritus sctūs superueniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq̄ et quod nascetur ex te sctū, vocabitur filius dei. Et ecce helisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi, fiat mihi secūdum verbū tuū. Offerto. Confortamini, et iā nolite timere: ecce enim Deus noster retribuet iudicium: ipse veniet, et saluos nos faciet. Sacra.

Accepta tibi sint, Dñe, q̄s, nr̄a ieiunia: q̄ et expiādo nos tua gr̄a dignos efficiant, et ad sēpiterna pro missa pducant. Per. Cōm. Ecce virgo concipiet, et pariet filiū, et vocabitur nomē eius Emanuel. Post cōm. Oratio.

Salutaris tui, dñe, munere satiati supplices te deprecamur, vt cuius letamur gustu, renouemur effectu. Per dñm. ¶ Feria vj. i quatuor tēporibus officiū.

Prope es, dñe, et ōnes vie tue veritas: initio cognoui d testimonijs tuis, quia in eternū tu es. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege

dñi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Excita (quesumus) domine potētiam tuam, et veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberētur. Qui viuis.

Esaie Proph. Capit. xj.

Hec dicit dñs deus. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascēdet. Et requiescet super eū spūs dñi, spiritus sapientie, ⁊ intellectus, spiritus cōsilij, ⁊ fortitudinis, spiritus scientie, ⁊ pietatis, ⁊ replebit eū spiritus timoris dñi. Non secundum visionē oculorum iudicabit, neq; secūdum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, et arguet in equitate pro māsuetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui, et spū labiorū suorū interficiet impiū. Et erit iustitia cingulum lūborum eius: ⁊ fides cinctorium renum eius. ℟. Ostēde nobis dñe misericordiā tuā, ⁊ salutare tuū da nobis. ℣. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatem iacob. Secundum Lucam. Capitulo. j.

In illo tempore. Exurgens Maria abijt in montana cū festinatione in ciuitatem Juda, et intrauit in domū Zacharie, et salutauit helisabeth. Et factū est: vt audiuit salutatiōem marie Helisabeth, exultauit infans in vtero eius: ⁊ repleta est spiritu sctō Helisabeth, et exclamauit voce magna, ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultauit ī gaudio infans in vtero meo. Et beata, que credidisti, quoniam perficiētur ea, que dicta sūt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum, Et exultauit spūs meus in deo salutari meo. Offertorium. Deus tu cōuersus viuificabis nos, ⁊ plebs tua letabitur in te: ostēde nobis dñe misericordiā tuā, ⁊ salutare tuum da nobis. Sacra.

Muneribus nr̄is (q̄s) dñe, p̄cibusq; susceptis, ⁊ celestib⁹ nos mūda mysterijs, ⁊ clementer exaudi.

Per. Com. Ecce dominus veniet, ⁊ omnes sancti eius cum eo, ⁊ erit in die illa lux magna.

Post commum.

Hauius nos, domine, sacramẽti libatio sancta restauret: ⁊ a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dominum nostrum.

¶ Sabbato in quatuor tẽporibus. Officium.



Veni, ⁊ ostende nobis faciẽ tuam domine, qui sedes sup cherubin, ⁊ sal ui erimus. V. Qui regis Israel intẽde: qui ducis velut ouem, Joseph. V. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio

Deus, qui cõspicis, quia ex nostra prauitate affligimur, concede propiti⁹, vt ex tua visitatione cõsolemur. Qui viuis, ⁊ regnas. Esaie Prophete. Cap. xix.

In dieb⁹ illis. Clamabunt ad dominum a facie tribulantis, ⁊ mittet eis saluatorem, ⁊ propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoscetur dñs ab Egypto, ⁊ cognoscent egyptij domi num in die illa. Et colent eũ in hostijs, ⁊ in munerib⁹, et vota vouebunt domino, ⁊ soluent. Et percutiet dñs Egyptũ plaga, et sanabit eam, et reuertẽtur ad dñm, et placabitur eis, et sanabit eos dominus de⁹ noster. R. A summo celo egressio eius, ⁊ occursus eius vsq3 ad summum eius. V. Celi enarrant gloriã Dei, et opera manuũ eius annũtiat firmamentum. Alia oratio sine salutatione. Oratio.

Concede (quesumus) omnipotẽs Deus, vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute dp̃rimimur, expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate, liberemur Qui tecũ viuit. Lectio. ij. Esaie Proph. Cap. xxxv.

Hec dicit dñs. Letabitur deserta, ⁊ inuia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium. Germinãs germinabit, ⁊ exultabit leta bunda, et laudans. Gloria libani data est ei, decor Carmeli, ⁊ Sarõ. Ipsi videbũt gloriam dñi, et decorem dei nr̃i. Cõfortate manus dissolutas, ⁊ genua debilia roborate. Dicite, pusillanimes

confortamini, et nolite time re. Ecce Deus vester vltionē adducet retributionis. Deus ipse veniet, et saluabit nos. Tūc aperiētur oculi cecorū, et aures surdorum patebūt. Tūc saliet sicut ceruus, claudus, et aperta erit ligua mutorum, quia scisse sunt in deserto aque, et torrētes in solitudine, et que erat arida, in stagnū, et sitiēs in fontes aquarum. Ait dominus omnipotens. ℟. In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius, et occursus eius vsq3 ad summū eius. ¶ Alia oro sine salutatione. Oratio.

Ad dignos nos (q̄sumus) domine famulos tuos, quos actionis ꝓprie culpa contristat, vnigeniti filij tui aduētu letifica. Qui tecum. Lectō. iij. Esaie proph. ca. xl.

Hec dicit dn̄s. Super montem excelsum ascēde tu, qui euangelizas sion, exalta in fortitudine vocem tuā, qui euangelizas Hierusalem. Exalta, noli timere. Dic ciuitatib9 Iude. Ecce Deus vester. Ecce dn̄s Deus in fortitudine veniet, et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, et opus illius corā illo. Sicut pastor gregē suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo leuabit eos dominus Deus noster. ℟. Excita domine potentiam tuam, et veni, vt saluos facias nos. ℣. Qui regis Israel, intēde, qui deducis velut ouem Ioseph, qui sedes super cherubin, appare coram Effraim, Beniamin, et Manasse. Alia oratio sine salutatione. Oratio.

Presta (quesumus) omnipotens Deus, vt filij tui ventura solennitas, et presentis nobis vite remedia conferat, et p̄mia eterna concedat. Per. Lectio. iiij. Esaie Proph. Capit. xlv.

Hec dicit dn̄s Christo meo cyro, cuius ap prehendi dexterā, vt subijciā gentes ante faciem eius, et dorsa regum vertam, et aperiam coram eo ianuas, et portē non claudētur. Ego āte te ibo, et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram, et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi

thesauros absconditos, et arcana secretorũ, vt scias, quia ego domin⁹, qui voco nomen tuum Deus Israel propter seruũ meũ Jacob, et Israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo, assimulaui te, et non cognouisti me. Ego dñs, et nõ est ãpli⁹, extra me non est Deus. Accinxi te, et nõ cognouisti me, vt sciant ij, qui ab ortu solis, et qui ab occidente, quoniam absq; me nõ est Deus. Ego dñs, et non est alter, formans lucem, et creans tenebras, faciẽs pacem, et creãs malum. Ego dñs faciẽs omnia hec. Rorate celi dẽsuper, et nubes pluant iustum, aperiatur terra, et germinet saluatorem, et iustitia oriatur simul. Ego dñs creaui eũ. ℞. Domine deus virtutum conuerte nos, et ostende faciem tuam, et salui erimus. ℣. Excita domine potentiam tuam, et veni, vt saluos facias nos. Alia oratio sine salutatione. Oratio.

Preces populi tui (q̃s) dñe clementer exaudi, vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tue visitatione consolemur.

Per. Lectio Dañ. proph. Capitulo. iii.

Angelus dñi descendit cum Azaria, et socijs eius in fornacem, et excussit flammam ignis de fornace, et fecit mediũ fornacis, q̃si ventum roris flantem. Flãma autẽ diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem, et incendit, quos reperit iuxta fornacẽ de chaldeis ministros regis, qui eã incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neq; cõtristauit, neq; quicq̃; molestie intulit. Tũc hi tres quasi ex vno ore benedicebant, et magnificabant Deum in fornace, dicentes.

Canticum.

Benedictus es, dñe, Deus patrum nostrorum. ℣. Et laudabilis, et gloriosus in secula. ℣. Et benedictum nomen glorie tue. ℣. Et laudabilis, et glorios⁹ in sctã. Dicẽ: Dñs vobiscum. Oro.

Deus, qui trib⁹ pueris mitigasti flammas ignium, cõcede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flãma vitiorum. Per.

¶ Dicãtur aliedue orationes sub secũda clausula, vt

supra in prima dñica. Ad tessalonicenses. Capitul. ij.

Fratres. Rogam⁹ vos per aduentum dñi nri Jesu Christi, et nostre congregationis in ipsum, vt nō cito moueamini a sensu vestro, neq3 terreamini, neq3 per spiritum, neq3 per sermonem, neq3 per epistolā tanquam per nos missam, q̄si instet dies dñi. Ne quis vos se ducat vllo modo. Quoniā nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollit supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se, tanq̄3, sit De⁹. Nō retinetis, quod cū adhuc essem apud vos, hec dicebam vobis? Et nūc quid detineat, scitis, vt reueletur in suo tempore. Nā mysterium iā operatur iniquitatis, tantū vt qui tenet nūc, teneat, donec d̄ medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniquus, quem dñs Jesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduē tus sui. ℟ Qui regis Jsrael, intende, qui deducis velut ouem Joseph. ℣ Qui sedes super cherubim, appare coram Effraim, Beiamin, & Manasse. ℣ Excita domine potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. Secū dum Lucam. Capitul. iij.



Anno quīto decimo īperij tiberij Cesaris, p̄curante Pō tio Pilato iudeā, tetrarcha autē galilee Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha ituree, & tracōitid3 regionis, & Lysania abilene tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caypha, factum est verbum dñi super Joānem zacharie filium in deserto. Et venit in omnē regionē Jordanis, p̄dicans baptismū penitētie in remissionē peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonuum Esaie prophete. Vox clamātis in deserto, parate viam dñi, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & asperta in vias planas, et videbit omnis caro salutare Dei. Offert.

Exulta satis filia sion, predica filia hierusalē, ecce rex tuus venit tibi sanctus, et saluator. Sacra.

Sacrificijs (quesumus) dn̄e, presentibus placatus intende, vt et deuotioni nostre proficiant, et saluti. Per. Cō. Exultauit vt gigas ad currendā viā: a summo celo egressio eius, et occursus eius vsq ad summū ei⁹. Postcō. Oro.

Quesumus, dn̄e Deus noster, vt sacro sancta misteria, que pro reparationis nostre munimine contulisti, et presēs nobis remediū esse facias, et futurū. p. dn̄m.

¶ Dn̄ica. iiij. in aduētu domini ad missam. Officium.



Memento nostri domine in benē placito populi tui, visita nos ī salutari tuo, ad vidēdum in bonitate electorum tuorum in letitia gentis tue, vt lauderis cum hereditate tua. ℣. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. ℣. Gloria patri. Oratio.

Excita (quesumus) dn̄e potentiā tuam, et veni: et magna nobis virtute succurre, vt per auxiliū gratie tue quod nr̄a peccata prepediūt, indulgentia tue propitiatiōis acceleret. Qui viuis.

Ad Philippen. Capit. iiij.

Fratres. Gaudete in dn̄o semper, iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dn̄s enim prope est. Nihil soliciti sitis, sed ī omni oratione, et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud Deum. Et pax Dei, q̄ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in christo Jesu domino nostro. ℟. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus, qui inuocant eū in veritate. ℣. Laudem domini loquitur os meum, et benedicat omnis caro nomini sancto eius. Alla. ℣. Rex noster aduenieт Christus, quem Joannes predicauit agnum esse venturum



Sm̄. Joā. ca. j.

In illo tempore. Miserūt iudei ab hierosolymis sacerdotes, et Leuitas

ad Ioannem, vt interrogarent eum, tu quis es? Et cõfessus est, et nõ negauit. Et cõfessus est, quia non sũ ego Christus. Et interrogauerũt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, nõ sum. Propheta es tu? Et respondit, non. Dixerũt ergo ei. Quis es, vt responsum demus ijs, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto, dirigite viã dñi, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erãt ex Phariseis. Et interrogauerunt eũ, et dixerũt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neqꝫ Elias, neqꝫ propheta? Respondit eis Ioannes dicẽs. Ego baptizo ĩ aqua, medius autẽ vestrum stetit, quẽ vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est, cuius ego nõ sum dignus, vt soluam eius corrigiam calciamenti. Hec in Bethania facta sunt trans Iordanẽ, vbi erat Ioãnes baptizans. Offer. Aue maria, gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus vẽtris tui. Sacra.

Acrificijs (quesumus) domine, presentibus intende placatus, vt deuotioni nr̃e proficiãt, et saluti. Per. Cõ. Ecce virgo cõcipiet, et pariet filiũ, et vocabitur nomen eius Hemanuel. Post comu.

Umptis, dñe, Oro. muneribus, q̃s, vt cũ frequẽtatione mysterij crescat nr̃e salutis effectus. Per. Benedicamus dño. In vigilia natalis dñi ad missam officiũ.

Hodie scietis qꝛ veniet dñs, et saluabit nos, et mane videbitis gl̃iam eius. ℣. Dñi est terra, et plenitudo eius, orbis terrarũ, et vniuersi, qui habitant in eo. ℣. Gl̃ia pr̃i. Nõ dicat Gl̃ia in ex. siue sit dies dñica siue non.

Deus, qui nos re- Oro. demptionis nostre annua expectatione letificas, presta, vt vnigenitum tuũ, quem redemptorem nostrũ leti suscipimus, venientem quoqꝫ iudicẽ securi videamus Dominum nostrũ Iesum xp̃m filiũ q te. Ista tm̃. Ista prophetia legatur in choro ab vno beneficiato. Qua finita dicatur epistola. Esaie Prophe, Capit, lxij.

Hec dicit dñs. Propter sion nõ tacebo, ꝛ propter hierusalem nõ quiescã, donec egrediatur, vt splendoꝛ, iustus eius, et saluatoꝛ eius vt lampas accẽdatur. Et videbunt gẽtes iustum tuum, ꝛ cuncti reges inclytum tuũ. Et vocabitur tibi nomen nouũ, quod os dñi nominauit. Et eris coꝛona glorie in manu domini, et diadema regni ĩ manu Dei tui. Nõ vocaberis vltra derelicta, et terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea, ꝛ tẽrra tua inhabitata. Quia complacuit dño in te. Ad Roman. Capit. j.

Paulus seruꝰ Jesu xp̃i, vocatus apostolus, segregatus in euangeliũ Dei, quod ante pꝛomiserat per pꝛophetas suos in scripturis sanctis dẽ filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Qui pꝛedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione moꝛtuoꝛũ Jesu chꝛisti domini nostri. Per quẽ accepimus gratiam, ꝛ apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pꝛo nomine eius, in quibus estis ꝛ vos vocati Jesu xp̃i: domini nostri. ℟. Hodie scietis, quia veniet dominus, ꝛ salua bit nos, ꝛ mane videbitis gloriã eius. ℣. Qui regis israel, intẽde, qui deducis velut ouem Joseph, qui sedes super cherubin, appare coꝛã Effraim, Beniamin, ꝛ Manasse. Istud. ℟. duplicamus loco. Alla. Si hec vigil. venerit in die Dominica dicitur. Allel. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terre, et regnabit super nos saluatoꝛ mundi.

Secũdum Math. Cap. j.



In illo tempoꝛe. Cũ esset despõsata mater domini Jesu maria Joseph, ãteq̃ꝫ conuenirent, inuẽta est in vtero habens de spiritu sancto. Joseph autem vir eius cum esset iustus, ꝛ nollet eã traducere, voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante, ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili Dauid: noli ti-

mere accipere Mariam cõ iugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sã cto est. Pariet autem filiũ, et vocabis nomen eius Jesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Offerto. Tollite portas principes vestras, et eleuamini portę ęternales, ꝛ introibit rex glorię. Sacra. Da nobis, quesum⁹ omnipotens Deus, vt sicut ad adoranda filij tui natalitia preuenimus, sic eius munera capiam⁹ sempiterna gaudentes: Per eundem dñm. Pręfa. Quia per incarnati. Et dicitur vsque ad vigil. epiphanię domini. Commun. Reuelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro salutare Dei nostri. Post commun. Da nobis quesum⁹, domine, vnigeniti filij tui recẽ sita natiuitate respirare: cuius cęlesti mysterio pascimur, ꝛ potamur. Per eun. In die natiuitatis domini ad galli cantum. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Ꝟ. Quare fremuerunt gentes, ꝛ populi meditati sũt inania? Ꝟ. Gloria patri. Dicatur. Gloria in excelsis. Solenne. Oratio. Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere, da, quesum⁹, vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius quoq; gaudijs in cęlo perfruamur: Per eundem dominũ nr̃m. Finita hac oratiõe dicatur prophetia sequens. Lectio Esaię prophete. Capite. ix.

Hec dicit domin⁹. Populus gentiũ, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Habitantib⁹ in regione vmbrę mortis, lux orta est eis. Paruulus enim nat⁹ est nobis, ꝛ filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius. Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, pñceps pacis. Multiplicabitur eius imperiũ: Et pacis non erit finis. Super solium Dauid, et super regnũ eius sedebit: vt confirmet illud, et corroboret in iudicio, et iustitia

amodo, ꝛ vſq; in ſempiternum. Quã ſimita dicatur ſta tim iſta Epiſtola. Ad Titũ



Chariſſime: Cap. ij. Apparuit gratia Dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatẽ, ꝛ ſecularia deſideria, ſobrie, et iuſte, et pie viuamus in hoc ſeculo expectantes beatam ſpem, ꝛ aduẽtum glorie magni dei, et ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti. Qui dedit ſemetipſum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate, ꝛ mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorẽ bonorum operum. Hec loquere, ꝛ exhortare, in Chriſto Jeſu domino noſtro. ℟. Tecum principium in die virtutis tue in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Alleluia. ℣. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Secundum



Lucã. Capite. ij. In illo tempore: Exijt edictum a Ceſare auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hec deſcriptio prima facta eſt a preſide Syrie cyrino. Et ibant omnes, vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem et Joſeph a Galilea de ciuitate Nazareth in iudeam in ciuitatem Dauid, que vocatur Bethlehem: eo quod eſſet de domo, et familia Dauid: vt profiteretur cũ Maria deſpõſata ſibi vxore pregnante. Factum eſt autem, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies, vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum, et pãnis eum inuoluit, ꝛ reclinauit eũ in preſepio: quia non erat locus ei in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem, vigilantes, et cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos, ꝛ claritas dei circunfulſit illos, ꝛ timuerunt timore magno: et dixit illis ãgel⁹. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnũ: quod erit omni populo: quia nat⁹ eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt


Chri

Christus dominus in ciuitatē David. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantē pānis inuolutum et positū in presepio. Et subito facta est cū angelo multitudo militie celestis, laudantiū deū, et dicentium. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. dicatur. Credo. Offert. Letentur celi: et exultet terra ante faciem dñi: qm̄ venit. Sacra.

Accepta tibi sit, domine quesumus, hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hec sacro sancta commercia, in illius inueniamur forma, in qua tecum est nostra substātia: Qui viuis. Prefa. Quia per incarnati. et Cōicantes et noctē. Cō. In splendoribus sā ctorū ex vtero āte luciferū gēui te. Qua finita cātores incipiāt laudes. Quib⁹ finitis nō dicat capl'm: nec hymnus: nec vsus. Ad benedictus. Añā.



Glo ri a in excelsis de o: Et in terra pax hominibus bone voluntatis, Alleluia, alleluia.



Benedictus dñs deus Is ra el. Ista añā debet īcipi a sacerdote, et a diaconib⁹, et a quatuor cantoribus ante altare versis faciebus ad chorum: qua incepta, chorus prosequatur eam vsq3 ad finem: et illimet qui inceperunt antiphonā incipiāt psalmū de Benedictus. quo incepto veniāt cātores ad chorū, quo psalmo finito sine Glia pri. repetat dicta añā tota, quā debēnt incipere cantores in choro. Qua finita dicatur. Gloria Patri. et Sicut erat in. quibus finitis rursus incipiatur per ipsos cātores dicta añā ī choro a principio: et chorus eam prosequatur vsque ad finem: qua finita, archiepiscopus vel sacerdos qui celebrauerit missā, dicat orationem. Oratio.

Da nobis, qs, domine deus noster, vt qui natiuitatem Dñi nostri Jesu Christi mysterijs nos frequentare gaudem⁹, dignis conuersationibus ad eius mereamur peruenire con-

fortiß. Qui te. Et diaconus dicat. Ite missa est: Deo tuo d. quo fuerit. Kyrieel. Et sic finiãt laudes cum Missa.
¶ Incipit secũda missa que dicitur de luce. Officium.



Ux fulgebit hodie super nos: quia nat⁹ est nobis dominus: et vocabitur admirabilis deus, princeps pacis, pater futuri seculi: cuius regni non erit finis. ℣. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem: et precinxit se. ℣. Gloria patri, et Filio. Et dicat. Gloria in excelsis deo. Et dicatur iste orationes. Oratio.

Da nobis, q̃s omnipotens deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur, hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente: p eũ.

Da, q̃s, omnipotens De⁹, vt, qui beate Anastasie martyris tue solennia colim⁹, eius apud te patrocinia sentiam⁹: Per do.
Esaie prophete. Capit. lxi.

Hec dicit dñs: Spirit⁹ dñi super me, eo quod vnxerit dñs me. Ad annunciandũ mansuetis misit me: vt mederer contritis corde, et predicarem captiuis indulgentiam, et clausis apertionẽ: vt predicarem annũ placabilem dño, et diem vltionis deo nostro: vt consolarer omnes lugẽtes: vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, et darem eis coronam pro cinere: oleũ gaudij, pro luctu: palliũ laudis, pro spiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iustitie: plantatio dñi ad glorificandum. Ecce dñs auditũ fecit in extremis terre. Dicite filie Sion. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, et opus eius corã eo. Et vocabunt eos, populus sanctus, redempti a domino deo nostro. Qua finita dicatur stati epl'a. Ad Titum. iij.

Carissime: Apparuit benignitas, et humanitas saluatoris nr̃i dei: nõ ex operibus iustitie, que fecimus nos, sed secundum suã misericordiã saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis, et renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos

nos abũde p Iesũ xp̃m saluatorem nr̃m: vt iustificati gr̃a ipsi⁹ heredes sim⁹ secũdũ spẽ vite eterne, In xp̃o Iesu dño nr̃o. ℞. Benedict⁹ qui venit in nomine dñi, deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño factũ est istud, ⁊ est mirabile ĩ oculis nr̄is. All'. ℣. Fulgebit lux vera super nos, ⁊ tãq̃ spõs⁹ pcedẽs de thalamo suo. Scd̃z Lucã. Ca. ij.

In illo tẽpe: Pastores loquebãtur ad inuicẽ. Transeamus vsq̃ Bethlehẽ, ⁊ videamus hoc verbũ, qd̃ factũ est: qd̃ fecit dñs, et ostendit nobis. Et venerũt festinãtes, ⁊ iuenerũt Mariã, ⁊ Ioseph, ⁊ infantẽ positũ in p̄sepio. Uidẽtes autẽ cognouerũt d̃ verbo, quod dictũ erat illis d̃ puero hoc. Et omnes qui audierãt, mirati sunt, ⁊ de his, que dicta erãt a pastoribus ad ipsos. Maria autem cõseruabat omnia verba hec, cõferens in corde suo. Et reuersi sũt pastores glorificantes, ⁊ laudãtes deũ in oĩbus, que audierant, et viderãt: sicut dictũ est ad illos. Dicat. Credo Offer. De⁹ eñi firmauit orbem terre, qui non cõmouebit: parata sedes tua de⁹, ex tũc, a sc̃lo tu es

Muneran nr̃a, q̃s, Sacra dñe, natiuitatis hodierne mysterijs apta prouenĩat, et pacẽ nobis sẽper infundant: vt sicut homo genitus idẽ fulsit deus, sic nobis hec terrena substantia, quod diuinũ est, cõferat: p.

Accipe q̃s dñe Sacra. munera dignãter oblata, ⁊ beate Anastasie suffragantibus meritis ad nostre salutis auxilium prouenire concede: Per. Presa. Quia per incarnati. et Cõmunicantes ⁊ diẽ. Quere ĩ dicta prefatione. Cõmu. Exulta filia Sion, lauda filia Ierusalem, ecce rex tuus venit sanctus, ⁊ saluator mundi. Post communicã.

Huius nos domine sacramenti semper nouitas natalis instauret, cuius natiuitas singularis humanam repulit vetustatem Per eundem dñm

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris, eiusque sẽper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus: Per dominũ. nostrũ. Dicat. Ite missa est







¶ Ad missam maiorem. Officium.





Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cuius imperiũ sup humerũ eius: et vocabitur nomẽ eius magni cõsilij angelus. ℣. Cãtate dño cãticũ nouũ: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria

Concede, quęs, oĩps deus, vt nos Oio vnigeniti tui noua p carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet: p eũ. Esaię pph. Capit. lij.

Hec dicit dñs: Propter hoc sciet populus meus nomẽ meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum. Quã pulchri super mõtes pedes annũtiantis, et pręcicantis pacẽ, annuntiãtis bonũ, pręcicantis salutẽ: dicentis Siõ, regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum leua-











uerunt vocem, simul lauda bũt, quia oculo ad oculum videbunt, cũ cõuerterit dominus sion. Gaudete, & laudate simul deserta Hierusalem, quia consolatus est dominus populũ suum, redemit hierusalẽ. Parauit dñs brachiũ sctũ suũ in oculis õniũ gentium. Et videbunt omnes fines terre salutare dei nri. Ad Hebre. Capi. j.

Fratres. Multipharia, multisqꝫ modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorũ, per quẽ fecit & secula. Qui cũ sit splẽdor glorie, et figura substantie eius, portansqꝫ omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexterã maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius pre illis nomẽ hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, filius me⁹ es tu, ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbẽ terre dicit. Et adorẽt eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidẽ dicit. Qui facit ãgelos suos, spiritus: & ministros suos, flammam ignis. Ad filium autẽ. Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga equitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: ꝓpterea vnxit te Deus de⁹ tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Et, tu in principio domine terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribũt, tu autẽ permanebis, & omnes, vt vestimentum veterascent. Et velut amictum, mutabis eos, & mutabũtur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. ℣. Viderunt omnes fines terre salutare Dei nostri, iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus salutare suum, ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. All'a. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes, & adorate dominum, quia hodie descendit lux magna sup terrã. Prosa.

Letabũdus exultet fidelis chor⁹

alla. Regem regum intacte pro fudit thorus, res miranda. Angelus cõsilij natus est de virgine, sol de stella. Sol occasum nesciẽs, stella semper rutilans, semper clara. Sicut sidus radium profert: virgo filium pari forma. Neqꝫ stella radio, neqꝫ mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani cõformatur ysopo, valle nostra. Verbum ens altissimi corporari passum est, carne sumpta.

Initium sancti euangelij secundũ Joannem. Capit. j.



In principio erat verbũ, et verbũ erat apud deũ, et Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, ⁊ sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, ⁊ tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimoniũ, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera, q̃ illuminat omnẽ hominem veniẽtem in hunc mũdum. In mũdo erat, ⁊ mũdus per ipsum factus est, ⁊ mũdus eum non cognouit. In propria venit, et sui eum nõ receperũt. Quotquot autẽ receperũt eum, dedit eis potestatẽ filios dei fieri, ijs, qui credũt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neqꝫ ex volũtate carnis, neqꝫ ex volũtate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factũ est, ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti a patre, plenũ gratie, et veritatis. Credo in vnum Deum. Offertoriũ

Tui sunt celi, ⁊ tua est terra, orbem terrarum, ⁊ plenitudinem eius tu fundasti, iustitia, ⁊ iudiciũ preparatio sedis tue. Sacra.

Oblata, domine, munera noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica, nosqꝫ a peccatorum nostrorũ maculis emunda. Per eundẽ.

Prefactio ⁊ intra actionem Quia per incarnati. vt supra.

Commu. Viderunt omnes

fines terre salutare Dei nostri. Postcom. Resta (que. Post com sumus) omnipotens Deus, vt natus hodie salua tor mũdi, sicut diuine nobis generationis est author, ita et immortalitatis sit ipse lar gitor. Qui tecum viuit et re gnat. ¶ Dominica infra o ctauas natiuitatis. Officiũ.

Dum medium silentiũ tenerent omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipo tens sermo tuus, domine, de celis a regalibus sedibus venit. ℣. Dñs regnauit, exultet terra, le tentur insule multe. ℣. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oro.

Omnipotẽs sempiter ne Deus dirige actus nr̃os in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui me reamur bonis operib⁹ abũ dare. Qui tecũ. Et cum ista oratione dicãtur orationes sancti Stephani et sancti Joã nis et Innocentiũ, et dican tur omnes sub vna clausula. Ad Galatas. Capit. iiij.

Fratres. Quanto tẽpore heres paruulus est, ni hil differt a seruo, cũ sit dñs omnium, sed sub tutoribus, et actoribus est vsq3 ad pre finitũ tempus a patre. Jta et nos, cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum fac tũ ex muliere, factũ sub lege, vt eos, qui sub lege erãt, re dimeret, vt adoptionẽ filio rum reciperemus. Quoniã autẽ estis filij Dei, misit De⁹ spiritum filij sui in corda ve stra, clamãtem abba, pater. Jtaq3 iam non est seru⁹, sed fili⁹. Quod si filius, et heres per deum. ℟. Speciosus for ma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eru ctauit cor meum verbum bonũ, dico ego opera mea regi, lingua mea calam⁹ scribe velociter scri bẽtis. All. ℣. Tolle puerũ, et ma trẽ eius, et vade in terram Jude. Secundum Lucã. Cap. ij.



In illo tẽpo re. Erãt io seph et ma ria mater iesu mirantes sup his, q̃ diceban tur de illo. Et benedixit illis Simeõ, et di xit ad Mariã matrem eius.

Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui contradicetur. Et tuam ipsius animã pertransibit gladius, vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel d̃ tribu Asser, hec processerat in diebus multis, ⁊ vixerat cũ viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua vsq; ad annos octoginta q̃tuor, que nõ discedebat de templo, ieiunijs, ⁊ obsecrationibus seruiens nocte, ac die. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur dño, ⁊ loq̃batur de illo omnibus, qui expectabãt redemptionẽ Israel. Et vt perfecerũt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in galileã in ciuitatẽ suam Nazareth. Puer autem crescebat, ⁊ cõfortabatur, plenus sapientia, ⁊ gratia Dei erat cũ illo. Credo. Offer. Deus enim firmauit orbem terre, qui non commouebit: parata sedes tua, Deus, ex tunc, a seculo tu es. Sacra.

Concede (q̃sumus) dñe, vt occulis tue maiestatis munus oblatum, et gratiã nobis deuotionis obtineat, ⁊ effectum beate perẽnitatis acquirat. Per dñm. Prefatio. Quia per incarnati. Com. Tolle puerum, et matrẽ eius, ⁊ vade in terrã Iuda: defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri. Post com.

Per huius dñe, operationem mysterij, ⁊ vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur. Per.

¶ In circuncisione dñi officium. Puer natus est nobis. vt supra. In die natalis dñi, ⁊ omnia. Gloria in excelsis. Oro.

Deus, qui nobis nati saluatoris diẽ celebrare concedis octauum, fac nos (q̃sumus) eius perpetua diuinitate muniri, cuius sumus carnali cõmercio reparati. Per. Ad Titum Capit. iij.

Charissime. Apparuit benignitas, ⁊ humanitas saluatoris nostri Dei nõ ex operibus iustitie, que fecimus nos, sed secundum suã misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis, et renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abũde per Iesum xp̃m

saluatorē nřm: vt iustificati gra ipsius heredes simus secūdum spē vite eterne, In Christo Jesu domino nřo. Secundū Lucā. Capite. ij.

In illo tempore: Postquam consumati sunt dies octo, vt circunciderent puer, vocatū est nomen ei9 Jesus. Quod vocatū est ab angelo, priusquam in vtero conciperet. Credo. Sacra.

Presta, quesumus domine, vt per hec munera, que Domini nostri Jesu Christi arcane natiuitatis octauum diem celebrantes mysterio gerimus, purificatementis intelligentia consequamur: Per eundē. Prefatio, et Cōicantes, vt i die natalis dñi. Post commu.

Presta, qs dñe, vt qd saluatoris nostri iterata solennitate percepimus, perpetue nobis redēptionis cōferat medicinam: per

In vigilia epiphan. Offi.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie gēui te. ℣. Qua refremuerūt gētes, et popli meditati sunt inania? ℣. Gl'ia Pri. Dicatur. Gloria in excelsis. Ite missa est. Oratio.

Corda nřa, quesumus domine, venture festiuitatis splendor illustret: quo mundi huius tenebris carere valeam9, et perueniamus ad patriā claritatis eterne: p Ad Titū. Ca. ij.

Charissime, Apparuit gratia saluatoris nostri dei omnibus hominibus erudiēs nos. Ut abnegātes impietatē, et secularia desideria, sobrie, et iuste, et pie viuam9 in hoc seculo, expectantes beatam spem, et aduentum glorie magni dei, et saluatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hec loquere, et exhortare, In Christo Jesu dño nřo. ℟. Benedictus, qui venit i nře dñi: De9 dñs, et illuxit nobis. ℣. A domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Alleluia. ℣. Tolle puerum, et matrem eius, et vade in terrā Jude.

Dicatur Prosa. Secundũ Matthеum. Capite. ij.



In illo tempore: Defuncto autẽ Herode, ecce angelus domini apparuit in sõnis Joseph in Egypto dicens. Surge, et accipe puerum, et matrẽ eius, et vade in terram Israel: Defuncti sũt enim, qui querebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerũ, et matrem eius, et venit in terram Israel. Audiens autem, quod Archelaus regnaret ĩ Iudea pro Herode patre suo, timuit illo ire: et admonitus in somnis secessit in partes Galilee. Et veniens habitauit in ciuitate, que vocatur Nazareth: vt adimpleretur, quod dictũ est per prophetas: quoniã Nazareus vocabitur. Offertorium. Deus enim firmauit orbem terre, qui non commouebitur: parata sedes tua Deus ex tunc a seculo tu es. Sacra.

Tribue, quesumus, domine, vt presentibus im molemus sacrificijs, et sumamus, quem venture solennitatis pia munera preloquuntur, dominum nr̃m Iesum Christũ. Prefatio. Quia per incarnati. Et sic in a tiuitatis. Cõ. Tolle puerum, et matrem eius, et vade in terram iude: defuncti sunt enim, qui querebant animã pueri. Postcom.

Illumina, quesumus, dñe, populum tuum, et splẽdore gr̃e tue cor eius sẽper accẽde: vt saluatoris mũdi, stella famulãte, manifestata natiuitas mẽtibus eorũ reueletur semper, et crescat: p.

¶ In die epiphanie. Offm.

Ecce, aduẽit dominator dominus, et regnũ in manu eius, et potestas, et imperium. ℣. Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuã filio regis. ℣. Glia. ℟. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus, qui hodierna die vnigenitum tuum gẽtibus, stella duce, reuelasti, concede propitius, vt qui iam te ex fide cognouimus, vsq3 ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur: Per eun.

Esaie pphete. Capite lx.
Surge, illuminare. Ie-

Surge illuminare Jerusalem, quia venit lumē tuū, et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram, et caligo populos. Super te autem orietur dominus, et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de lōge veniēt, et filie tue de latere surgent. Tunc videbis, et afflues, et mirabitur, et dilatabit̄ cor tuum: quando cōuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inūdatio camelorum operiet te, dromedarij Madiā, et Epha. Omnes de Saba venient, aurum, et thus deferentes, et laudem domino annuntiantes. ℟. Omnes de Saba venient, aurum, et thus deferentes, et laudem domino annuntiātes. ℣. Surge, illuminare Jerusalem: quia gloria domini super te orta est. All'. ℣. Vidimus stellam eius in oriēte, et venimus cum muneribus adorare dominū.

Secundū Matt. Capi. ij.



Cum natus esset Jesus in Bethlehem Jude in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriēte venerūt Jerosolymā dicentes. Ubi est, qui natus est rex Judeorum? Vidimus enim stellā eius in oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Jerosolyma cū illo. Et congregans omnes principes sacerdotū, et scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethlehē Jude: sic enim scriptū est per prophetam. Et tu Bethlehem terra Juda nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes, clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stelle, que apparuit eis: et mittens illos in Bethlehē, dixit. Ite, et interrogate diligēter de puero, et cum inueneritis, renuntiate mihi: ut et ego veniēs adorem eum.

Qui, cũ audissẽt regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer. Uidentes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius, et procidentes adoraverunt eũ, et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham. Et respõso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Credo. Offer. Reges Tharsis, et insule munera offerẽt: reges Arabũ, et Saba dona adducent, et adorabunt eũ omnes reges terre, omnes gentes servient ei. Sacra. Ecclesie tue, quesumus Domine, dona propitius intuere: quibus non iã aurum, thus, et myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, et sumitur, Jesus christus dñs noster. Qui tecum. Prefatio et infra actionem. Quia cum vnigeniti. Commu. Uidimus stellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. Post commu. Presta, quesumus, omnipotens deus, vt que solenni celebramus officio, purificate mentis intelligẽtia consequamur: Per dñz. Per octa. epiphanie oĩa dicantur, sicut in die, exceptis que sequunt. ¶ Dominica infra octavas epiphanie. Si inciderit in diebus solennibus nihil dicatur de ea, et in simplicibus dicantur orationes, et euãg. tãtũ. Officiũ. In excelso throno vidi sedere virum, quẽ adorat multitudo angelorum psallentes in vnum: ecce, cuius imperium permanet in eternum. ℣. Jubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri. Oratio. Uota, quẽs dñe, supplicãtis populi celesti pietate prosequere: vt et que agenda sunt videãt: et ad implenda, que viderit, convalescãt: p. Ad Rom. Cap. xij. Fratres: Obsecro vos per misericordiã dei: vt exhibeatis corpora vestra bo-

hostiam viuẽtem sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis, que sit voluntas dei bona, et beneplacens, ꝛ perfecta. Dico enim per gratiã, que data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Et vnicuiqꝫ sicut Deus diuisit mẽsuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autẽ membra non eũdem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in xp̃o Iesu dño nr̃o. ℟. Benedictus dñs Deus Israel, qui facis mirabilia magna solus a seculo. ℣. Suscipiant mõtes pacẽ populo tuo, ꝛ colles iustitiã. A ll. ℣. Iubilate deo omnis terra, seruite Dño in letitia. Secundũ Lucã. Capite. ij.



In illo tẽpore: Cum factus esset Iesus ãnorũ duodecim, ascendẽtib⁹ illis Ierosolymam secũdũ cõsuetudinem diei festi, cõsummatisqꝫ diebus cũ redirent, remansit puer Iesus in Ierusalẽ, et nõ cognouerũt parentes eius. Existimãtes autẽ illũ esse in comitatu, venerũt iter diei: ꝛ requirebãt eũ inter cognatos, ꝛ notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalẽ, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentẽ in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebãt, super prudẽtia, ꝛ responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce, Pater tuus, ꝛ ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est, quod me querebatis? Nesciebatis, quia in his, que patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerũt verbũ, quod locutus est ad illos. Et descẽdit cũ eis, ꝛ vẽit Nazareth, et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec in corde suo. Et Iesus proficiebat sapiẽtia,

et etate, et gratia apud deū, et hominēs. Credo. Offert. Jubilate deo omnis terra, seruite domino in letitia, intrate in cōspectu eius in exultatione: quia domi nus ipse est deus. Sacra.

Oblatum tibi, domine, sacrificium viuificet nos sēper, et mūiat: Per dominū. Prefatio vt in die. Cōmu. Fili, quid fecisti nobis sic? Ego et pater tuus dolentes querebamus te. et quid est, quod me querebatis? Nesciebatis, quia ī ijs, que patris mei sunt, oportet me esse? Post communio.

Supplices te rogamus, omnipotens deus, vt quos tuis reficis sacramētis, tibi etiam placitis moribus dignāter deseruire cōcedas: p. In octa. epipha. oīa dicant vt in die exceptis orōnibus Epistola, et Euāgelio. Orō

Deus, cuius vnigenitus tuus in substantia nostre carnis apparuit, presta, quesumus, vt per eum, quē similem nobis foris agnouimus, ītus reformari mereamur: Qui tecū viuit, et regn. Esaie prophete. Capit. xij.

Domine Deus meus, honorificabo te, laudem tribuam nomini tuo: qui facis mirabiles res. Consiliū tuum verum fiat. Domine, excelsum est brachium tuū, Deus sabaoth, corona spei, que ornata est gloria. Exultent solitudines Jordanis: et populus meus videbit altitudinem dei, et maiestatē eius. Et erit congregatus, et redemptus per deum, et venient in Sion cum laude et letitia sempiterna: super capita eorum laus, et exultatio. Et aperiā in montibus flumina, in medijs campis fontes disrumpā, et terram sitientem sine aqua confundā. Ecce puer meus exaltabitur, et eleuabit, et sublimis erit valde: haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die. Cōfitemini dno, et inuocate nomen eius: annuntiate in populis virtutes eius. Cantate dno: qm magnifice fecit: annuntiate hoc ī vniuersa terra: dicit dns omnipotens. Secundū Joannē. Cap. j.

In illo tēpe: Uidit Joānes iesū veniētē ad se, et ait, Ecce agnus di, ecce q tollit pec-

peccata mūdi. Hic est enim, de quo dixi: post me venit vir, qui ante me factus est: qui prior me erat, et ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizās. Et testimonium perhibuit Joannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem, q̄si columbam de celo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quē videris spiritū descendentem, & manētem super eum: hic est, qui baptizat ī spiritu sācto. Et ego vidi, & testimoniū perhibui, quia hic est filiꝰ Dei. Credo in vnum. Offertorium et commu. vt in die. Sacra.

Hostias tibi dn̄e pro nati filij tui apparitione deferimꝰ suppliciter exorantes, vt sicut ipse nostrorum autor est munerum, ita ipse sit misericors, et susceptor Jesus christus dominus noster. Qui tecum. Post cōm.

Celesti lumine (quesumꝰ) dn̄e semper, & vbiq̄z nos preueni, vt mysteriū cuiꝰ nos participes esse voluisti, & puro cernamꝰ intuitu, & digno percipiamꝰ effectu. p. ¶ Dn̄ica prima post octauas epiph. Officium.



Omnis terra adoret te, deus, et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo, altissime. ℣. Jubilate Deo omnis terra, psalmū dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gl'ia patri & filio.

Omnipotens Oratio. sempiterne Deus, qui celestia, simul & terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus. Per. Sub prima clausula, & sub secunda clausula, dicantur due orōnes, scilicet de beata virgine & de ecclesia, vel de festo triū lectionum: si venerit & de beata virgine. Ad Romanos. Cap. xij.



Frēs. Habētes donationes secūdū grām, q̄ data est nobis differētes. Siue prophetiam, secūdum rationē fidei. Siue ministeriū in ministrando. Siue qui docet,

in doctrina. Qui exhortatur, in exhortãdo. Qui tribuit in simplicitate. Qui preest, in sollicitudine. Qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odiẽtes malũ, adherentes bono. Charitatem fraternitatis inuicẽ diligentes, honore inuicem preuenientes. Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, dño seruiẽtes. Spe gaudẽtes, in tribulatione patiẽtes, orationi instantes. Necessitatibus sanctorum cõmunicantes. Hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos, benedicite, et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. ℟. Misit dominus verbũ suum, et sanauit eos, et eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur domino misericordie eius, et mirabilia eius filijs hominũ. Alla. ℣. Nuptie facte sunt in Cana Galilee, et erat ibi Jesus cum Maria matre eius. Secundum Joan. Capi. ij.

In illo tempore, Nuptie facte sunt in Cana Galilee, et erat mater domini Jesu ibi. Vocatus est autem Jesus, et discipuli eius ad nuptias. Et (deficiente vino) dicit mater iesu ad eũ. Vinum non habent. Et dixit ei Jesus. Quid mihi, et tibi mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit vobis, facite. Erãt autem ibi lapidee hydrie sex posite secũdum purificationem iudeorum, capientes singule metretas binas, vel ternas. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summũ. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquã vinum factam, et non sciebat, vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, et dicit ei. Omnis homo primũ vinum bonum ponit, et cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initiũ signorũ Jesus in Cana galilee, et, mani

festauit gloriã suam, et crediderũt in eum discipuli eius. Credo Offertoriũ. Jubilate Deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite, et audite, narrabo vobis, omnes qui timetis deũ, quanta fecit dñs anime mee. all'a.

OBlata tibi dñe Sacra. munera sanctifica, nosq3 per hec a peccatorum nostrorũ maculis emũda. per. Com̃. Dicit dominus implete hydrias aqua, et ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquam vinum factã, dicit sponso, seruasti vinum bonũ vsq3 adhuc. hoc signum fecit Jesus primũ coram discipulis suis. Post com̃.

AUgeatur in nobis, quesumus, domine, virtutis operatio, vt diuinis vegetati sacramentis ad eorũ promissa capienda tuo munere preparemur. Per do. Ite, missa est. Feria. ij. et alijs ferijs vsq3 ad quadragesimam exclusiue dicatur missa de dominica cum eisdem orationibus in singulis clausulis: sed diebus sabbatis dicatur missa de virgine: scilicet. Salue sancta parens.

Dñica secunda post octauas epiphanie. Officium.



ADorate Deum omnes angeli eius: audiuit, et leta est sion, et exultauerunt filie iude. V. Dominus regnauit, exultet terra, letentur insule multe. V. Gl'ia patri. Gl'ia in excelsis. Dicatur. oro sub prima clau. Oratio.

OMnipotẽs sempiterne deus infirmitatẽ nostrã propitius respice, atq3 ad protegendũ nos dexterã tue maiestatis extẽde. Per. In secũda clausula dicãtur orationes, vt supra in p̃cedẽti dñica. Ad Rom̃. Cap. xij

FRẽs, Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, Prouidentes bona non tantũ coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, qd̃ ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Nõ vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locũ ire. Scriptũ est enim: Mihi vindictam, ego retribuam: dicit dñs. Sed si

esurierit inimicus tuus, ciba
illum: Si sitit, potũ da illi.
Hoc enim facies, carbones
ignis congeres super caput
eius. Noli vinci a malo, sed
vince in bono malũ. R. Ti-
mebunt gentes nomẽ tuũ, dñe, et
omnes reges terre gl'iã tuam. V.
Quoniã edificauit dñs sion, et vi
debitur in maiestate sua. Alla. V.
Mirabantur omnes de his, que
procedebant de ore Dei. Secũ-
dum Matthe. Capit. viij.



In illo tẽpo
re, Cũ des-
cendisset ie
sus de monte,
secute sunt eũ
turbe multe:
Et ecce lepro
sus veniens adorabat eum
dicẽs: Dñe, si vis, potes me
mundare. Et extendens ie
sus manũ tetigit eũ dicens.
Volo, mundare. Et confes-
tim mundata est lepra eius.
Et ait illi Jesꝰ: Vide, nemi-
ni dixeris, sed vade, ostẽde
te sacerdoti, ⁊ offer munus
tuũ, quod precepit moyses
in testimoniũ, illis. Cum au
tem introisset capharnaum
accessit ad eum centurio ro-
gans eum, et dicens: Dñe,
puer meꝰ iacet in domo pa-
ralyticꝰ, et male torquetur.
Et ait illi Jesus: Ego ve-
niam, ⁊ curabo eum. Et re-
spondens centurio ait. Do
mine, non sum dignus, vt in
tres sub tectum meum, sed
tantum dic verbo, ⁊ sanabi
tur puer meus. Nam et ego
homo sum sub potestate cõ
stitutus, habens sub me mi
lites, et dico huic, vade, et
vadit: et alio, veni, et venit:
⁊ seruo meo, fac hoc, ⁊ facit.
Audiens autem Jesus, mi
ratus est, et sequentibus se
dixit: Amen dico vobis, nõ
inueni tantam fidem in Is-
rael. Dico autem vobis,
quod multi ab oriente, et oc
cidente venient, et recum-
bẽt cum Abrahã, et Isaac,
et Jacob in regno celorum,
filij autem regni eijcientur
in tenebras exteriores. Ibi
erit fletus, ⁊ stridor dentiũ.
Et dixit Jesus centurioni:
Vade, ⁊ sicut credidisti, fiat
tibi. Et sanatus est puer ex
illa hora. Credo in vnum deũ.
Offerto. Dextera domini fecit
virtutem, dextera domini exalta
uit me: non moriar, sed viuam, et
narrabo opera domini. Sacra.

Hec hostia, dñe, quesumus, emundet nostra delicta, et ad sacrificiū celebrandū, subditorū tibi corpora, mentesqȝ sanctificet. Per. Com. Mirabantur omnes de his, que procedebāt de ore Dei.

Uos tātis, Post com. dñe, largiris vti mysterijs, quesumus, vt effectibus eorum nos veraciter aptare digneris. Per. Ite, missa est. ¶ Dominica. iij. post octauas epyphanie. Officium. Adorate Deum. Require in secunda dñica, et dicatur. Gloria in excelsis.

Deus, qui nos in Oro. tantis periculis cōstitutos pro humana scis, fragilitate nō posse subsistere: da nobis salutē mētis, et corporis, vt ea, que pro peccatis nostris patimur, te adiuuāte, vincamus. Per dñm. In secūda clausula dicātur due orōnes, vt supra in prima dñica. Ad Rom. Capi. xiij.

Frēs. Nemini quicqȝ debeatis, nisi vt inuicē diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nā, non adulterabis, nō occides, nō furaberis, non falsum testimoniū dices, nō cōcupisces, et si quod est aliud mandatū, in hoc verbo instauratur, diliges proximū tuum, sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Secundū Matth. Capit. viij.

In illo tempore, Ascēdente domino Jesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: Et ecce motus magnus est factus in mari, ita vt nauicula operiretur fluctib⁹, Ipse vero dormiebat Et accesserunt ad eum discipuli eius, et suscitauerunt eū dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dixit eis Jesus: Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit ventis, et mari, et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia vēti, et mare, obediunt ei? Sacra.

Concede (quesumus) omnipotens Deus, vt huius sacrificij munus oblatū fragilitatē nostram ab omni malo purget semper, et muniat. Per Post cōmu.

Munera tua nos, deus, a delectationibus terrenis expediant, et celestib⁹ semper instruãt alimentis. Per. Ite, missa est. Dominica quarta. officium. Et omnia vt in secunda dominica precedenti. Dicatur oratio sub prima clausula. Oratio.

Familiam tuam (quesumus) dñe cõtinua pietate custodi, vt q̃ in sola spe gratie celestis innititur, etiã tua semper protectione muniatur. Per. Insecũda clausula dicatur due orationes, vt supra i prima dominica. Ad Colossen. Capit. iij.

Frēs, Induite vos, sicut electi dei, sãcti, et dilecti, viscera misericordie, benignitatē, humilitatem, modestiam, patiētiam, supportantes inuicem, et donãtes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut et dñs donauit vobis, ita et vos. Super omnia autem hec charitatē habete, quod est vinculũ perfectionis, et pax christi exultet in cordib⁹ vestris, in quã et vocati estis in vno corpore, et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes, et commonentes vosmetipsos in psalmis, et hymnis, et canticis spũalibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcunq; facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo, et patri, per Jesum Christũ dominum nostrũ. Secundum Matthewm. Capit. xj.



In illo tempore, Respondens Jesus dixit: Cõfiteor tibi pater, domie celi et terre, quia abscondisti hec a sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neq; patrem quis nouit, nisi filius, et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos.

Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, et onus meum leue. Credo. Sacra.

Hostias tibi, dñe, placationis offerimus, vt et delicta nr̃a miseratus absoluas, et nutantia corda tu dirigas. Per. Post com. Oro.

Quesumus, omnipotens Deus, vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per. ¶ Dominica in septuagesima. offiñ.



Circũdederũt me gemitus mortis, dolores inferni circundederũt me: ĩ tribulatione mea inuocaui dominum, et exaudiuit de templo sancto suo vocem meã. ℣ Diligam te, dñe, virtus mea, dñs firmamentum meum, et refugium meũ, et liberator meus. ℣. Gloria patri. Ab ista dñica vsq; ad pascha non dicitur Glĩa in excelsis, in diebus dñicis et ferijs exceptis festis nouem lectionum. Oratio.

Preces populi tui (quesumus) domine, clemẽter exaudi, vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per. In secũda clausula vt supra. Ad Corint. j. Cap. ix. et x.

Fratres nescitis, quod ij, qui in stadio currũt, omnes quidem currũt, sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehẽdatis. Omnis autem qui in agone cõtẽdit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilẽ coronã accipiãt, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, nõ q̃si in incertum: sic pugno, non quasi aerẽ verberans. Sed castigo corpus meum, et in seruitutem redigo, ne forte cũ alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo enĩ vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sũt in nube, et in mari. Et omnes eãdem escam spiritalem mãducauerũt, et omnes eundẽ potum spiritalem biberũt.

Bibebant autem de spirituali, consequente eos petra: Petra autem erat christus. ℣. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, qui nouerunt te, quoniam non derelinquis querẽtes te, domine. ℣. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperum non peribit in eternum: exurge domine, non preualeat homo. Tractus. De profundis clamaui ad te, domine: domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris, domine: domine, quis sustenebit. ℣. Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te domine. Secũdum Mattheum Cap. xx.



Illo tempore. Dixit dñs Jesus discipulis suis. Simile est regnũ celorũ homini patrifamilias, qui exijt primo mane cõducere operarios ĩ vineã suã. Cõuẽtione autẽ facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos ĩ vineã suam. Et egressus circa horã tertiã vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis. Ite et vos in vineam meã, et quod iustũ fuerit, dabo vobis. Illi autẽ abierunt. Iterũ autem exijt circa sextã, et nonã horã, et fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt, et inuenit alios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicũt ei: Quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite et vos in vineã meã. Cũ sero autẽ factũ esset, dicit dñs vinee procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedẽ, incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Cũ venissent ergo, qui circa vndecimam horam venerãt, acceperunt singulos denarios. Venietes autem et primi arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: Acceperũt autem et ipsi singulos denarios. Et accipiẽtes murmurabant aduersus patrem familias dicẽtes. Hi nouissimi vna hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, et estus? At ille respondens uni eorũ dixit. Amice, non facio tibi iniuriã: Nonne ex denario

cōueīsti mecū? Tolle, quod tuū est, ⁊ vade: Uolo autem ⁊ huic nouissimo dare, sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo facere? An ocul⁹ tuus nequam est, quia ego bonus sum? Dixerunt nouissimi primi, et primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo. Offerto. Bonum est confiteri domino, et psallere nomini tuo, altissime. Secra.

Concede nobis misericors deus, ⁊ digne tuis seruire semper altaribus, ⁊ eorū perpetua participatione saluari. Per. Prefatio ⁊ pater noster vsuale. Com. Illumina faciē tuā super seruum tuū, ⁊ saluum me fac in tua misericordia: dñe, nō cōfundar, quoniā inuocaui te. Post com. Oro.

Fideles tui, de⁹, per tua dona firmentur, vt eadē, ⁊ percipiēdo requirāt, ⁊ querendo, sine fine percipiāt. Per dnm. Benedicam⁹ dño. Item quādo dicitur de feria, dicatur officium dominicale sine tractu ab hinc vsq3 ad quarta feria q̄dragesime. ¶ Dominica in sexagesima ad missam. Offm.



Xurge, quare obdormis, domine, exurge, ⁊ ne repellas ī finem, quare faciē tuā auertis, obliuisceris tribulationē nostrā: adhesit in terra vēter noster: exurge dñe, adiuua nos, ⁊ libera nos. ℣. De⁹, auribus nr̄is audiuimus, patres nr̄i annūtiauerūt nobis. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra actione confidimus: cōcede propitius, vt cōtra omnia aduersa doctoris gētiū protectione muniamur. Per. Ad Corint. ii. Capit. xi. xii.

Fratres, Libēter suffertis insipientes: cū sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciē vos cedit. Secūdū ignobilitatē dico, q̄si nos infirmi fuerimus ī hac parte. In quo quis audet (ī īsipiētia dico) audeo ⁊ ego. Hebrei sunt: ⁊ ego. Israelite sūt: ⁊ ego. Semē Abrahe sunt: ⁊ ego. Ministri christi sūt (vt min⁹ sapiens dico)

plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte, ac die in profundo maris fui. In itineribus sepe, periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratrib⁹. In labore, et erumna, in vigilijs multis, in fame, et siti, in ieiunijs multis. In frigore, et nuditate, preter illa, q̃ extrĩsecus sunt, instantia mea cotidiana, solicitudo omniũ ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego nõ ĩfirmor? Quis scandalizatur, et ego non vror? Si gloriari oportet, q̃ infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus et pater domini nostri Jesu Christi scit, qui est benedict⁹ in secula, quod non mentior. Damasci prepositus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem Damascenorũ, vt me comprehenderet: et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, et sic effugi manus ei⁹. Si gloriari oportet (nõ expedit quidẽ) Ueniã autẽ ad visiones, et reuelationes domini. Scio hominem in christo ãte annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsq; ad tertium celũ. Et scio huiusmodi hominem (siue ĩ corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradisum: et audiuit arcana verba, que nõ licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nã et si voluero gloriari, non ero insipiens: Ueritatẽ enim dicã. Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee, angel⁹ sathane, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, vt discederet a me: et dixit mihi:

Sufficit tibi gratia mea, nã virtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus christi. ℟. Sciant gentes, quoniã nomē tibi deus: tu solus altissimus super omnem terrã. ℣. Deus meus pone illos, vt rotam, et sicut stipulam, ante faciem venti. Tractus. Commouisti, domine, terram, et conturbasti eam. ℣. Sana contritiones eius: quia mota est. ℣. Ut fugiant a facie arcus, vt liberentur dilecti tui. Secundum Lucam. Capit. viij.



In illo tempore, Cũ turba plurima conuenirent, et de ciuitatibus prope rarent ad Jesum, dixit per similitudinē. Exijt, qui seminat, seminare semē suũ: Et dũ seminat, aliud cecidit secus viam, et cõculcatum est, et volucres celi comederũt illud. Et aliud cecidit supra petram, et natum aruit, quia nõ habebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas, et simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrã bonã, et ortũ fecit fructũ centuplũ. Hec dicēs clamabat. Qui habet aures audiēdi, audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius, q̃ esset hec parabola. Quibus ipse dixit: Uobis datum est nosse mysteriũ regni Dei, ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, et audientes non intelligant. Est autē hec parabola: Semen est verbum Dei. Qui autē secus viã, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, et tollit verbũ de corde eorum, ne credētes salui fiãt. Qui autē supra petrã, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus, et diuitijs, et voluptatibus vite euntes suffocantur, et non referunt fructũ. Quod autē in bonã terram: hi sunt, qui in corde bono, et optimo audientes verbum retinēt, et fructum

afferũt in patientia. Credo. Offert. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueãtur vestigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea, mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperãtes in te, domine. Secreta. Oblatũ tibi, dñe, sacrificiũ viuificet nos semp: & muniat. Per. Cõ. Introibo ad altare dei, ad deum, qui letificat iuuẽtutẽ meã. Post com. Supplices te rogamus, oĩps de⁹, vt quos tuis reficis sacramẽtis, tibi etiã placitis moribus dignãter deseruire concedas. Per. Nõ dicatur. Ite, missa est. sed Benedicamus dño. ¶ Dñica in quinquagesima. Offiñ.



Esto mihi ĩ deũ protectorem, & in locũ refugij, vt saluum me facias: quoniam firmamẽtũ meum, & refugium meũ es tu, & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. ℣. In te domine speraui, nõ confundar in eternũ: in iustitia tua libera me. ℣. Gloria patri. Decoratio dicatur sub prima clausula, in secunda vero clausu. dicãtur due orones, vt dictum est. Oro. Preces nostras (quesumus) dñe clemẽter exaudi: atq; a peccatorũ nrorũ vinculis absolutos ab omni nos aduersitate custodi. Per. Ad Cor. j. Cap. xiij. Fres. Si linguis hominum loquar, & ãgelorum, charitatẽ autem nõ habeã, factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniẽs. Et si habuero prophetiã, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, et si habuero omnem fidẽ, ita vt montes transferam, charitatem autẽ non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita, vt ardeam, Charitatẽ autem nõ habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non emulatur, nõ agit perperã, non inflatur, non est ambitiosa, nõ querit, que sua sũt. Non irritatur, non cogitat malũ, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat,

omnia sustinet. Charitas nũq̃z excidit. Siue prophetie euacuabũtur, siue lingue cessabũt, siue sciẽtia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Cũ essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui, que erãt paruuli. Uidemus nũc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nũc cognosco ex parte, tũc autẽ cognoscam, sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hec. Maior autem horum est charitas. ℟. Tu es Deus, qui facis mirabilia magna solus: notam fecisti in gentibus virtutẽ tuã. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum, filios Israel, et Joseph. Tract. Jubilate dño omnis terra, seruite domino in letitia. ℣. Intrate in conspectu eius in exultatione: scitote quia dñs ipse est Deus. ℣. Ipse fecit nos, et non ipsi nos: nos autem populus eius, et oues pascue eius.

Secũdũ Lucã. Capi. xviij.



In illo tẽpore. Assũpsit Jesus duodecim discipulos suos secreto, et ait illis. Ecce ascendimus ierosolymã, et consummabuntur omnia, que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur, et postq̃z flagellauerint, occident eum, et dia tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbũ istud absconditum ab eis, et non intelligebant, que dicebantur. Factum est autẽ, cum appropinquaret hierico, cecus quidam sedebat secus viam mendicãs. Et cũ audiret turbã pretereuntẽ, iterrogabat, quid hoc esset. Dixerũt autem ei, quod Jesus nazarenus trãsiret. Et clamauit dicẽs. Jesu fili Dauid miserere mei. Et qui p̃ibant, increpabant eũ, vt taceret. Ipse vero multomagis clamabat: fili Dauid miserere mei. Stãs autem Je-

sus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum dicens. Quid tibi, vis, vt faciam? At ille dixit. Domine, vt videam. Et Jesus dixit ei. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, et sequebatur illũ magnificans Deum. Et omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo. Credo. Offertorium. Benedictus es, domine doce me iustificationes tuas: benedictus es, domine doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. Sacra.

Hec hostia, quesumus, domine, emundet nostra delicta, et ad sacrificiũ celebrandum subditorũ tibi corpora, mentesq; sancti ficet. Per. Commun. Mãducauerunt, et saturati sunt nimis, et desiderium eorum attulit eis dominus: non sunt fraudati a desiderio suo. Post commun.

Quesumus, omnipotẽs Deus, vt qui celestia alimenta percepim⁹, per hec contra omnia aduersa muniamur. Per. Benedicamus domino. ¶ Feria.iiij. in capite ieiunij. Ista die non dicatur missa de prima: sed dicatur prima, et tertia, et sexta. Quibus finitis: benedicantur cineres. Isto modo dicat sacerdos voce submissa. Adiutorium nr̃m in nomine domini. Qui fecit celum, et terram. Oro sine salutatione. Oro.

Deus, qui nõ mortem, sed penitentiam desideras peccatorum, fragilitatem humane conditionis benignissime respice, et hos cineres, quos causa humilitatis preferende, atq; promerẽde venie capitibus nostris imponi decernimus, bene ✠ dicere tua pietate digneris, vt qui, nos cinerem esse, et ob prauitatis nostre meritum in puluerem reuertendos cognoscimus, peccatorum omnium veniam, et premia penitentibus repromissa misericorditer cõsequamur. Per. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui tegimine indutus nostre mortalitatis humanum genus ad imaginem Dei factum, sed sua prauitate euersum, pie, et misericorditer redemisti, beñ ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris

hos cineres, quos plebs tua ob recordationem sue infirmitatis, et culpe humiliter suscipit: ac rememorare nostre substantie, et recordare, quia pulvis sum⁹, vt per hoc iudiciũ humilitatis fructus dignos penitentie, veniamq; scelerum, et eterne gaudia vite, te largiente, valeam⁹ percipere. Per. Oratio.

Omnipotens De⁹, qui misereris omniũ, et nihil odisti eorum, que fecisti, dissimulans peccata hominum propter penitentiam, Qui etiã subuenis in necessitate laborantibus, bene✠dicere, et sancti✠ficare dignare hos cineres, quos causa humilitatis, et sancte religionis ad emundanda delicta nostra super capita nostra ferre cõstituisti more niniuitarum: et da per inuocationem tui nominis, vt omnes, qui eos ad deprecandã misericordiam tuam super capita sua tulerint, a te mereantur omnium delictorũ suorum veniam accipere: et hodie sic eorum ieiunia inchoare sãcta, vt in die resurrectionis purificatis mentibus ad sanctum mereantur accedere pascha, et in futuro perpetuam accipere gloriam. Per. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui primo homini transgredienti mandatũ tuum, et confitẽti peccatum propriũ denuntiasti, quod cinis esset, et in cinerẽ reuerteretur, te suplices exposcimus, vt parcas nobis peccata nostra tibi veraciter confitẽtibus: et da, vt per impositionem huius cineris veniam cõsequamur: et de peccato ad iustitiam, de corruptione ad ĩcorruptionem, de morte ad vitam perueni re mereamur eternam. Per dominũ. Oratio.

Deus, qui humilia tione flecteris, et satisfactiõe placaris, aurem tue pietatis inclina precibus nostris: et capitibus seruorum tuorum horum cinerum aspersione attactis effunde propitius gratiam tue benedictio✠nis, vt eos et spiritu cõpũctionis repleas, et que iuste postulauerint, efficaciter tribuas, et concessa perpetua

stabilitate manere intactos decernas. Per. Et benedictis cineribus, eat sacerdos ad chorum: et succentor incipiat antiphonam. Aña. Exaudi nos domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos domine. ℣. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerũt aque vsq; ad animã meam. ℣. Gloria. Reiteretur Aña. Qua finita incipiatur a succentore. Psalmus. Deus misereatur nostri. cum Gloria patri. Quo finito dicatur. Kyrie eley. Christe el. Kyrie el. Pater noster. Et ne. Sed libera ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuã. ℟. Et salutare. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum. Oro. Preces populi. nota. Require in dominica. lxx. Et finiatur hec oratio. Per christũ dñm nr̃m. Finita oratione, icipiat succẽtor añas. Aña. Immutemur habitu in cinere, et cilicio: ieiunemus, et ploremus ante dominum, quia multum misericors est dimittere peccata nostra Deus noster. Aña. Iuxta vestibulum, et altare plorabũt sacerdotes, et leuite ministri domini dicẽtes: parce Domine: parce populo tuo, et ne dissipes ora clamantium ad te domine. Et reiteretur, si fuerit necessitas: et interim ponat sacerdos cinerem super capita singulorum ita dicẽdo.

Recognosce hõĩo, quia cinis es, et in cinerẽ reuerteris, ideo age penitentiam, vt habeas vitã eternam. His expletis, incipiatur letania a duob⁹ beneficiatis, et cãtetur in choro vsq;. Sãcta maria, ora pro nobis. Deĩde pergãt per claustrũ cõtinuãdo eam. Ad missam. Officium.

Misereris õĩũ, dñe, et nihil odisti eorum, qui fecisti, dissimulãs peccata hominũ propter penitentiam, et parcens illis, quia tu es dominus Deus noster. ℣. Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te cõfidit anima mea. ℣. Gloria patri. Et nota, quod per totam quadragesimam in diebus ferialibus, quando dicitur missa de feria, cum sacerdos dixerit, Oremus. ad primam orõnẽ, diacon⁹ flexis genib⁹ dicat.

Flectamus genua: leuate. Itē nota, quod in q̄tuoꝛ tēpoꝛibus, vbi ⁊ prophetia ⁊ epistola legitur, vtrobiq; est addendum. Flectamus genua

Post commu. Oremus. Oꝛo.

Presta (quesumus) domine fidelibus tuis, vt ieiunioꝛū veneranda solennia, ⁊ congrua pietate suscipiant, et secura deuotione percurrant. Per. In secunda vero clau. dicantur due oꝛones, vt supꝛa dictum est.

Joelis propꝭ. Cap. ij.

Hec dicit dn̄s De⁹. Cōuertimini ad me in toto coꝛde vestro, in ieiunio, ⁊ in fletu, et in planctu: et scindite coꝛda vestra, ⁊ non vestimēta vestra. Et conuertimini ad dominum deum vestrū, quia benignus, ⁊ misericoꝛs est: patiens, ⁊ multe misericoꝛdie, et prestabilis super malitia. Quis scit, si conuertatur, ⁊ ignoscat, ⁊ reliquat post se benedictionem? Sacrificium, et libamen domino deo nostro. Canite tuba in sion, sanctificate ieiuniū, vocate cetum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, ⁊ suggētes vbera. Egrediatur spōsus de cubili suo, ⁊ spōsa de thalamo suo. Inter vestibulum, et altare ploꝛabunt sacerdotes ministri domini, ⁊ dicēt. Parce dn̄e, parce populo tuo, ⁊ ne des hereditatem tuam in oppꝛobꝛiū, vt dominentur eis nationes. Quare dicūt in populis, vbi est Deus eoꝛum? Zelatus est dn̄s terram suam, et pepercit populo suo. Et respōdit dn̄s, ⁊ dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumētum, ⁊ vinum, ⁊ oleum, ⁊ replebimini in eis: ⁊ non dabo vos vltra oppꝛobꝛium ingētibus. Dicit dn̄s omnipotēs.

℟. Miserere mei De⁹, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. ℣. Misit de celo, ⁊ liberauit me, dedit in oppꝛobꝛiū conculcantes me. Tractus. Domine non secundum peccata nostra facias nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericoꝛdie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, et propter gloꝛiam nominis

tu dñe libera nos, ⁊ propitius es to peccatis nostris propter nomē tuū. Et dicatur per totā quadragesimā, qñ dr̄ de feria alternatim. Sēm. Matthei. Capit. vj.



In illo tempore. Dixit dñs Jesus discipulis suis Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite, tristes. Exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, et faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunās, sed patri tuo, qui est in abscōso. Et pater tuus, qui videt in abscōso, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo, ⁊ tinea demolitur, et vbi fures effodiunt, et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, vbi neq͂ erugo, neq͂ tinea demolit̄, ⁊ vbi fures nō effodiunt, ne q͂ furātur. Ubi est enim thesaurus tuus, ibi est ⁊ cor tuū. Offerto. Exaltabo te, dñe, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: dñe, clamaui ad te, ⁊ sanasti me. Sacra.

Hec nos (q̄s) dñe, bis muneribꝰ offerēdis conuenieter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramenti celebranꝰ exordiū. Per. Prefa. Qui corporali ieiunio vitia cōprimis. Et dicatur vsq͂ ad dñicā in passione exclusiue diebus, quibus dicit̄ de feria ⁊ ī diebus dominicis non dicet̄ sed aliud vsuale. Commu. Qui meditabitur in lege domini die, ac nocte, dabit fructum suum in tēpore suo. Post communi.

Percepta nobis, domine, prebeant sacramenta subsidium, vt tibi grata sint nostra ieiunia, ⁊ nobis proficiāt ad medelam. Per dominū nostrum. Oratio. secūde clausule finiatur sic. p.d.n.i.x.f.t.q.t.v.⁊.re.i.v.s. s.d. Oremus. Et diaconꝰ dicat. Humiliate capita vr̄a. et presbiter dicat orōnem, que dicitur super populum submissa voce vsq͂ ad. Per dñm. exclusiue. Et cum dixerit. per dñm. vsq͂ in finē:

eleuet vocē sicut prius, ꝛ sic dicatur ꝑ totā .xl. dieb⁹ ferialib⁹, qñ dicit̃ missa d̃ feria vsq̃ ad fer. v. cene dñi exclusiue. Super populū. Oratio.

Inclinantes se dñe maiestati tue propitiatus intende, vt qui diuino munere sunt refecti, celestibus semper nutriantur auxilijs. Per. Benedicamus. ¶ Feria quinta. Officium.

Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi: ꝛ humiliauit eos, qui est ante secula, ꝛ manet in eternum: iacta cogitatū tuum in domino, ꝛ ipse te enutriet. ℣. Exaudi deus orationem meā, et ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, ꝛ exaudi me ℣. Gloria patri. Oratio. dicatur sub prima clausula. Oratio

Deus, qui culpa offenderis, penitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: ꝛ flagella tue iracundie, que pro peccatis nostris meremur, auerte. Per. In secunda vero clau. dicantur due orationes vt supra dictū est in secūda feria dicitur Dñe

ne in. Esaie pphe. ca. xxxviij.

In diebus illis. Egrotauit Ezechias vsque ad mortē: ꝛ introiuit ad eū Esaias fili⁹ Amos propheta, ꝛ dixit ei. Hec dicit dominus. Dispone domui tue, quia morieris tu, ꝛ non viues. Et cōuertit Ezechias faciem suam ad parietem, ꝛ orauit ad dominum, ꝛ dixit Obsecro, domine memēto (queso) quomodo ambulauerim coram te in veritate, ꝛ in corde perfecto, ꝛ quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Factumq̃ʒ est verbum domini ad Esaiā dicēs. Uade, ꝛ dic Ezechie. Hec dicit dominus Deus dauid patris tui. Audiui orationē tuam, ꝛ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā super dies tuos quindecim annos: ꝛ de manu regis assyriorum eruam te, ꝛ ciuitatē istam, ꝛ protegam eam. Ait dominus omnipotens. ℟. Iacta cogitatum tuum in dño, et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarē ad dñm, exaudiuit vocem meā ab his, qui appropinquant mihi. Tractus. Domine nō secundū

peccata nostra facias nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Et dicatur v'nus. v. nō plures: & hoc fit in feri. diebus vsq; ad fer. ij. dñice de passione exclusiue. Secundū Mat. Cap. viij.



In illo tempore: Cum autē introisset Jesus capharnaū, accessit ad eū centurio rogans eū, & dicens. Dñe, puer me' iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniam, & curabo eum. Et respondens centurio ait. Dñe, non sum dignus, vt intres sub tectū meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nā et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, Et dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit. Amē dico vobis, nō inueni tantam fidem in Israel. Dico autē vobis, quod multi ab oriente, & occidēte venient, & recumbent cum Abrahā, & Isaac, et Jacob in regno celorum. Filij autē regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentiū. Et dixit Jesus cētnrioni. Uade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. Offertorio. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te cōfido, nō erubescam: neq; irrideāt me inimici mei, etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur domine. Sacra.

Sacrificijs presentibus dñe (quesumus) intende placatus: vt, & deuotioni nr̃e, proficiāt & saluti. Per. Cō. Acceptabis sacrificium iustitie, oblationes, & holocausta super altare tuum, domine. Post cōm.

Celestis doni benedictione percepta: supplices te, deus omnipotens, deprecamur, vt hoc idē nobis sacramēti, causa sit & salutis Per. Sup populū. Oratio.

Parce dñe, parce populo tuo, vt dignis flagellationibus castigatus in tua semper miseratiōe respiret. Per. Feria. vj. Officium.

Audiuit dñs, et misertus est mihi: dñs factus est adiutor meus. ℣. Exaltabo te, dñe, quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Inchoata ieiunia (q̃sumus) dñe benigno fauore ꝓseq̄re: vt obseruãtiã, quã corporaliter exhibemus, syn ceris etiã mentibus exercere valeam⁹. p. Lcõ esa. c. lviij.

Hec dicit dñs De⁹. Clama, ne cesses: q̃si tuba exalta vocẽ tuã, et annuntia populo meo scelera eorũ, et domui Jacob peccata eorũ. Me etenĩ de die in diẽ querũt: et scire vias meas volũt. Quasi gens, que iustitiam fecerit: et iudicium Dei sui nõ dereliquerit. Rogãt me iudicia iustitie, et appropiquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, et nõ aspexisti: humiliauimus animas nr̃as, et nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, et cõtẽtiones ieiunatis, et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare, sicut vsq3 ad hanc diẽ, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiuniũ, quod elegi, per diẽ affligere hominem animã suam? Nũquid contorquere q̃si circulũ, caput suũ? et saccũ, et cinerẽ sternere? Nunquid istud vocaui ieiuniũ, et diẽ acceptabilẽ dño? Nonne hoc est magis ieiuniũ, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimẽtes. Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: et omne onus disrumpe. Frange esuriẽti panem tuum: et egenos, vagosq3 induc in domũ tuam. Cũ videris nudũ, operi eũ, et carnem tuã ne despexeris. Tũc erumpet, quasi mane, lumen tuũ: et sanitas tua citius orietur. Et ante ibit faciem tuam iustitia tua, et gloria dñi colliget te. Tunc inuocabis, et dñs exaudiet: clamabis, et dicet, ecce adsum. Quia misericors sum Dominus Deus tuus. ℟. Unã petij a dño, hanc requirã, vt inhabitẽ in domo dñi. ℣. Ut videã volũtatẽ dñi, et protegar a tẽplo sancto eius. Tract⁹. Dñe ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiq̃rum

cito âticipêt nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis

Scdm Mat. Cap. v.z.vj.



In illo tẽpe. Dixit dñs Jesus discipulis suis. Audistis, q2 dictũ est antiquis. Diliges primũ tuũ, z odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos: z orate pro persequentibus, z calũniantibus vos, vt sitis filij patris vrĩ, qui in celis est: qui solem suum oriri facit sup bonos, z malos: z pluit super iustos, z iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligũt, quam mercedem habetis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne z ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut z pater vester celestis perfectus est. Attẽdite, ne iustitiã vrãm faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis. Alioqui mercedem nõ habebitis apud patrẽ vrm, qui in celis est. Cũ ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ãte te, sicut hypocrite faciũt in sinagogis, z in vicis, vt honorificẽtur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suã. Te autẽ faciẽte eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscõdito: Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Offerto. Domine viuifica me secundum eloquium tuum, vt sciam testimonia tua. Sacra.

Sacrificiũ, dñe, obseruãtie q̃dragesimalis offerim9: presta (q̃sum9) vt, z tibi mẽtes nr̃as reddat acceptas, z cõtinentie promptioris nobis tribuat facultatẽ. per Com. Seruite domino in timore, z exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Post commu.

Spiritum nobis dñe tue charitatis infunde, vt quos vno celesti pane satiasti, tua facias pietate concordes. p. Sup pplm. Oratio.

Tuere dñe populũ tuũ, z ab omnibus peccatis clemẽter emũda, quia nulla

ei nocebit aduersitas, si nul la ei dn̄etur iniquitas. Per.

¶ Sabbato. Ad missā: offi ciū et o͛o. et. R. et offerto. et cōm. vt in fe. vj. preterita. s.

Audiuit. Esa. pphe. ca. lviij.

Hec dicit dn̄s. Si abstu leris de medio tui cathe nam, et desieris digitum ex tendere, et loqui, quod non pdest, cū effuderis esurien ti animam tuā, et animā affli ctam repleueris, orietur in tenebris lux tua, et tenebre tue erūt, sicut meridies. Et requiem dabit tibi dominus deus tu⁹ semper: et implebit splendoribus animā tuam, et ossa tua liberabit. Et eris q̄si hortus irriguus, et sicut fōs aquarū, cui⁹ nō deficiēt aque. Et edificabūtur in te deserta seculorū: fundamē ta generationis, et generatio nis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiū, auertens se mitas in quietē. Si auerte ris a sabbato pedē tuū, face re voluntatē tuā in die sācto meo, et vocaueris sabbatum delicatū, et sanctū dn̄i glorio sum, et glorificaueris eum, dū nō facis vias tuas, et nō inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonē, tunc de lectaberis super dn̄o, et sub stollam te super altitudines terre: et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Os enim dn̄i locutū est hec. Tractus.

Adiuua nos de⁹ salutaris noster, et ꝓpter gl̄iam nominis tui dn̄e li bera nos: et propitius esto pecca tis nostris propter nomen tuum.

Secundū Marc. Cap. vj.

In illo tempore. Cū sero factum esset, erat nauis ī medio mari, et Jesus sol⁹ in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigan do: erat enim ventus cōtra rius eis. Et circa quartā vi giliā noctis venit ad eos am bulans supra mare, et vole bat preterire eos. At illi, vt viderunt eum ambulātē su pra mare, putauerūt, phan tasma esse, et exclamauerūt. Omnes enim eum viderūt, et cōturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: et dicit il lis. Confidite, ego sum: no lite timere. Et ascēdit ad il los in nauim, et cessauit ven tus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intel lexerunt de panibus: erat e nim cor corum obcecatum.

Et cum trãsfretassẽt, venerunt in terrã Genesareth: et applicuerunt. Cũq3 egressi essent de naui, cõtinuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersam regionẽ illam: ceperunt in grabatis eos, qui se male habebant, circunferre, vbi, audiebãt, eum esse. Et quocunq3 introibat, in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebãt infirmos, et deprecabantur eũ, vt vel fimbriã vestimenti eius tangerent. Et quotquot tãgebant eũ, salui fiebant. Sacra.

Suscipe domine sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: presta (quesumus) vt huius operatione mundati beneplacitum tibi nostre mentis offeramus effectũ. Per dominum. Post com.

Celestis vite munere vegetati quesum⁹, dñe, vt quod est nobis in presenti vita mysterium, fiat eternitatis auxiliũ. Per. Super populũ.

Adesto domine. Oratio. supplicationibus nostris, et presta, vt hoc solemne ieiunium, quod animabus, corporibusq3 curãdis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per dñm. Dñica prima in xl. Officiũ



Inuocabit me, et ego exaudiã eũ: eripiã eũ, et glorificabo eũ: lõgitudine dierum adimplebo eum. ℣. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei celi commorabitur. Gloria patri. nõ dicatur. Gloria in excelsis. Et dicatur oratio sub prima clausula. Oro.

Deus, qui ecclesiam tuã annua quadragesimali obseruatione purificas, presta familie tue, vt quod a te obtinere, abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per. In secũda vero clausula dicantur due orationes: prima sit de virgine: et secũda de ecclesia. Si vo ista die sit festũ. iij. lc. prima oro sit de festo: et secũda de Vgine. Ad cori. ij. ca. vi.

Fratres. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enĩ. Tẽpore accepto exaudiui te: et ĩ die salutis adiuui te. Ecce

nunc tépus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensioné, vt non vituperetur ministe rũ nostrũ. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, i multa patiẽtia, in tribulationibꝰ, in necessitatibꝰ, in ãgustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia in, lõganimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Per arma iustitie a dextris, ꝛ a sinistris, per gloriam, ꝛ ignobilitaté, per infamiam, ꝛ bonam famam Ut seductores, et veraces. Sicut qui ignoti, ꝛ cogniti. Quasi morientes, ꝛ ecce viuimus. Ut castigati, ꝛ non mortificati. Quasi tristes, sẽ per autẽ gaudentes. Sicut egentes, multos autem locu pletantes. Tanq̃ʒ nihil habentes, ꝛ omnia possidétes. ℟. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidẽ pedem tuum. Tractus. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei celi commorabitur. ℣. dicet Domino, susceptor meus es tu, et refugium meum: et Deus meus, sperabo in eum. ℣. Quoniam ipse liberauit me de là queo venantiũ, ꝛ a verbo aspero.

Secũdũ Mat. Capit. iiij.



In illo tempore. Ductus est Jesus in desertũ a spiritu, vt tẽtaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondẽs dixit, Scriptũ est, Non i solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tũc assũpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, et statuit eũ super pinnaculum templi, ꝛ dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptũ est enim: quia angelis suis mandauit de te, ꝛ in manibus tollẽt te, ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuum. Ait illi Jesus

rursum. Scriptum est. Nõ tentabis dñm deũ tuũ. Iterũ assupsit eum diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mũdi, ⁊ gloriã eorum, ⁊ dixit ei. Hec õnia tibi dabo, si cadẽs adoraueris me. Tũc dicit ei Jesus. Uade sathana: scriptum est enim. Dñm deũ tuũ adorabis, ⁊ illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: ⁊ ecce angeli accesserũt, ⁊ ministrabant ei. Offertorium. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus, et sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Sacra.

Sacrificium, dñe, q̃dragesimalis initij solẽniter immolamus, te deprecãtes, vt cum epularum restrictione carnalium a noxijs quoqz voluptatibus temperemur. Per. Diebus dñicis semper dr̃ pfatio vsual'. Cõ. Scapulis suis obumbrabit tibi, ⁊ sub pẽnis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Post cõ.

Tuinos, dñe, sacramẽti libatio sãcta restauret, ⁊ a vetustate purgatos ĩ mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dominũ

¶ Feria secũda. Officium.

Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri: miserere nobis dñe, miserere nobis. ℣. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Gloria patri. Oratio.

Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat, mentes nr̃as celestib⁹ instrue disciplinis. Per. Lectio. Ezechie. pph. xxxiiij.

Hec dicit dñs. Ecce ego ipse requiram oues meas, ⁊ visitabo eas, sicut visitat pastor gregẽ suum ĩ die, quãdo fuerit in medio ouiũ suarum dissipatarũ. Sic visitabo oues meas, ⁊ liberabo eas de omnibus locis, in quibus disperse fuerant: in die nubis, ⁊ caliginis: ⁊ educã eas de populis: ⁊ congregabo eas de terris: ⁊ inducã eas in terrã suam: ⁊ pascã eas in montibus Israel: in riuis: ⁊ in cũctis sedibus terre. In pascuis uberrimis pascam eas in montibus excelsis israel erunt pascue earũ.

Ibi requiescent in herbis vi rētibus, ⁊ in pascuis pingui b⁹ pascentur super mōtes israel. Et ego pascā oues meas, ⁊ ego eas accubare faciā: dicit dñs. Quod perierat, requirā: ⁊ quod abiectū erat, reducā: ⁊ quod confractum fuerat, alligabo: ⁊ quod infirmū fuerat, cōsolidabo: et quod pingue, ⁊ forte, custodiam. Et pascā illas in iudicio. Dicit dñs omnipotens. ℟. Protector noster aspice de⁹, et respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Tractus Dñe non secundum peccata nr̄a facias nobis, neq₃ secundum iniquitates nostras retribuas nobis

Secundū Mat. Cap. xxv.

In illo tempore. Dixit dominus Jesus discipulis suis. Cū venerit fili⁹ hominis in maiestate sua, ⁊ omnes angeli cū eo, tunc sedebit super sedē maiestatis sue Et cōgregabunt āte eū oēs gētes: ⁊ separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidē a dextris, hedos autē a sinistris. Tunc dicet rex his, qui a dextris ei⁹ erūt. Uenite benedicti patris mei: possidete paratū vobis regnū a cōstitutiōe mūdi. Esuriui enim, ⁊ dedistis mihi mā ducare. Sitiui, ⁊ dedistis mihi bibere. Hospes erā, ⁊ collegistis me. Nudus, et operuistis me. Infirmus, ⁊ visitastis me. In carcere erā, et venistis ad me. Tūc respondebūt ei iusti dicētes. Dñe, q̄ndo te vidimus esurientē, ⁊ pauimus? Sitiētē, ⁊ dedimus tibi potū? Quādo autē te vidimus hospitē, ⁊ collegimus te? Aut nudum, ⁊ cooperuimus te? Aut quādo te vidimus infirmū, aut in carcere, ⁊ venim⁹ ad te? Et respōdens rex dicet illis. Amē dico vobis: q̄₃diu fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi fecistis. Tūc dicet ⁊ his, qui a sinistris erūt Discedite a me maledicti in ignē eternum, qui paratus est diabolo, ⁊ angelis eius. Esuriui enī, ⁊ non dedistis mihi manducare. Sitiui, et non dedistis mihi potum: hospes eram, et non collegistis me. Nudus, ⁊ non operuistis me. Infirmus, et in carcere, ⁊ nō visitastis me

Tūc respōdebūt ei ⁊ ipsi dicētes. Dñe qñdo te vidim⁹ esuriētē, aut sitientē, aut hospitē, aut nudū, aut ifirmū, vel in carcere, ⁊ nō ministrauimus tibi? Tūc respōdebit illis dicēs. Amē dico vobis: quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hii in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam. Offerto. Leuabo oculos meos, ⁊ cōsiderabo mirabilia tua, dñe, vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectū, vt discā mādata tua. Sacra

Munera tibi dñe oblata sanctifica, nosq3 a peccatorum nostrorū maculis emunda. Per. Com. Uoce mea ad dominū clamaui, ⁊ exaudiuit me de mōte sancto suo: nō timebo millia ppl'i circundātis me.

Salutaris Post cōmu. tui domine munere satiati te supplices exoramus, vt cuius letamur gustu, renouemur effectu. Per. Super populum. Oratio.

Absolue (quesumus) domine nostrorū vincula peccatorum: ⁊ quicquid pro eis meremur, ppitiatus auerte Per. ¶Feria.iij. Officium.

Domine refugiū fact⁹ es nobis a generatiōe, ⁊ ꝓgenie: a seculo, ⁊ in seculum tu es. ℣. Priusquā montes fierent, aut formaretur terra, ⁊ orbis, a seculo, ⁊ vsq3 in seculū tu es deus. ℣. Gl'ia patri.

Respice (qs) dñe Ora. familiā tuam, ⁊ presta, vt apud te mēs nr̄a tuo desiderio fulgeat, que se carnis maceratione castigat. Per. Lcō Esa. pro. Ca. lv.

In diebus illis. Locut⁹ est Esaias propheta dicens. Querite dñm, dum inueniri potest: inuocate eū, dū prope est. Derelinquat impius viam suam, ⁊ vir iniquus cogitationes suas, et reuertatur ad dominum, et miserebitur eius, ⁊ ad Deū nostrū, quoniam multus est ad ignoscendum. Nō enim cogitationes mee, cogitationes vestre: neq3 vie mee, vie vestre: dicit dñs. Quia sicut exaltantur celi a terra, sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber,

τ nix de celo, τ illuc vltra nō reuertitur, sed inebriat terram, τ infundit eam, et germinare eā facit, et dat semē serenti, τ panem comedēti, sic erit verbum meū, quod egredietur de ore meo, Nō reuertetur ad me vacuum: sed faciet, quecunq3 volui: et prosperabitur in his, ad que misi illud. Dicit dominus omnipotens. ℟. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, domine. ℣. Eleuatio manuum mearū sacrificiū vespertinum. Tractus. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. Secundum Matth. Cap. xxj.

In illo tempore. Cum intrasset Jesus Jerosolymā, cōmota est vniuersa ciuitas, dicēs. Quis est hic? Populi autē dicebant, Hic est Jes⁹ ꝓpheta a nazareth galilee. Et intrauit Jesus in templū Dei, τ eijciebat oēs vēdētes, τ emētes in tēplo, τ mēsas nūmulariorū, τ cathedras vēdentiū colūbas euertit, τ dixit eis. Scriptū est: dom⁹ mea dom⁹ orōnis vocabit: vos autē fecistis illā spelūcam latronū. Et accesserunt ad eū ceci, τ claudi in tēplo, τ sanauit eos. Vidētes autē principes sacerdotū, τ scribe mirabilia, q̄ fecit: τ pueros clamātes in tēplo, τ dicentes: o sanna filio Dauid, īdignati sunt, τ dixerūt ei. Audis, quid isti dicūt? Jesus autē dixit eis. Vtiq3 nūquam legistis: quia ex ore in fātiū, τ lactētium perfecisti laudē? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in bethaniam, ibiq3 mansit. Offertorium. In te speraui, domine, dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tēpora mea. Sacra.

Oblatis (q̄s) dñe placare muneribꝰ, τ a cūctis nos defende periculis. Per. Cō. Cum inuocarē te, exaudisti me de⁹ iustitie mee: ī tribulatione dilatasti mihi: miserere mei dñe, τ exaudi orōnē meā. Post cōni

Presta (quesumus) omnipotens Deus, vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per. Super populum. Oratio.

Ascendant ad te, dñe, preces nr̄e, τ ab ecclesia

tua cunctã repelle nequitiã. Per. ¶ Feria q̃rta in quatuor temporibus. Officium



REminiscere miserationum tuarum dñe, ⁊ misericordie tue, q̃ a seculo sũt, ne vnq̃ꝫ dominentur nobis inimici nostri: libera nos Deus israel ex õibus angustijs nostris. ℣. Ad te dñe leuaui aĩam meam, deus meus, in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri. Hic nõ dr. Dominus vobiscũ. Psed Oremus. Oratio.

PReces nr̃as (quesum⁹) dñe clementer exaudi, ⁊ contra cũcta nobis aduersãtia dexteram tue maiestatis extẽde. Per. Exo. Cap. xxiiij.

IN dieb⁹ illis. Dixit dñs ad moysen. Ascẽde ad me in mõtẽ, ⁊ esto ibi: Dabo qꝫ tibi tabulas lapideas, et legẽ ac mãdata, que scripsi, vt doceas filios israel. Surrexerunt moyses, et Josue minister eius. Ascendensqꝫ moyses in mõtẽ Dei, senioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis aaron, ⁊ hur vobiscũ, Si quid natum fuerit questionis, referetis ad eos. Cũqꝫ ascendisset moyses, operuit nubes montem, ⁊ habitauit gloria domini super sinay, tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem species glorie domini, quasi ignis ardens super verticem mõtis in conspectu filiorum israel. Ingressusqꝫ moyses medium nebule ascendit in montem: ⁊ fuit ibi quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus. ℟. Tribulationes cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me dñe. ℣. Uide humilitatem meam, ⁊ laborem meum, ⁊ dimitte omnia peccata mea. Hic dr. Dñs vobiscũ.

DEuotionem Oratio. populi tui (quesumus) domine benignus intende, vt, qui per abstinentiã macerãtur in corpore, per fructum boni operis reficiãtur in mente. Per do. Lectio libri regum. iij. Ca. xix.

IN diebus illis. Uenit Elias in Bersabee Juda, ⁊ dimisit ibi puerum suum, ⁊ perrexit in desertum viam vnius diei. Cũqꝫ venisset,

⁊ sederet subter vnam iuniperũ, petiuit anime sue, vt moreretur: et ait. Sufficit mihi, domine, tolle animã meam. Neqꝫ enim melior sum, q̃z patres mei. Proiecit se, et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelꝰ domini tetigit eum, dixitqꝫ ei. Surge, comede. Et respexit, ⁊ ecce ad caput suum subcinericius panis, ⁊ vas aque. Comedit ergo, et bibit, et rursum obdormiuit. Reuersusqꝫ est angelus domini secũdo, et tetigit eum, dixitqꝫ illi. Surge, comede, grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, ⁊ bibit. Et ambulauit ĩ fortitudine cibi illius quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus, vsqꝫ ad mõtẽ dei horeb. Tractus. De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam, ⁊ laborem meum, ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te, dñe, leuaui animam meã: Deus meus in te cõfido, nõ erubescam: neqꝫ irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi, qui te expectãt, nõ cõfũdẽtur: cõfundãtur omnes facientes vana. Scdm̃ Mat. Cap. xij.



In illo tẽpore. Accesserunt ad Iesũ scribe, ⁊ pharisei dicẽtes. Magister, volumus a te signũ videre. Qui respõdens ait illis. Generatio mala, ⁊ adultera signũ querit, ⁊ signũ nõ dabitur ei, nisi signũ Ione prophete. Sicut enĩ fuit Ionas ĩ vẽtre ceti tribꝰ diebꝰ, ⁊ tribꝰ noctibꝰ: sic erit filius hominis ĩ corde terre tribus diebus, ⁊ tribus noctibus. Uiri niniuite surgẽt in iudicio cũ generatione ista, ⁊ cõdẽnabũt eã: quia penitẽtiã egerũt in p̃dicatiõe Ione. Et ecce plusq̃z Ionas hic. Regina austri surget ĩ iudicio cum generatione ista, et condẽnabit eã, quia venit a finibus terre audire sapientiã salomonis. Et ecce plusquã salomõ hic. Cum autẽ immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, ⁊ non inuenit. Tunc dicit: reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, scopis

mundatam, et ornatã. Tũc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, et intrãtes habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, et fratres stabant foris, querẽtes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua, et fratres tui foris stant querẽtes te. At ipse respondens dicẽti sibi ait. Que est mar̃ mea, et qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea, et fratres mei. Quicunq3 enim fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est, ipse meus frater, et soror, et mater est. Offerto. Meditabor in mandatis tuis, que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua, que dilexi. Sacra

Hostias tibi (dñe) placationis offerimus, vt, et delicta nr̃a miseratus absoluas, et nutantia corda tu dirigas. Per. Cõ. Intellige clamorem meũ: intende voci orõnis mee, rex meus, et deus meus, quoniam ad te orabo dñe. Post cõ.

Qui dñe perceptione sacramenti et ariisinum demur occultis, et ab hostiũ liberemur insidijs. Per do. Super populum. Oratio.

Mentes nr̃as (q̃sumus) dñe lumine tue claritatis illustra, vt videre possimus, que agẽda sunt, et q̃ recta sũt, agere, valeamus. Per dñm. ¶ Feria. v. Officium.



Confessio, et pulchritudo in conspectu eius: sanctitas, et magnificẽtia in sanctificatiõe eius. ℣. Cantate domino cãticũ nouũ: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Deuotionẽ populi tui (quesumus) dñe benignus intẽde, vt, qui per abstinẽtiam macerãtur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per.

Ezechielis. Capit. xviij.



In diebus illis. Factus est sermo dñi ad me dicens. Quid est, qđ inter vos parabolam vertitis in prouer

bium istud in terra Israel, dicentes. Patres comedcrunt vuam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt. Uiuo ego, dicit Dominus Deus: si erit vltra vobis parabola hec in prouerbium in Israel. Ecce omnes animę meę sunt. Ut anima patris, ita ⁊ anima filij mea est. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filij. Et vir, si fuerit iustus, ⁊ fecerit iudicium, et iustitiam, in montibus non comederit, et oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, ⁊ vxorem proximi sui non violauerit, et ad mulierem menstruatam non accesserit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, ⁊ nudum operuerit vestimēto, ad vsuram non accōmodauerit, ⁊ amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manū suam, iudicium verum inter virum, ⁊ virum fecerit, ⁊ in preceptis meis ambulauerit, et iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem, hic iustus est: vita viuet, et non morietur. ait dominus Deus. Quod si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, ⁊ fecerit vnum de istis, et hec quidem omnia non facientem, numquid viuet? Non viuet. Cū vniuersa hec detestanda fecerit, morte morietur, ⁊ sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium, qui vidēs omnia peccata patris sui, quę fecit, timuerit, ⁊ non fecerit simile eis, iudicia mea fecerit, et in preceptis meis ambulauerit, hic non morietur in iniquitate patris sui sed vita viuet. Pater eiꝰ, qui calumniatus est, et vim fecit fratri suo, ⁊ malū operatus est ī medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua: ⁊ dicitis. Quare non portabit filius iniquitatem patris sui? Uidelicet quia filius iudiciū, ⁊ iustitiam operatus est. Oīa p̄cepta mea custodiuit, ⁊ fecit illa, vita viuet. Ait dñs oṕs. ℟. Custodi me dñe, vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vulto tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videāt equitatem.

Tractus. Domine, nõ secundũ peccata nr̃a facias nobis: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Sõm Jo. ca. viij.



In illo tempore. Dicebat Jes⁹ ad eos, qui crediderunt ei, Judeos. Si vos mãseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, ꝛ cognoscetis veritatem, ꝛ veritas liberabit vos. Responderunt ei. Semẽ Abrahe sum⁹, ꝛ nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Respõdit eis Jesus. Amen amẽ dico vobis: quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in eternum: filius manet in eternum. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Scio, quia filij Abrahe estis: sed queritis me iterficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego, quod vidi apud patrem, loquor: ꝛ vos, que vididistis apud patrẽ vestrũ, facitis. Responderunt, ꝛ dixerũt ei. Pater noster abrahã est. Dixit eis Jesus. Si filij Abrahe estis, opa Abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere hominẽ, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui a deo. Hoc Abrahã nõ fecit: vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaq; ei. Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Jesus. Si Deus pater vester esset, diligeritis vtiq; me. Ego enim ex Deo processi, ꝛ veni: neq; enim a me ipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Uos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia veritas non est in illo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mẽdax est, et pater eius. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico, quare vos nõ creditis mihi? Qui ex deo est, verba

Dei audit. Offert. Immittit angelus dñi in circuitu timētium eū, et eripe eos: gustate, et videte, quoniam suauis est dñs. Sacra.

Sacrificia, quesum⁹, domine, ppiti⁹ ista nos saluēt que medicinalib⁹ sunt instituta ieiunijs. Per dō. Cō Panis quē ego dedero, carō mea est pro seculi vita. Post commū.

Tuorū nos dñe largitate donorū et tēporalib⁹ attolle psidijs: et renoua sempiternis. Sup. pplm. Orō.

Da quesum⁹ dñe, populis xpianis: et que profitentur agnoscere: et celeste munus diligere quod freqn tāt. Per. Feria. vj. Offm.

De necessitatib⁹ meis eripe me dñe: vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui animam meā, Deus meus, in te confido, non erubescā. ℣. Gloria patri. Oratio.

Esto, dñe, propiti⁹ plebi tue: et quam tibi facis esse deuotā, benigno refoue miseratus auxilio. Per. Ezechielis prophe. Capi. xviij.

Hec dicit dominus. Anima q̄ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatē filij. Iustitia iusti super eum erit, et impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, que operatus est, et custodierit omnia precepta mea, et fecerit iudicium, et iustitiam, vita viuet, et non morietur. Omnium iniquitatū eius, quas operatus est, non recordabor: In iustitia sua, quam operat⁹ est viuet. Nunquid voluntatis mee mors est impij: dicit dñs Deus: et nō vt conuertatur a vijs suis, et viuat? Si autem auerterit se iustus a iustitia sua: et fecerit iniquitatem secundū omnes abominationes, quas operari solet impius: nunquid viuet? Omnes iustitie eius, quas fecerat, non recordabuntur. In preuaricatione, qua preuaricatus est, et in peccato suo, quod peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Nō est equa via dñi. Audite ergo dom⁹ Israel. Nunquid via mea non est equa: et non magis vie

vestre prave sunt? Cum enim averterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem: morietur in eis. In iniustitia, quam operatus est morietur. Et cum averterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, et fecerit iudicium, et iustitiam: ipse animam suam vivificabit. Considerans enim, et avertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita vivet, et non morietur. Dicit dominus omnipotens. Saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem in te. ℣. Auribus percipe domine orationem meam. Tractus. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Secundum Ioan. Cap. v.



In illo tempore. Erat dies festus Iudeorum: et ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis sup probatica, piscina: que cognominatur hebraice Bethsaida: quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium: cecorum claudorum: aridorum expectantium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta, et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem: et cognouisset, quia multum tempus iam haberet: dicit ei: Uis sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine non habeo hominem, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus. Surge, tolle grabatum tuum, et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatum suum, et ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudei illi, qui sanatus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est

ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, ꝛ ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Jesus enim declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eũ Jesus in templo, ꝛ dixit illi. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: ꝛ nũciauit iudeis, quia Jesus esset qui fecit eum sanũ. Offert. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes retributiones eius: et renouabitur sicut aquile iuuẽtus tua. Sacra

Suscipe (q̃s) dñe munera nr̃is oblata seruitijs: ꝛ tua propitius dona sanctifica. Per. Cõ. Erubescant, et conturbẽtur omnes inimici mei: auertãtur retrorsum, ꝛ erubescãt valde velociter. Post commu.

Per huius, dñe, operationẽ mysterij, ꝛ vitia nostra purgẽtur, ꝛ iusta desideria cõpleãtur. Per do. Super populũ. Oro.

Exaudi nos misericors deus: et mentibus nr̃is gratie tue lumen ostende. Per. dominũ. ¶ Sabbato i quatuor temporibus. Officium.



Intret orõ mea i cõspectu tuo: inclina aurẽ tuam ad precem meam domine. ℣. Dñe Deus salutis mee in die clamaui, ꝛ nocte coram te. ℣. Gloria patri. Hę quinque orationes dicãtur sine salutatione: tñ in singulis dicitur. Flectamus genua.

Populũ tuũ (q̃s) Oro. dñe propitius respice: atq3 ab eo flagella tue iracũdie clementer auerte. Per. Lectio. j. deuterono. xxvj.

In diebus illis. Locutus est Moyses ad dominum dicens: Respice domine de sanctuario tuo, ꝛ de excelso celorum habitaculo ꝛ benedic populo tuo Israel, quoniam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris: terre lacte, ꝛ melle manãti. Hodie dominus Deus tuus precepit tibi: vt facias mandata eius: atq3 iudicia, ꝛ custodias, et impleas ex toto corde tuo, ꝛ ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi deus: et ambules in vijs eius, ꝛ custodias ceremonias illius,

et mandata atq3 iuditia, et obedias ei⁹ imperio. Et do min⁹ elegit te hodie: vt sis ei populus peculiaris, sicut lo cutus est tibi, ꝛ custodias ōnia precepta illius: et faciet te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudē, ꝛ nomen ꝛ gloriam suam, vt sis populus sanctus domini Dei tui: sicut locutus est. ℟. Propitius esto domine peccatis nostris, nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, ꝛ propter honorem nominis tui dn̄e libera nos. Oro sine salutatiōe.

Deus, qui nos in tantis periculis cōstitutos pro humana scis fragilitate nō posse subsistere, da nobis salutem mentis, ꝛ corporis, vt ea, que pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per.

Lectō. ij. deuteronomij. xj.

In diebus illis. Dixit Moyses filijs Israel. Si custodieritis mandata, q̄ ego precipio vobis, ꝛ feceritis ea, vt diligatis dn̄m deū vr̄m, et ambuletis in omnibus vijs, eius adherētes ei, disperdet dn̄s omnes gētes istas ante faciem vestram, ꝛ possidebitis eas, que maiores ꝛ fortiores vobis sunt. Omnis locus, quē calcauerit pes vester vester erit. A dserto, ꝛ Alibano, ꝛ flumine magno Euphrate, vsq3 ad mare occidētale erūt termini vestri. Null⁹ stabit cōtra vos: terrorē vr̄m, ꝛ formidinē dabit dn̄s deus vester super ōnem terrā, quā calcaturi estis, sicut locutus est vobis dominus Deus vester. ℟. Protector noster aspice deus, et respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum.

Oratio sine salutatiōe.

Protector noster aspice Deus, vt qui malorū nostrorum pōdere premimur, percepta misericordia, libera tibi mēte famulemur. per dn̄m.

Lectō. iij. libri machabeorū.

In diebus illis. Orationem faciebant sacerdotes, dum offerrent sacrificium pro populo Israel, Ionata incohoante, ceteris autem respōdentib⁹, ꝛ dicentibus, Benefaciat vobis deus, ꝛ meminerit testamēti sui, quod locut⁹ est ad

Abꝛahã, ⁊ Jsaac, et Jacob seruoꝛum suoꝛum fidelium. Et det vobis coꝛ omnibus, vt colatis eum: et faciatis eius voluntatẽ. Adaperiat coꝛ vestrum in lege sua, ⁊ in pꝛeceptis suis: ⁊ faciat pacẽ. Exaudiat autem oꝛationes vestras, et reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempoꝛe malo dominus Deus noster. ℟. Ab occultis meis mũda me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: et emundaboꝛ a delicto maximo. Oꝛatio sine salutatiõe.

Adesto dñe (q̃s) supplicationib⁹ nr̃is: vt esse (te largiẽte) mereamur, ⁊ inter pꝛospera humiles, ⁊ iter aduersa securi. Per. Lcõ. iiij. eccl.

Miserere nr̃i deus xxxvj omniũ: ⁊ respice nos, ⁊ osten de nobis lucem miserationum tuarũ. Et immitte timoꝛẽ tuũ super gẽtes, que non exquisierunt te, vt cognoscant, quia nõ est de⁹, nisi tu: vt enarrẽt magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas, vt videant potentiã tuam. Sicut enim in conspectu eoꝛum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, vt cognoscãt te, sicut ⁊ nos cognouimus, quoniã nõ est de⁹ pꝛeter te dñe. Innoua signa, et ĩmuta mirabilia. Gloꝛifica manũ: et bꝛachiũ dexterũ. Excita furoꝛẽ: ⁊ effunde irã. Extolle aduersariũ: et affige inimicum. Festina tempus: ⁊ memento finis: vt enarrent mirabilia tua: domine deus noster. ℟. Conuertere dñe aliquãtulum: et depꝛecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione, ⁊ pꝛogenie. Oꝛatio sine salutatio.

Actiones nostras (quesumus) dñe aspirando pꝛeueni: et adiuuando pꝛosequere, vt cũcta nostra operatio a te semper incipiat, ⁊ per te cepta finiat. Lctõ. v. Danielis pꝛoph. Capi. iij.

Angelus dñi descendit cũ Azaria, ⁊ socijs eius in foꝛnacem: ⁊ excussit flammam ignis de foꝛnace: et fecit mediũ foꝛnacis quasi vẽtũ roꝛis flantẽ. Flãma autẽ diffusa est super foꝛnãcẽ cubitis quadragĩta nouem: et incendit, quos reperit iuxta

fornacem de chaldeis, ministros regis, qui eā incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis: neqꝫ contristauit, neqꝫ quicq̄ꝫ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore hymnum dicebant, ꝛ magnificabant deū in fornace dicentes. Cāticū

Benedictus es domine in firmamento celi. p̄sa. Et laudabilis ꝛ gloriosus in secula. ℣. Benedicite spiritus, ꝛ anime iustorum domino: benedicite sancti, et humiles corde domino domino. p̄re. Et super. ℣. Benedicite Anania, Azaria, Misael domino p̄. Hymnus dic d̄r. D̄ns vobiscum. Orō.

Deus, qui trib⁹ pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitiorū. p. In. ij. clausula dicātur due orationes. Ad thessaloni. i. Ca. vltimo

Fr̄es. Rogamus vos: corripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiētes estote ad omnes. Uidete, ne quis malum pro malo alicui reddat: sed sēper quod bonum est, sectamini inuicem, et in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas Dei in xp̄o Jesu, in omnib⁹ vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autē probate, quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, et anima, et corpus, sine querela in aduentu domini nr̄i Jesu xp̄i seruet. Tract⁹.

Laudate dn̄m oēs gentes: ꝛ collaudate eū oēs populi. ℣. Quoniā confirmata est super nos mia ei⁹, ꝛ veritas dn̄i manet in eternū. Secūdū Matt. Cap. xvij.



In illo tempore. Assūpsit Jes⁹ petrū, et iacobū, ꝛ Joannē, fratrem eius: et duxit illos in mōtē excelsum seorsum: ꝛ trāsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius, sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Et ecce autē apparuerunt illis

Moyses et Helias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Jesum. Domine bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, moysi vnum: et helie vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciē suam, et timuerūt valde. Et accessit Jesus, et tetigit eos, dixitqz eis. Surgite, et nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderunt, nisi solum Jesum. Et descendentibus illis de mōte precepit eis Jesus dicēs. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Offert. Dñe deus salutis mee ī die clamaui: et nocte coram te, intret oratio mea in cōspectu tuo domine. Sacra.

Presentibus sacrificijs (quesumus) dñe ieiunia nostra sāctifica, vt quod obseruantia nostra profitetur extrinsecus, interius operetur. Per. Commu. Domine Deus meus in te speraui, libera me ab omnibus persequentibus me, eripe me. Post communi.

Sanctificationibus tuis (oīps deus) et vitia nostra curentur, et remedia nobis eterna perueniant. Per Super populū. Oro.

Fideles tuos, dñe, benedictio desiderata cōfirmet que eos, et a tua voluntate nunqz faciat discrepare, et tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per dñm.

Dñica. ij. ī. xl. Officium.

Reminiscere miserationum tuarum dñe: et misericordie tue, q̄ a seculo sunt: ne vnqz dominentur nobis inimici nostri: libera nos Deus Israel ex omnibus angustijs nostris. ℣. Ad te domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido, non erubescā. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui conspicis, omni nos virtute destitui, interius, exteriusqz custodi, vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mūdemur in mente. Per dñm.

In secũda clausula dicãtur due orationes: vt supra. Ad Thessalonissen.j. Capi.iiij.

Fratres. Rogamus vos, ⁊ obsecram⁹ ĩ dño iesu: vt quẽadmodũ accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare ⁊ placere deo, sic ⁊ ãbuletis vt abũdetis magis. Scitis eñi, q̃ precepta dederĩ vobis per dñm Jesũ. Hec est enim volũtas Dei (sanctificatio vestra) vt abstineatis vos a fornicatiõe, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere ĩ sanctificatione, et honore: non in passione desyderij, sicut et gẽtes q̃ ignorant deũ. Et ne quis supergrediatur: neq; circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est dñs de his omnibus: sicut p̄diximus vobis, ⁊ testificati sumus. Non eñi vocauit nos deus in immũdiciam: sed in sanctificationem: in christo iesu dño nr̃o.

℟. Tribulationes cordis mei dilatate sunt: de necessitatib⁹ meis eripe me domine. ℣. Uide humilitatem meam, ⁊ laborem meum: et dimitte omnia peccata mea.

Tract⁹. Dixit dñs mulieri Cananee: non est bonum sumere panem filiorum: ⁊ mittere canibus ad manducandum. ℣. At illa dixit etiam domine: nam et catelli edunt de micis, que cadunt de mẽsa dominorum suorum. ℣. Ait illi Jesus, o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Secuñ dum Mattheũ. Capi. xv.



In illo tempore. Egressus Jesus secessit ĩ partes Tyri, ⁊ Sydonis. Et ecce mulier Cananea a finibus illis egressa clamauit, dicens ei. Miserere mei dñe fili Dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respõdit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicẽtes. Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Nõ sum missus nisi ad oues, que perierunt domus israel. At illa venit, et adorabit eũ dicens: Dñe, adiuua me. Qui respondens, ait. Non est bonum sumere panem filiorũ, ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Etiam dñe: Nã ⁊ catelli

eduunt de micis, que cadunt de mensa dominorum suorū Tunc respondens Jesus ait illi. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offertorium. Medi tabor in mandatis tuis, que dilexi valde, et leuabo manus meas ad mandata tua, que dilexi. Sacra

Sacrificijs presentibus dñe (q̄s) intende placatus, vt et deuotioni nr̄e pficiat, et saluti. Per. Cō. Intellige clamorem meum, intēde voci orōnis mee rex meus, et de⁹ me⁹, qm̄ ad te orabo dñe. Post com.

Supplices te rogamus omnipotens Deus, vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiā placitis morib⁹ dignāter deseruire cōcedas. Per. ¶ Feria. iij. Officium.

Redime me domine, et miserere mei: pes enī meus stetit in via recta in ecclesijs benedicam dominū. ℣. Judica me dñe, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, et in domino sperans non infirmabor. ℣. Gloria.

Presta (quesum⁹) Oro. ōnipotēs deus, vt familia tua, q̄ se affligēdo carnē ab alimētis abstinet, sectādo iustitiā a culpa ieiunet Per. Daniel. pph̄. Cap. ix.

In diebus illis. Orauit Daniel dicens. Domine deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus. Dñe in omnē iustitiam tuam, auertatur, obsecro ira tua, et furor tuus a ciuitate tua Hierusalem: et a mōte sancto tuo. Propter peccata enī nostra, et iniquitates patrum nostrorū, Hierusalem, et populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrū. Nūc ergo exaudi dñe deus noster orationē serui tui, et preces eius, et ostende faciem tuam super sanctuariū tuū, quod desertū est. Propter te metipsum inclina Deus meus aurem tuam, et audi: aperi oculos tuos, et vide desolationem nostram, et ciuitatē, super quam inuocatum est nomen tuum. Neqȝ enim in iustificationibus nostris, psternimus preces ante faciē tuam, sed in miserationibus

tuis multis. Exaudi domine, placare domine: attēde ꝛ fac. Ne moreris propter te metipsum deus meus: quia nomē tuum inuocatum est super ciuitatem, ꝛ super populum tuum. Domine deus noster. ℟. Adiutor meus, ꝛ liberator meus esto domine, ne tardaueris. ℣. Confundantur, ꝛ reuereātur inimici mei: qui querūt animam meam. Tractus. Domine non secundum peccata nostra facias nobis: neqꝫ secundū iniquitates nostras retribuas nobis

Secūdū Joannē. Ca. viij.



In illo tempore. Dixit Jesꝰ turbis Judeorū. Ego vado, et queritis me: ꝛ in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos nō potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid iterficiet semetipsum, q: dicit: quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mūdo hoc estis: ego non sū de hoc mūdo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vr̄o. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Jesus. Principium, qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, ꝛ iudicare, sed qui misit me, verax est: ꝛ ego, que audiui ab eo: hec loquor in mūdo. Et non cognouerunt, quia patrē eius dicebat deū. Dixit ergo eis Jesus. Cum exaltaueritis filiū hominis, tūc cognoscetis, q: ego sum, et a me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hec loquor. Et qui me misit, mecū est, et nō reliquit me solum: quia ego, que placita sūt ei, facio semper. Offertorium. Benedicā dn̄m, qui mihi tribuit intellectū: prouidebam deū in cōspectu meo semper, quoniā a dextris est mihi, ne cōmouear. Sac.

Hec hostia, dn̄e, placationis, ꝛ laudis tua nos propitiatiōe dignos efficiat Per. Cō. Dn̄e dominꝰ noster, quam admirabile est nomē tuum in vniuersa terra. Post comm.

Hec nos cōmunio, domine, purget a crimie, et celestis remedij faciat ēsse

cōsortes.p. Sup ppl'z. Orō.

Adesto supplicationib' nostris ōnipotēs deus: et quib' fiduciā sperādę pietatis indulges: cōsuetę misericordię tribue benign' effectū. Per. ¶ Feria.iij. Offiñ.



Tibi dixit cor me um, quæsiui vul tū tuum: vultū tuū, dñe, requiram: ne auertas faciē tuam a me. ℣. Dñs illuminatio mea, et salus mea: quē timebo? ℣. Gloria pri.

Perfice in nobis Orō. , qs, dñe benign' obseruātię sāctę subsidiū, vt que te auctore, faciēda cognouim': te operāte, impleam'. p. Lctō lib. regū. iij. Ca. xvij.

In diebus illis. Factus est sermo dñi ad Eliā thesbitem dicens. Surge: et vade i Sareptha Sidoniorum, et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue, ut pascat te. Surrexit, et abijt in Sareptha. Cūqz venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, et vocauit eam, dixitqz ei. Da mihi paululū aquę in vase, vt bibam. Cū qzilla pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius dicēs. Affer mihi, obsecro, et buccellam panis in manu tua. Que respondit, Viuit dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quātum pugillus capere potest farine in hydria et paululū olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt igrediar, et faciam illud mihi, et filio meo, vt comedam', et moriamur. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, et fac sicut dixisti: Veruntamen primum mihi fac d ipsa farinula subcineritiū panem paruulū, et affer ad me: Tibi autem, et filio tuo facies postea. Hec autē dicit dñs deus Israel. Hydria farinę nō deficiet, neqz lecythus olei minuet vsqz in diē, in qua daturus est dñs pluuiam super faciē terre. Que abijt, et fecit iuxta verbum Elie. Et comedit ipse et illa et domus eius. Et ex illa die hydria farine non defecit, et lecythus olei non est imminutus. Iuxta verbum domini, quod locutus fuerat i manu Elie. ℟. Iacta cogitatū tuum in domino, et ipse

enutriet. ℣. Dum clamarem ad dñm, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi. Tractus Dñe ne memineris iniquitatum nrarum antiquarũ cito anticipẽt nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis

Secũdũ Matt. Cap. xxiij.



In illo tẽpore. Locutus est Jesus ad turbas, & ad discipulos suos dicẽs. Super cathedrã moysi sederunt scribe, et pharisei. Omnia ergo, quecũq3 dixerint vobis, seruate et facite: secundum opera eorum nolite facere. Dicũt enim, & nõ faciunt. Alligant enĩ onera grauia, & importabilia, & imponũt in humeros hominũ: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciũt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua: et magnificant fimbrias. Amant autẽ primos recubitus in cenis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes ĩ foro, & vocari ab hominibus rabbi. Uos autem nolite vocari rabbi. Unus est enim magister vester: omnes autẽ vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autẽ se exaltauerit: humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Offerto. Miserere mihi dñe secũdum magnã misericordiã tuam dñe dele iniquitatem meam

Sanctificationẽ Sacra tuã, dñe nobis his mysterijs placat⁹ operare: que nos, & a terrenis purget vitijs, et ad celestia regna perducat. Per do. Cõ. Narrabo omnia mirabilia tua, letabor, et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime Post commũnt.

Ut digni sacris, dñe, reddamur muneribus: fac nos, quesumus, tuis obedire mandatis. Per dominũ.

Super populum. Oratio.

Propitiare dñe supplicationibus nrs: et animarum nostrarũ medere lãguoribus: vt remissione percepta, in tua benedictione

semper letemur. Per dñm.

Feria quarta. Officium.


Ne derelinquas me domine deus meus, ne discedas a me, intende in adiutoriũ meum, domine virtus salutis meæ. ℣. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. ℣. Gloria.

Populum tuum, Oro. domine propitius respice, & quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoque vitijs cessare concede. Per dominũ. Lectio libri hester. Capit. xiij.


In diebus illis. Orauit hester ad dominum dicẽs. Domine deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, et nõ est qui possit resistere volũtati tue: si decreueris saluare nos, cõtinuo liberabimur. Tu enĩ, dñe, fecisti celum, & terram, & quicquid celi ambitu continetur. Dñs omnium es, & nõ est, qui resistat maiestati tue. Et nunc dñe rex Deus Abraham miserere populi tui: quia volunt nos inimici nostri perdere, et hereditatem tuã delere. Ne despicias partẽ tuam quã redemisti tibi de egypto. exaudi deprecationem nostram, & propitius esto sorti, & funiculo tuo, & converte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum. Et ne claudas ora canentium te, domine deus noster. ℟. Saluum fac populum tuum domine, & benedic hereditati tuæ. ℣. Ad te dñe clamaui, Deus meus ne sileas a me: & ero similis descendentibus in lacum. Tractus. Adiuua nos Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui dñe libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Secundũ Matt. Cap. xx.


In illo tẽpore. Ascẽdẽs Jesus Hierosolymam, assũpsit duodecim discipulos suos secreto, et ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & cõdemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad

illudendum, et flagellandũ, et crucifigendũ, et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filijs suis adorans, et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus dixit. Nescitis, quid petatis. Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidẽ meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis: sed quibus paratũ est a patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocauit eos ad se, et ait. Scitis quia principes gentiũ dominantur eorũ, et qui maiores sũt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicũq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit iter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis. Offer. Ad te domine leuaui animã meã, Deus meus in te confido, non erubescam, neq; irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant non confundentur. Sacra.

Hostias, quesumus, dñe, quas tibi offerimus, propitius respice: et per hec sancta cõmercia vincula peccatorum nostrorum absolue. Per. Com. Justus dominus, et iustitiam dilexit: equitatem vidit vultus eius.

Sumptis, dñe, Post cõ. sacramentis ad redẽptionis eterne, quesumus, proficiamus augmentum. Per. Super populum. Oratio.

Deus innocentie restitutor, et amator dirige ad te tuorũ cordã seruorum: vt spiritus tui feruore concepto, et in fide inueniantur stabiles: et in opere efficaces. Per dominũ.

Feria quinta. Officium.

Deus in adiutorium meũ intende, dñe ad adiuuandũ me festina: cõfundãtur, et revereantur omnes

omnes inimici mei, qui quærunt animam meam. ℣. Auertãtur retrorſum, ꝛ erubeſcant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria. Oratio.

PReſta nobis dñe, quæſumus, auxiliũ gratię tuę: vt ieiunijs, ꝛ orõnibus conuenienter intenti liberemur ab hoſtibus mentis, et corporis. Per. Lectio Hieremie prophete. Cap. xvij.

HEc dicit dñs de⁹. Maledictus homo, qui cõfidit in homine, et ponit carnem brachium ſuum, et a dño recedit cor eius. Erit enim quaſi Myricę ĩ deſerto: ꝛ non videbit, cum venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis, et inhabitabili. Benedictus vir, qui cõfidit in dño, ꝛ erit dñs fiducia ei⁹. Et erit quaſi lignum, quod tranſplãtatur ſuper aquas: quod ad humorẽ mittit radices ſuas, et non timebit, cũ venerit ęſtus. Et erit folium eius viride, ꝛ in tẽpore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet fructum facere. Prauum eſt cor hominis, et inſcrutabile. Quis cognoſcit illud? Ego dñs ſcrutans cor, ꝛ probans renes: qui do vnicuiqȝ iuxta viam ſuam, ꝛ iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Dicit dñs omnipotens. ℟. Propiti⁹ eſto, domine, peccatis noſtris, nequando dicant gentes, vbi eſt Deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, ꝛ propter honorem nominis tui, dñe, libera nos. Tractus. Domine, non ſecundum peccata noſtra facias nobis, neqȝ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. Secũdũ Joannẽ. Capi. v.



IN illo tẽpore, Dixit dominus Jeſ⁹ diſcipulis ſuis. Non poſſũ ego a me ipſo facere quicq̃ȝ. Sicut audio, iudico, et iudiciũ meum iuſtum eſt: quia non quęro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimoniũ meum non eſt verũ. Alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me: ꝛ ſcio, quia verum eſt teſtimoniũ eius, quod perhibet de me: Vos

misistis ad Joannem: ⁊ testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hec dico, vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens, et lucens. Uos autē voluistis ad horā exultare in luce ei⁹. Ego autem habeo testimoniū maius Joanne. Opera enim, que dedit mihi pater, vt perficiam ea: ipsa opera, que ego facio, testimonium perhibēt de me: quia pater me misit. Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Neq₃ vocem eius vnq̄₃ audistis: neq₃ speciem eius vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas: quia vos putatis, in ipsis vitam eternā habere. Et ille sunt, que testimonium perhibent de me: ⁊ non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio: sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: ⁊ non accepistis me. Si alius venerit ī nomine suo, illum accipietis. Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: ⁊ gloriā, que a solo Deo est, non queritis? Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud patrem. Est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. Si enī crederetis Moysi: crederetis forsitan et mihi. De me enim ille scripsit. Si autē illius leteris nō creditis: quomodo verbis meis creditis?

Offerto. Precatus est Moyses in conspectu domini Dei sui⁹ ⁊ dixit, precatus est Moyses in cōspectu domini Dei sui: ⁊ dixit, quare domine irasceris in populo tuo: parce ire animi tui: memento Abraham, Isaac, et Jacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel, et placatus factus est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.

Sacra. Presenti sacrificio nomini tuo nos, domine, ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruātia nostra profitetur exterius: interius operetur effectu. Per.

Cō. Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinē meū, in me manet,

et ego in eo, dicit dñs. Post cõ. Gratia tua nos, quesumus, dñe, non derelinquat: q̃, ⁊ sacris nos deditos faciat seruituti, ⁊ tuã nobis opẽ semper acquirat. Per. Super populum Orõ. Adesto, dñe, famulis tuis: ⁊ perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his qui te actore, ⁊ gubernatore gloriantur, congregata restaures, ⁊ restaurata conserues Per. ¶ Feria vj. Ego autẽ cum Offiñ. in iustitia apparebo ĩ cõspectu tuo: satiabor, dũ manifestabitur gloria tua. ℣. Exaudi, domine, iustitiam meam, intende deprecationem meam. ℣. Gloria. Oratio. Da, quesumus, omnipotens Deus: vt sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta vẽtura facias peruenire. Per dominum. Lectio libri Gene. Cap. xxxvij.



In diebus illis. Dixit Ioseph fratrib⁹ suis. Audite somniũ meũ, quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, et quasi consurgere manipulum meum, et stare: vestrosq; manipulos circundantes adorare manipulum meum. Respõderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris, aut subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum, atq; sermonũ inuidie, et odij fomitem ministrauit. Aliud quoq; vidit somniũ: quod narrans fratribus, ait. Vidi per somnium quasi solem, ⁊ lunam, et stellas vndecim adorare me. Quod cũ patri suo, ⁊ fratribus retulisset: increpauit eum pater suus, et dixit, Quid sibi vult hoc sõnium, quod vidisti? Num ego, et mater tua, et fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius in pascẽdis gregibus patris morarẽtur, in Sichem: dixit ad eum Israel. Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondẽte, presto sum: ait. Vade, ⁊ vide, si cũcta prospera sint

erga fratres tuos, et pecora, et renuntia mihi, quid agatur. Missus de valle Hebrō venit in Sichem: inuenitq3 eum vir errantem in agro, ⁊ interrogauit eū, quid quereret. At ille respondit: fratres meos quero, indica mihi, vbi pascāt greges. Dixit q3 ei vir: recesserunt de loco isto: audiui autem eos dicentes, eamus in Dothain. Perrexit itaq3 Joseph post fratres suos, et inuenit eos i Dothain. Qui, cū vidissent eum procul, anteq3 accederet ad eos, cogitauerunt illū occidere: ⁊ mutuo loquebantur. Ecce somniator venit, venite occidamus eum, ⁊ mittamus in cisternam veterem: dicemusq3, fera pessima deuorauit eum, ⁊ tūc apparebit, quid illi prosint sōnia sua. Audiens autē hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum: et dicebat. Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem: sed proijcite eum in cisternam hanc, que est i solitudine, manusq3 vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum: ⁊ reddere patri suo. ℟ Ad dominum cū tribularer, clamaui, et exaudiuit me. ℣ Dñe libera animam meam a labijs iniquis, ⁊ a lingua dolosa. Tract°. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipēt nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis

Secundū Mat. Cap. xxj.



In illo tēpore, Dixit dominus Jesus discipulis suis parabolā hāc. Homo quidā erat pater familias, qui plantauit vineam, et sepem circumdedit ei, ⁊ fodit in ea torcular, et edificauit turrim, ⁊ locauit eā agricolis, et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. Et agricole, apprehensis seruis eius: alium ceciderūt, alium occiderunt, aliū vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autē misit

ad eos filium suum, dicens. Verebuntur filium meum. Agricolę autem videntes filium, dixerunt intra se. Hic est heres. Venite occidamus eum: & habebimus hereditatē eius. Et apprehensum eum eiecerūt extra vineam: & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineę, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet, et vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Jesus. Nunquam legistis in scripturis: Lapidē, quem reprobauerunt edificantes, hic fact⁹ est in caput anguli: A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istū confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eū. Et cum audissent principes sacerdotum, & Pharisei parabolas eius: cognouerunt quod de ipsis diceret: & querentes eū tenere, timuerūt turbas, quoniam sicut prophetā eū habebant. Offert. Dñe, in auxiliū meū respice: confundantur, & reuereātur, qui quærunt animā meam, vt auferant eā.

His sacrificijs Sacra. domine, cōcede placat⁹: vt quia propriis oramus absolui delictis, nō grauemur externis. Per Cō. Tu, dñe, seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in æternum. Post cōmu.

Fac nos, quæsumus, domine accepto pignore æternæ salutis, sic tendere congruenter, vt ad eā peruenire possimus. Per. Super populum. Oratio.

Da, quesumus, domine, populo tuo salutē mentis, & corporis: vt bonis operibus inherendo, tuæ semper virtutis mereatur ꝓtectione defendi. p. ¶ Sabbato. Offm.

Lex domini irreprehēsibilis, conuertens animas testimoniū domini fidele, sapientiā præstans paruulis. ℣. Cœli enarrāt gl'iam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentū. ℣. Glia.

D Eus, quesumus, dñe, Oro nostris effectum ieiuniis salutarem: vt castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per. Lectio libri Genesis. Capite. xxvii.



In diebus illis. Dixit Rebecca filio suo Jacob. Audiui patrē tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, vt comedam, & benedicam tibi coram domino antequā moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis: & pergens ad gregem affer mihi duos hedos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur. Quas cū intuleris, & comederit, benedicat tibi, priusquam moriatur. Cui ille respondit. Nosti, quod Esau frater meus homo pilosus sit, et ego lenis: Si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo, ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionē pro benedictione. Ad quem mater ait. In me sit ista maledictio fili mi, tantum audi vocem meam, & pergens affer, que dixi. Abiit, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius: & vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum. Pelliculasque hedorum circundedit manibus, et colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit. Pater mi: At ille respondit, Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque Jacob. Ego sum Esau primogenitus tuus: feci, sicut precepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filium suum. Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit. Uoluntas Dei fuit, vt cito mihi occurreret, quod volebā. Dixitque Isaac. Accede huc, vt tangam te, fili mi, et probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac. Uox quidem vox Jacob est, sed manus manus

sunt Esau. Et non cognouit eum: quia pilose manus similitudinẽ maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus Esau? Respõdit: Ego sum. At ille, Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinũ. Quo hausto, dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculũ, fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimq; vt sensit vestimentorum eius fragantiam, benedicens illi ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri, cui benedixit dominꝰ. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terrę abundantiam frumẽti, vini, & olei, & seruiãt tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosq; de venatione cibos intulit patri, dicens. Surge, pater mi, & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sũ filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehemẽti, & vltra quã credi potest, admirans ait. Quis igitur ille est, qui dudum captam venationẽ attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires? Benedixiq; ei, & erit benedictus. Auditis. Esau sermonibus patris irrugijt clamore magno, et consternatus ait: Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionẽ tuam. At ille subiunxit: Iuste vocatum est nomen eius Iacob. Supplãtauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, et nunc secundo subripuit benedictionem meam. Rursumq; ad patrem, Nunquid nõ seruasti, ait, & mihi benedictionem? Respõdit Isaac. Dominũ tuum illum costitui, & omnes fratres tuos seruituti illiꝰ subiugaui. Frumẽ te-

et vino, ꝛ oleo stabiliui eum ꝛ tibi post hec, fili mi, vltra quid faciã? Cui Esau, Nū vnam, inquit, tantum benedictionē habes pater? Mihi quoqꝫ obsecro, vt benedicas. Cumqꝫ eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eū. In rore celi, ꝛ pingue dine terre desuper erit benedictio tua. ℟. Bonum est, confiteri dño, ꝛ psallere nomini tuo, altissime. ℣. Ad annūciandū mane misericordiam tuam, ꝛ veritatem tuam per noctem. Tract⁹. Adiuua nos de⁹ salutaris noster, ꝛ propter gloriã nominis tui, domine libera nos, ꝓpicius esto peccatis nostris propter nomen tuū.

Secundum Lucã. cap. xv.



In illo tempore. Dixit domin⁹ Iesus discipulis suis parabolã hanc. Homo quidã habuit, duos filios, ꝛ dixit adolescētior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantie que me contingit. Et diuisit illis substantiã. Et nō post multos dies cōgregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiam suã, viuēdo luxuriose. Et postquam omnia consumasset: facta est fames valida in regione illa, et ipse cepit egere. Et abijt, et ad hesit vni ciuium regionis illius: ꝛ misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabãt, ꝛ nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit. Quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, ꝛ ibo ad patrem meum, ꝛ dicam ei. Pater, peccaui in cœlum, et coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me, sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est. Et accurrens cecidit super collum eius, ꝛ osculatus est eum. Dixitque ei filius. Pater peccaui in cœlum, et coram te, iam non sum dignus voca-

ri filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam, et induite illum, et date anulũ in manu eius, et calceamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus, et epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, et reuixit: perierat, et inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autẽ filius eius senior in agro. Et cum veniret, et appropinquaret domui, audiuit symphoniam, et chorum. Et vocauit vnum de seruis, et interrogauit, quid hec essent. Isq; dixit illi. Frater tuus venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi, et nunquam mandatum tuum preteriui: et nunquam dedisti mihi hedum, vt cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tu⁹ hic, qui deuorauit substantiam suã cũ meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt. Epulari autem, et gaudere oportebat, quia frater tu⁹ hic mortuus erat, et reuixit: perierat, et inuentus est. Offertorium. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum. Sacra.

His sacrificiis, domine, concede placat⁹, vt qui a propriis oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per dominum. Communicanda.

Oportet, te, fili, gaudere, quia frater tuus mortuus fuerat, et reuixit, perierat, et inuentus est.

Post communi.

Sacramenti tui, domine, diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: et sui nos participes potenter efficiat. Per. Super populũ. Oro.

Familiã tuã, quesum⁹, dñe, cõtinua pietate custodi: vt que in sola spe gr̃e celestis innititur, celesti etiã protectione muniatur. Per.

Dñica iij. in xl. Officium.



Oculi mei semper ad dñm, quia ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me, et miserere mei: quia vnicus, et pauper sum ego. ℣. Ad te, dñe, leuaui animã meam: Deus meus, in te confido, nõ erubescam. ℣. Gloria patri. Oro.

Quesumus, omnipotẽs Deus, vota humilium respice: atq; ad defensionẽ nostram dexteram tuę maiestatis extende. Per dñm.

Ad Ephesios. Capite. v.

Fratres. Estote imitatores dei, sicut filij charissimi: et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis, oblationẽ, et hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur ĩ vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quę ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno christi, et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec enim venit ira Dei in filios diffidentię. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrę: nunc autem lux in domino. Ut filij lucis ãbulate. Fructus enĩ lucis est in omni bonitate, et iustitia, et veritate. ℟. Exurge domine, non preualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. ℣. In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, et peribũt a facie tua. Tractus. Ad te dñe leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. ℣. Ecce sicut ocli seruorũ ĩ manibus dñorum suorũ. ℣. Et sicut oculi ãcillę ĩ manib⁹ dñæ suę ℣. Ita oculi nr̃i ad dominũ Deũ nostrum donec misereatur nr̃i. ℣. Miserere nobis, dñe, miserere nobis.

Secundũ Lucã. Ca. xj.



In illo tempore. Erat Iesus eijciens demonium, et illud erat mutum. Et cũ eiecisset

demonium, locutus est mutus, et admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Et alij tentantes signum de celo querebat ab eo. Ipse autem, vt vidit cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, et domus supra domum cadet. Si autem et Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere demonia? Si autem ego in Beelzebub eijcio demonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eijcio demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sűt ea, que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, et spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est. Et qui nõ colligit mecum, dispergit. Cũ immundus spiritus exierit ab homine, ãbulat per loca inaquosa, querens requiẽ, et non inueniens dicit. Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc vadit, et assumit septẽ alios spiritus secum nequiores se, et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cũ hæc diceret, extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter, qui te portabit, et vbera que suxisti. At ille dixit. Quĩ imo beati, qui audiunt verbũ Dei, et custodiunt illud. Offertorium. Iustitiæ domini recte lætificãtes corda, et iudicia dulciora super mel, et fauum, nã et seruus tuus custodit ea. Sacra.

HEc hostia, quesum⁹ domine, emũdet nostra delicta, et ad sacrificiũ celebrãdũ, subditorũ tibi corpora, mẽtesq; sanctificet. Per. Cõ. Passer inuenit sibi domũ, et turtur nidũ vbi reponat pullos suos: altaria tua, dñe, virtutũ, rex meus, et De⁹ meus, beati, qui habitãt ĩ domo tua, in seculum seculi laudabunt te.

A Cunctis nos, Postcō. domine, reatibus, et periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per domi.

¶ Feria secūda. Officium.



In Deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem, in Deo sperabo, nō timebo, quid faciat mihi homo. ℣. Miserere mei Deus, quoniā conculcauit me homo, tota die impugnās tribulauit me. ℣. Gl'ia. Oratio



Cordibus nostris, que sumus, dñe, gratiam tuā benignus infunde, vt, sicut ab escis carnalibus abstinemus, ita sensus quoqz nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per.

Lectō libri Reg. iiij. Cap. v.



In diebus illis. Naamā princeps militie reg. Syrie erat vir magn⁹ apud dominum suum, et honoratus. Per illum enim dedit dominus salutem Syrie. Erat autem vir fortis, et diues, sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrūculi, et captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulam, que erat ī obsequio vxoris Naaman. Que ait ad dominam suam: Utinā fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria: profecto curasset eū a lepra, quā habet. Ingressus est itaqz Naaman ad dominum suum, et nuntiauit ei, dicens: Sic, et sic locuta est puella de terra Israel. Dixitqz ei rex Syrie. Uade et mittam literas ad regem Israel. Qui cum profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti, et sex millia aureos, et decem mutatoria vestimentorum, detulit literas ad regem Israel in hec verba. Cum acceperis epistolam hanc, scito, quod miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum a lepra sua. Cunqz legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua, et ait: Nunquid Deus ego sum, vt occidere possim, et viuificare quia iste misit ad me, vt curarē hominē a lepra sua?

Animaduertite, et videte, quod occasiones querit aduersum me. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua: misit ad eū, dicens. Quare scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me, et sciat esse prophetam in Israel. Uenit ergo Naaman cum equis, et curribus, et stetit ad ostium domus Elisei. Misitq; ad eum Eliseus nuntium, dicens. Uade, et lauare septies in Iordane, et recipiet sanitatem caro tua: atq; mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicēs. Putabam: quod egrederetur ad me, et stans inuocaret nomen domini Dei sui, et tangeret manu sua locum lepre, et curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana, et Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, et munder? Cū ergo vertisset se, et abiret indignans: accesserunt serui sui ad eum, et locuti sunt ei. Pater, et si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras. Quanto magis quia nunc dixit tibi, lauare, et mundaberis? Descendit, et lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei, et restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, et mundatus est. Reuersusq; ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo venit, et stetit coram eo, et ait. Uere scio, quod non sit Deus in vniuersa terra, nisi tantum dominus Deus Israel. ℟. Deus vitam meam annuntiaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere mei dñe, quoniam cōculcauit me homo: tota die bellās tribulauit me. Tractus. Dñe nō secundū peccata nr̄a facias nobis, neq; secundū iniquitates nr̄as retribuas nobis. Secūdū Luc. Cap. iiij.



In illo tempore. Dixerunt Pharisei ad dominum Jesum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multe vidue erant

in dieb⁹ Elie in Israel quã do clausum est celum annis tribus, ⁊ mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra, ⁊ ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonie ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, ⁊ nemo eorũ mũdatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hec audiẽtes. Et surrexerunt, et eiecerunt eum extra ciuitatem: et duxerunt illum vsq₃ ad supercilium mõtis, super quẽ ciuitas illorum erat edificata, vt precipitarẽt eũ. Ipse autem transiens per mediũ illorum ibat. Offerto. Exaudi Deus orationem meam, et ne despexeris deprecationem meã: intẽde in me, ⁊ exaudi me. Sac.

Munus, quod tibi, domine, nostre seruitutis offerimus, tu salutare nobis perfice sacramentum. Per. Com. Quis dabit ex Syon salutare Israel: cum auerterit dñs captiuitatẽ plebis sue: exultabit Iacob, ⁊ letabitur Israel. Post

Presta, quesum⁹, com. omnipotens, ⁊ misericors De⁹, vt quod ore cõtingim⁹, pura mente capiam⁹. Super populum. Oro.

Subueniat nobis, dñe, misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te merea mur, protegente, eripi: et te liberãte, saluari. Per dñm.

Feria Tertia. Officium.



Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus, inclina aurem tuam, ⁊ exaudi verba mea, custodi me domine, vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. Exaudi domine iustitiam meam, intende deprecationem meam. ℣. Gloria. Oratio.

Exaudi nos omnipotẽs, et misericors Deus: et continentie salutaris propitius nobis dona concede. p. Lectõ li. Reg. iiij. Ca. iiij.



In diebus illis. Mulier quædam clamabat ad Eliseum prophetam, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: ⁊ tu nosti, quia seru⁹ tu⁹ fuit timens Deũ. Et ecce creditor vẽit, vt tollat duos filios

meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus. Quid, vis, vt faciã tibi? Dic mihi, quid habes ĩ domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parũ olei: quo vngar. Cui ait. Uade, ⁊ pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nõ pauca, ⁊ ingredere, ⁊ claude ostium tuum, cum intrĩsecus fueris tu, et filij tui, et mitte inde in omnia vasa hec. Et cum plena fuerint, tolles. Iuit itaqꝫ mulier, et clausit ostiũ super se, ⁊ super filios suos. Illi offerebant vasa, ⁊ illa infundebat. Cumqꝫ plena fuissent vasa, dixit ad filium suũ. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitqꝫ oleum. Uenit autẽ illa, ⁊ indicauit homini Dei. Et ille, Uade, inquit, vẽde oleum, et redde creditori tuo. Tu autem et filij tui viuite de reliquo. ℟. Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo ℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, ⁊ emundabor a delicto maximo. Tractus Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipẽt nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis

Secundũ Mat. Ca. xviij.



In illo tẽpore. Respiciens Iesus in discipulos suos: dixit Simoni Petro. Si peccauerit in te frater tuus, vade, ⁊ corripe eum inter te, ⁊ ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autẽ non te audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos: vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, ⁊ publicanus. Amen dico vobis, quecũqꝫ alligaueritis super terram, erunt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecũqꝫ solueritis super terrã, erunt soluta ⁊ in celo. Iterũ dico vobis, quia si duo ex vobis cõsenserint super terrã, de omni re, quamcunqꝫ petierint, fiet illis a patre meo, qui in cęlis est. Ubi enĩ sunt duo, vel tres cõgregati

in nomine meo, ibi sū in medio eorum. Tunc accedens Petrus, dixit. Dñe, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? vsqȝ septies? Dixit illi Jesus. Non dico tibi, vsqȝ septies, sed vsqȝ septuagies septies. Offer. Dextera domini fecit virtutē, dextera domini exaltauit me: nō moriar, sed viuam, et narrabo opera dñi.

Per hęc veniat. (Sacr. nobis, q̄s, domine sacramēta nr̄ę redemptionis effectus: qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus, et ad salutaria cūcta perducat. Per. Cōm. Dñe, quis habitabit ī tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam. Post cō.

Sacris, domine, mysterijs expiati et veniā consequamur, et gratiam. Per. Super populum. Oro

Tua nos, dñe, protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per

Feria quarta. Officium.



Ego autem in domino speraui: exultabo, et lætabor in tua misericordia, quia respexisti humilitatem meam. V. In te domine speraui, non confundar in æternū: in tua iustitia libera me, et eripe me. V. Gloria. Oratio.

Præsta nobis, domine, quesumus, vt salutaribus ieiunijs eruditi, a noxijs quoqȝ vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per. Lectio libri Exodi. Capit. xx.



Hec dicit dominus De⁹. Honora patrem tuum, et matrem tuam, vt sis longeuus super terram, quā dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides, non męchaberis, non furtū facies, non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, nō asinum, nec omnia, quę illius sunt. Cunctus autem populus videbat voces, et lampades, et sonitum buccinę, montemqȝ fumantē. Et perterriti, ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi. Loquere tu nobis, et audiemus. Non loquatur

loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum. Nolite timere: vt eni probaret vos, venit De⁹: et vt terror illius esset in vobis, et non peccaretis. Stetitqz populus de longe: Moyses autē accessit ad caliginem, ī qua erat Deus. Dixitqz preter ea dominus ad Moysen. Hec dices filijs Israel. Uos vidistis, quod de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argēteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, et offeretis super illud holocausta, et pacifica vestra. Oues vestras, et boues in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. ℟. Miserere mihi domine, quoniam infirmus sum, sana me domine. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea, et anima mea turbata est valde. Trac. Adiuua nos de⁹ salutaris noster, et propter gloriā nominis tui dñe libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Secūdū Matth. Cap. xv.

In illo tempore. Accesserunt ad Iesū ab Hierosolymis scribe, et pharisei dicētes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Ipse autē respondens, ait illis. Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nā Deus dixit. Honora patrem et matrem: et qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Uos autē dicitis: Quicunqz dixerit patri, vel matri: munus, quodcunqz est ex me, tibi proderit: et nō honorificabit patrē suum, aut matrem suam: et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestrā. Hypocrite bene prophetauit d̄ vobis Esaias, dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, et mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite, et intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tūc accedētes discipuli eius di-

dixerūt ei. Scis, quia Pharisei, audito hoc verbo, scādalizati sunt? At ille respondens ait. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus celestis, eradicabitur. Sinite illos, ceci sunt, et duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, et in secessū emittitur? Que autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie. Hec sunt, que coinquināt hominem. Non lotis autem manibus manducare nō coinquinat hominem. Offertorium.

Dñe, fac mecum misericordiam tuā propter nomē tuū, quia suauis est misericordia tua. Secreta.

Suscipe, quesumus, domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarū: et tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis. Per. Communicāda

Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo domine. Post commun.

Sanctificet nos domine, qua pasti sumus, mensa celestis: et a cunctis erroribus expiatos supernis pmissiōib⁹ reddat acceptos Per. Super populū. Oro.

Concede, quesumus, omnipotens Deus, vt qui, protectionis tue gratiam querimus, liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per.

¶ Feria quinta. Officium.

Salus populi ego sū, dicit dominus, de quacunq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos, et ero illorum dominus in perpetuum. ℣. Attendite, popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Magnificet te, domine, sāctorū tuorū Cosme

et Damiani beata solēnitas: qua, et illis gloriā sempiternam, et opē nobis ineffabili prouidētia contulisti. Per.

Lectõ Hier. proph. Ca. vij.

In diebus illis. Factum est verbum domini ad me dicens. Sta in porta domus dñi, et predica ibi verbū istud, et dic. Audite verbum dñi omnis Juda, qui igredimini per portas has: vt adoretis dñm. Hec dicit dñs exercituum, Deus Israel. Bonas facite vias vestras, et studia vestra: et habitabo vobiscū in loco isto. Nolite cōfidere in verbis mendacij, dicētes. Templum domini, templum domini, templum domini est. Quoniā si bene direxeritis vias vestras, et studia vestra, si feceritis iudicium inter virum, et proximum eius, aduene, et pupillo, et vidue non feceritis calumniam, nec sāguinem innocētem effuderitis in loco hoc, et post deos alienos nō ambulaueritis in malū vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto, in terra, quam dedi patribus vestris a seculo, et vsq3 in seculum. Ait dominus omnipotens.

℟. Oculi omnium in te sperant domine, et tu das illis escam in tēpore opportūo. ℣. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis, neq3 secundum iniquitates nostras retribuas nobis

Secundum Joan. Cap. vj.



In illo tempore. Dixit dominus Jesus turbis Judeorum. Operamini non cibum, qui perit sed qui permanet in vitam eternam, quem filius homi nis dabit vobis: hunc enim pater signauit Deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Respondit Jesus, et dixit eis. Hoc est opus dei, vt credatis in eum, quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum, vt videamus, et credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerūt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de celo dedit eis manducare. Dixit

ergo eis Jesus. Amen, amē dico vobis, nō Moyses dedit vobis panē de celo, sed pater meus dat vobis panē de celo verū. Panis enī verus est, qui descēdit de celo, & dat vitā mundo. Dixerūt ergo ad eū. Dñe semper da nobis panē hūc. Dixit autē Jesus eis. Ego sū panis vite: qui venit ad me, nō esuriet: et qui credit in me, nō sitiet ī eternū. Offer. Si ambulauero in medio tribulatiōis, viuificabis me dñe, & super iram inimicorum meorū extendes manum tuam, et saluum me fecit dextera tua. Sa.

In tuorū, dñe, pretiosa morte iustorum sacrificiū illud offerimus: de quo martyrium sumpsit omne principium. Per. Commu. Tu mandasti, mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigātur vie mee ad custodiēdas iustificationes tuas. Post commu.

Sacramenti tui, dñe, veneranda perceptio & mysticū nos mūdet effectu, & perpetua virtute defēdat. Per

Super populum. Ozo. Subiectū tibi populum, quesumus, dñe, propitiatio celestis āplificet, & tuis faciat sēper seruire mādatis. Per. dñm. ¶ Feria. vj. officium.



Fac mecum, dñe, signum in bonū, vt videant, qui me oderunt: et confundantur, quoniam tu dñe adiuuisti me, & cōsolatus es me. ℣. Inclina, dñe, aurē tuā ad me, et exaudi me, quoniā inops, & pauper sum ego. ℣. Gloria patri. Ozo.

Jeiunia nostra, quesumus, domine benigno fauore prosequere, vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore, ita a vitijs ieiunemus in mente. Per domi.

Lectio libri nume. Capi. xx.



In diebus illis. Conuenerūt filij Israel aduersū Moysē, et Aarō: & versi in seditionem dixerunt. Date nobis aquam, vt bibamus. Ingressusq; Moyses, & Aaron, dimissa multitudine, in tabernaculū federis, corruerunt proni in terrā. Clamaueruntq; ad dñm, atq; dixerunt. Dñe deus, audi clamorem populi huius, et aperi eis thesaurum tuum, fontem aque viue, vt satiati

cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicēs. Tolle virgam, et congrega populum tu, et Aarō frater tuus, et loquimini ad petrā coram eis, et illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, et iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, que erat in cōspectu domini, sicut preceperat ei, cōgregata multitudine āte petram, dixitq; eis. Audite rebelles, et increduli. Num de petra hac vobis aquam poterim⁹ eijcere? Cunque eleuasset Moyses manū, percutiēs virga bis silicem, egresse sūt aque largissime ita, vt populus biberet, et iumenta. Dixitq; dominus ad Moysē, et Aaron, quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, nō introducetis hos populos in terrā, quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel cō tra dominum, et sanctificatus est in eis. ℟. In Deo speravit cor meum, et adiutus sum: et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine, clamaui Deus meus, ne sileas, ne discedas a me. Trac. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis

Secūdū Joānem. Cap. iiij.



In illo tempore. Venit Jesus in ciuitatem Samarie, que dicitur Sichar, iuxta prediū, quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei illa mulier Samaritana. Quomodo tu, Judeus cum sis, bibere a me poscis, que sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Judei Samaritāis. Respōdit Jesus, et dixit ei. Si scires

donum Dei, ⁊ quis est, qui
dicit tibi, da mihi bibere, tu
forsitan petisses ab eo, ⁊ de-
disset tibi aquam viuam. Di
cit ei mulier. Domine, neqꝫ
in quo haurias, habes: ⁊ pu-
teus altus est. Unde ergo ha-
bes aquam viuã? Nunquid
tu maior es patre nostro Ja
cob, qui dedit nobis puteũ,
⁊ ipse ex eo bibit, ⁊ filij eius,
⁊ pecora eius? Respondit
Jesus ⁊ dixit ei. Omnis qui
biberit ex aqua hac, sitiet i-
terum. Qui autẽ biberit ex
aqua, quam ego dabo ei, nõ
sitiet in ęternum: sed aqua,
quam ego dabo ei, fiet in eo
fons aquę saliẽtis in vitam
ęternam. Dicit ad eum mu-
lier. Domine, da mihi hanc
aquam, vt non sitiam, neqꝫ
veniam huc haurire. Dixit
ei Jesus. Uade, voca virum
tuum, ⁊ veni huc. Respon-
dit ei mulier, ⁊ dixit. Nõ ha
beo virũ. Dixit ei Jesus. Be
ne dixisti, quia nõ habeo vi-
rum. Quinque enim viros
habuisti, et nunc quem ha-
bes, non est tuus vir. Hoc
vere dixisti. Dicit ei mulier.
Dñe, video quia propheta
es tu. Patres nostri in mõte
hoc adorauerunt, ⁊ vos di-
citis, quia Hierosolymis est
locus, vbi adorare oportet.
Dicit ei Jesus. Mulier cre
de mihi, quia veniet hora,
quãdo neqꝫ in monte hoc,
neqꝫ in Hierosolymis ado-
rabitis patrem. Uos adora-
tis, quod nescitis: nos ado-
ramus, quod scimus: quia
salus ex Judęis est. Sed ve
niet hora, ⁊ nunc est, quãdo
veri adoratores adorabũt
Patrẽ in spiritu, ⁊ veritate.
Nam et Pater tales quęrit,
qui adorent eum. Spiritus
est Deus: ⁊ eos, qui adorãt
eum, in spiritu, ⁊ veritate o-
portet adorare. Dicit ei mu
lier. Scio, quia Messias ve-
nit, qui dicitur Christus.
Cum ergo venerit ille, nobis
annũtiabit omnia. Dicit ei
Jesus. Ego sum, qui loquor
tecũ. Et continuo venerunt
discipuli eius, et mirabãtur,
quia cum muliere loqueba-
tur. Nemo tamẽ dixit, quid
quęris, aut quid loqueris
cũ ea? Reliquit ergo mulier
hydriam suam, et abijt in
ciuitatem, et dicit homini-
bus illis. Uenite, ⁊ videte ho
minẽ, qui dixit mihi omnia,

quecumque feci. Nunquid ipse est Christus? Exierũt ergo de ciuitate, et veniebant ad eum discipuli dicentes. Rabbi mãduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebãt ergo discipuli ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Jesus. Me⁹ cib⁹ est, vt faciam volũtatẽ eius, qui misit me, vt perficiã op⁹ eius. Nõne vos dicitis, quod adhuc quatuor mẽses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, et videte regiones: quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedẽ accipit, et congregat fructum in vitam eternam: vt et qui seminat, simul gaudeat, et qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est, qui seminat, et alius est, qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis. Alij laborauerunt, et vos in labores eorũ introistis. Ex ciuitate autẽ illa, multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbũ mulieris testimonium perhibẽtis, quia dixit mihi omnia, quecunque feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerũt eum, vt ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonẽ eius. Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus, et scimus, quia hic est vere Saluator mundi. Offerto. Intẽde voci orationis meæ rex meus, et Deus meus qm̃ ad te orabo, dñe. Sac.

Respice domine, propitius ad munera, que sacramus, vt et tibi grata sint, et nobis salutaria semper existant. Per. Communicant.

Qui biberit aquam, quã ego dabo, dicit dominus Samaritanæ, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Post comunic.

Hauis nos, domine, perceptio sacramenti mũdet a crimine, et ad celestia regna perducat. Per. Super populum. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotẽs De⁹, vt qui ĩ tua protectione confidimus,

cuncta nobis aduersantia, te adiuuante, vincamus. Per. Sabbato. Officium.



Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ. ℣. Quonia͂ ad te orabo domine, mane exaudies vocẽ meam. ℣. Gl'ia Patri, et Filio. Orõ.

Presta, quesumus, omnipotens, et misericors Deus, vt, qui se affligendo, carnem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam, a culpa ieiunent. Per dñm.

Lectio Danielis. Cap. xiij.



In diebus illis. Erat vir habitans in Babylone, et nomẽ eius Joacim: et accepit vxorem nomine Susannam filiam Helcie pulchra͂ nimis, et timentem Deum. Parentes enim illius, cum essent iusti, erudierunt filia͂ sua͂ secundũ legem Moysi. Erat Joacim diues valde, et erat ei pomarium vicinũ domui sue, et ad ipsum confluebant Judei, eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est dominus. Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populũ. Isti frequentabant domum Joacim: et veniebant ad eos omnes, qui habeba͂t iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, et deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem, et deambulantem, et exarserunt in concupiscentiam eius. Et euerterunt sensum suum, et declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlũ, neq; recordarentur iudiciorum iustorum. Era͂t ergo ambo vulnerati amore ei⁹, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes cõcũbere cũ ea: et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitq; alter ad alterum, Eamus domum quia

hora prandij est. Et egressi recesserunt a se. Cumqꝫ reuertissent, venerũt in vnũ: ꝛ sciscitãtes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam: et tunc in cõmuni statuerunt tempus, quando eã possent inuenire solam. Factum est autem, cum obseruarẽt diem aptũ, ingressa est aliquando, sicut heri, et nudius tertius, cum duab⁹ solis puellis, voluitqꝫ lauari in pomario. Estus quippe erat: et non erat ibi quisquam preter duos senes absconditos, ꝛ cõtemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum, ꝛ smegmata, et ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt, sicut preceperat: clauserũtqꝫ ostia pomarij, et egresse sunt per posticum, vt afferrent, que iusserat: ne sciebãtqꝫ senes intus esse absconditos. Cum autem egresse essẽt puelle, surrexerũt duo senes, ꝛ accurrerunt ad eã, ꝛ dixerunt. Ecce hostia pomarij clausa sũt, ꝛ nemo nos videt, ꝛ nos in concupiscentia tui sumus, quam obrẽ assentire nobis, et cõmiscere nobiscũ. Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum iuuenis, et ob hãc causam emiseris puellas a te. Ingemuit Susanna, et ait. Angustie mihi sunt vndiqꝫ. Si enim hoc egero, mors mihi est. Si autem nõ egero, non effugiam man⁹ vestras. Sed melius est mihi, absqꝫ opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu domini. Et exclamauit voce magna Susãna: exclamauerunt autem ꝛ senes aduersus eã. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, et aperuit. Cũ ergo audissent clamorẽ famuli domus in pomario, irruerunt per posticum, vt viderẽt, quid nã esset. Postquã autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia nunquã dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cũqꝫ venisset populus ad virũ eius Ioacim, venerunt ꝛ duo presbyteri pleni iniqua cogitatiõe aduersus Susannam, vt interficerent eam. Et dixerũt coram populo. Mittite ad

Susannam, filiam Helciæ vxorem Joacim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus, ⁊ filijs, et vniuersis cognatis suis. Porro Susanna erat delicata nimis, ⁊ pulchra facie: at iniqui illi iusserũt, vt discooperiretur erat enim cooperta, vt vel sic satiarentur decore eius. Flebant igitur sui, ⁊ omnes, qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi posuerunt manus suas super caput eius. Quę flens suspexit ad cœlum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri. Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hęc cum duabus puellis, et clausit ostia pomarij, ⁊ dimisit puellas a se. Uenitqꝫ ad eam adolescẽs, qui erat absconditus, ⁊ concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, ⁊ vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidẽ nequiuimꝰ comprehẽdere, quia fortior nobis erat, ⁊ aperto ostio exiliuit. Hāc autem cum apprehendissemꝰ, interrogauimus, quisnam esset adolescens, ⁊ noluit indicare nobis: huiꝰ rei testes sumus. Credidit eis multitudo, quasi senibus populi, ⁊ iudicibus: ⁊ condemnauerũt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Susanna, ⁊ dixit. Deꝰ eterne, qui absconditorũ es cognitor, qui nosti omnia, ante quam fiant, tu scis, quoniã contra me falsum tulerunt testimonium: ⁊ ecce morior, cũ nihil horum fecerim, quę isti malitiose composuerũt aduersum me. Exaudiuit autem dominus vocẽ eius. Cumqꝫ duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum pueri iunioris, cuius nomen Daniel: et exclamauit voce magna: mundus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit. Quis est sermo iste, quem tu locutus es? Qui cum staret ĩ medio eorum, ait. Sic fatui filij Israel non iudicantes, neqꝫ quod verum est, cognoscentes condemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudi-

cium, quoniam falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixit ad eos Daniel. Separate eos ab inuicem procul, & diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente dño, innocentem, & iustum nõ interficies. Nunc ergo si vidisti eã, dic, sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait: sub schino. Dixit autẽ Daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus dñi, accepta sentẽtia ab eo, scidet te medium. Et amoto eo, iussit venire alium & dixit ei. Semen Chanaã, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Israel, & ille timentes loquebãtur vobis. Sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestrã. Nũc ergo dic mihi, sub qua arbore cõprehenderis eos colloquentes sibi. Qui ait: sub prino. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angel⁹ domini gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos. Exclamauit autẽ omnis cetus voce magna, & benedixerũt Deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros: conuicerat enim eos Daniel ex ore suo, falsum dixisse testimonium: Feceruntq; eis, sicut male egerant, aduersus proximã, vt facerent secũdum legem Moysi, & interfecerũt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. ℟. Si ambulauero ĩ medio vmbræ mortis, nõ timebo mala, quoniam tu mecum es domine. ℣. Uirga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Tractus. Adiuua nos de⁹ salutaris noster, & propter gloriã nominis tui libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ. Secũ. Io. Ca. viij.

In illo tẽpore. Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterũ venit

in templum: et omnis populus venit ad eum, ⁊ sedens docebat eos. Adducunt autē scribe, ⁊ Pharisei mulierem in adulterio deprehensam: et statuerūt eam in medio, et dixerunt ei. Magister, hec mulier modo deprehensa est in adulterio: in lege autem Moyses mandauit nobis hujusmodi lapidare: Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentātes eum, vt possent accusare eum. Jesus autem inclinās se deorsum, digito scribebat in terra. Cū ergo pseuerarēt interrogantes eum: erexit se, et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterū se inclinans scribebat in terra. Audientes autem hec, vnus post vnum exibāt incipientes a seniorib⁹. Et remāsit solus Jesus, et mulier in medio stans. Erigēs autē se Jesus dixit ei. Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condēnauit? Que dixit. Nemo, domine. Dixit autem Jesus. Nec ego te condemnabo. Uade, ⁊ iam amplius noli peccare.

Offerto. Gressus meos dirige domine secundum eloquium tuū, vt non dominetur mei omnis iniustitia, domine. Sacra.

Concede, quesum⁹, omnipotens deus, vt huius sacrificij munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, ⁊ muniat. Per dominum. Com.

Nemo te condēnauit mulier? nemo, dñe: nec ego te cōdemnabo: iā ampli⁹ noli peccare. Postcō.

Quesumus, omnipotēs deus, vt inter eius mēbra numeremur, cuius corpori communicamus, ⁊ sanguini. Qui tecū. Super po.

Pretende (pulū. Oratio. de, dñe, fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirant, ⁊ que digne postulant, consequi mereantur. Per domi.

Dominica.iiij.in.xl. Officiū

Letare Hierusalem, ⁊ conuentū facite omnes, qui diligitis eam, gaudete cum lætitia, qui i tristitia fuistis, vt exultetis, ⁊ satiemini ab vberibus cōsolationis vestræ. V. Letatus sum in his quæ dicta sum mihi, in domū domini ibim⁹. V. Gloria. Oratio.

Oncede, quesumus, omnipotens deus, vt qui ex merito nostre actionis affligimur, tue gratie consolatione respiremus. Per.

Ad Gala. Ca. iiij.

Fratres. Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, et vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem: que sunt per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta: Unum quidem in monte Sina in seruitutem generans, que est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, que nunc est Jerusalem, et seruit cum filijs suis. Illa autem, que sursum est Jerusalem, libera est, que est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis, que non paris, erumpe, et clama, que non parturis: quia multi filij deserte, magis quam eius, que habet virum. Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita et nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, et filium eius: Non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Itaque fratres, non sumus ancille filij, sed libere: qua libertate Christus nos liberauit. R. Letatus sum in his, que dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. V. Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis. Tract. Qui confidit in domino, sicut mons syon, non commouebitur in eternum, qui habitat in Hierusalem. V. Montes in circuitu eius, et Dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc, et vsque in seculum.

Secundum Joannem. Capi. vj.



In illo tempore. Abijt Jesus trans mare Galilee, quod est Tyberiadis: et sequebatur eum multitudo magna: quia videbant signa, que faciebat super his, qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Jesus, et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha, dies festus Judeorum.

Cum subleuasset ergo oculos Iesus, et vidisset, quia multitudo maxima venit ad eũ, dixit ad Philippũ. Unde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat, tẽtans eum: Ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respõdit ei Philipp9. Ducentorum denariorũ panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq3 modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simõis Petri. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos, et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fenũ multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinq3 millia. Accepit ergo Ies9 panes: et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus quãtum volebant. Ut autem impleti sũt, dixit discipulis suis. Colligite, que superauerũt fragmẽta, ne pereant. Collegerũt ergo, et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq3 panibus ordeaceis, et duob9 piscibus, que superfuerũt his, qui manducauerant. Illi ergo homines, cum vidissent, quod signum fecerat Iesus, dicebant. Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. Credo. Offer. Laudate dñm, quoniã benignus est: psallite nomini eius, quoniam suauis est: õnia, quecũq3 voluit, fecit in coelo et in terra. Sacra.

Sacrificijs presentibus dñe, quesumus, intẽde placatus, vt et deuotioni nostre proficiant, et saluti. Per. Co. Hierusalẽ que edificatur, vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum: illuc enim ascẽderunt tribus, tribus dñi ad confitendũ nomini tuo, domine. Post com.

Da nobis, quesum9, misericors deus, vt sãcta tua, quibus incessanter explemur, synceris tractemus obsequijs, et semper fideli mente sumamus. Per dñm

Feria secunda. Officium

Deus in nomine tuo saluum me fac, et in virtute tua libera me: Deus exaudi orationem meam. V. Quoniã alieni insurrexerũt aduersum me, et fortes

que fecerunt animã meã, ⁊ nõ proposuerũt deũ ante cõspectũ suum.

¶ Presta, ℣. Gloria. Oro. Quesumus, omnipotẽs deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolẽtes, ⁊ corpore tibi placeamus, ⁊ mente. Per. Lectio. Libri Regum iij. Capi. iij.



In diebus illis. Uenerũt duæ mulieres meretrices ad regem Salomonẽ, steteruntq₃ coram eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe, ego, ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna, et peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die, postquã ego peperi, peperit et hec. Et eramus simul, nullusq₃ alius in domo nobiscum, exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiẽs quippe oppressit eum. Et cõsurgẽs in tẽpeste noctis silentio, tulit filium meũ de latere meo ãcille tue dormiẽtis, ⁊ collocauit in sinu suo: Suum autẽ filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cũque surrexissem mane, vt darẽ lac filio meo, apparuit mortuus. Quem diligentius intuens, clara luce deprehendi non esse meum, quem genueram. Respondit q₃ altera mulier: Non est ita, vt dicis: sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Ecõtrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus viuit, et filius tuus mortuus est. Atq₃ in hunc modũ contendebant coram rege. Tũc rex ait: Hec dicit, filius meꝰ viuit, ⁊ filius tuus mortuus est. Et ista respondit, non: sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Dixit ergo rex, afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram rege, diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, et date dimidiam partem uni, et dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regem, commota sunt quippe viscera eius super filio suo: Obsecro, domine, date illi infantem viuum, et nolite interficere eum. E contrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi:

sed diuidatur. Respondit rex, et ait. Date huic infantẽ viuum, et nõ occidatur: hec est enim mater eius. Audiuit itaque omnis Israel iudiciũ, quod iudicasset rex, et timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudiciũ. ℟. Esto mihi in Deum protectorẽ, et in locum refugij, vt saluum me facias. ℣. Deus, in te speraui, domine, non cõfundar in æternum. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis, neque secũdum iniquitates nostras retribuas nobis. Secundum Joãnẽ. Cap. ij



In illo tempore. Prope erat pascha Judeorũ, et ascendit Jesus Hierosolymã: et inuenit ĩ tẽplo vendẽtes oues, et boues, et colũbas, et nũmularios sedẽtes. Et cũ fecisset q̃si flagellũ de funiculis, õnes eiecit d̃ tẽplo. Oues quoque, et boues, et nũmulariorũ effudit es, et mẽsas subuertit. Et his, qui colũbas vẽdebãt, dixit. Auferte ista hic, et nolite facere domũ patris mei, domũ negotiatiõis. Recordati vero sũt discipuli eius, quia scriptũ est: Zelus domus tue comedit me. Responderũt ergo Judei, et dixerũt ei. Qd̃ signũ ostẽdis nobis, quia hec facis? Respõdit Jesus, et dixit eis. Soluite tẽplũ hoc, et ĩ tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo Judei. Quadraginta et sex ãnis edificatũ est tẽplũ hoc, et tu ĩ tribus diebus excitabis illud? Ille autẽ dicebat de tẽplo corporis sui. Cũ ergo resurrexisset a mortuis, recordati sũt discipuli eius, quia hoc dicebat. Et crediderũt scripture, et sermoni, quẽ dixit Jesus. Cũ autẽ esset Hierosolymis in pascha ĩ die festo, multi crediderũt in nõie eius vidẽtes signa eius, que faciebat. Ipse autẽ Jesus nõ credebat semet ipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, et quia opus ei nõ erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine. Offertorium. Jubilate Deo terra, iubilate Deo terra: psalmum dicite nomini eius: venite, audite, et narrabo vobis, omnes, qui timetis Deũ, quãta

fecit dñs animæ meæ. Sacra. Oblatum tibi, domine, sacrificiũ viuificet nos semper, et muniat. Per do. Communic. Ab ocultis meis munda me domine, et ab alienis parce seruo tuo. Post commu. Sumptis, domine, salutaribus sacramẽtis ad redemptionis eternę, quęsumus, proficiamus augmẽtum. Per. Suppplm. Oro. Deprecationem nostrã, quęsumus, dñe, benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectũ, tribue defensionis auxilium. Per.

¶ Feria Tertia. Officium.



Exaudi, deus, orationẽ meã, et ne despexeris deprecationẽ meã, intende in me, et exaudi me. V. Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris. V. Gloria Patri. Oratio Sacre nobis, quęsumus, domine, obseruationis ieiunia et pię conuersationis augmentum, et tuę propitiationis continuum prestent auxilium. Per dominum.

Lctõ libri Exodi. Ca. xxxij.



In diebus illis. Locutus est dominus ad Moysen dicẽs. Uade, descende: peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Egypti. Recesserunt cito de via, quã ostendisti eis. Feceruntque sibi vitulum conflatilem, et adorauerunt, atq; immolãtes ei hostias dixerunt. Isti sũt dij tui, Israel, qui te eduxerunt de terra egypti. Rursũq; ait dominus ad Moysen. Cerno, quod populus iste dure ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, et deleam eos, faciamque te in gentem magnã. Moyses autem orabat dominum Deum suum, dicens. Cur domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Egypti in fortitudine magna, et in manu robusta? Ne, queso, dicant Egyptij, callide eduxit cos, vt interficeret in montibus, et deleret e terra. Quiescat ira tua, et esto placabilis super nequitia

populi tui. Recordare abraham Isaac, et Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens. Multiplicabo semen vestrum, sicut stellas celi, et vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, et possidebit is eam semper. Placatusque est dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo dominus deus noster. ℟. Exurge domine, fer opem nobis, et libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus, auribus nostris audiuimus, patres nostri annuntiauerunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, et in diebus antiquis. Tractus. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

Secundũ Joanẽ. Cap. vij.



In illo tẽpore. Jam die festo mediante, ascendit Jesus in tẽplũ, et docebat, et mirabant Judei, dicẽtes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Jesus, et dixit. Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a se ipso loquitur, gloriam propriam querit. Qui autẽ querit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, et iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legẽ, et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit ei turba, et dixit. Demoniũ habes: Quis te querit interficere? Respondit Jesus, et dixit eis. Unum opus feci: et omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionẽ: nõ quia ex moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circũciditis hominem. Si circũcisiõem accipit homo in sabbato, vt nõ soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundũ faciem, sed iustũ iudiciũ iudicate. Dicebant ergo quidã ex Jerosolymis:

Nonne hic est, quem querunt interficere? Ecce palã loquitur, et nihil ei dicũt. Nunquid vere cognouerũt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus, vnde sit. Christus autem, cum venerit, nemo scit, vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Jesus, et dicens. Et me scitis, et vnde sim, scitis, et a me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum. Et, si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis, mẽdax: Sed scio eum, quia ab ipso sũ, et ipse me misit. Querebant ergo Judei eum apprehẽdere, et nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderũt in eum. Offertorium. Expectans expectaui dominum, et respexit me, et exaudiuit deprecationẽ meam, et immisit in os meum canticum nouum hymnũ deo nostro.

Hec hostia, dñe, Sacra quos, emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora, mentesq; sanctificet. Per dominum. Com.

Letabitur in salutari tuo, et in nomine domini Dei nostri magnificabimur. Post commun.

Huius nos, domine, perceptio sacramenti mundet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dñm.

Super populum. Oratio.

Miserere domine, populo tuo: et continuis tribulationibus laborautem propitius respirare concede. Per dominũ.

Feria Quarta Officium.

Dum sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris, et effundã super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus iniquinamentis vestris, et dabo vobis spiritum nouum. ℣. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria. Sine salutatione dicatur ista oratio

Deus, qui et iustis premia meritorum, et peccatoribus per ieiunium veniam prebes, miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgẽtiam valeat percipere delictorũ. Per dñm.

Lectõ Eze. pph. Ca. xxxvj.



Hec dicit dominus deus. Sanctificabo nomen meũ magnũ: qḋ pollutũ est inter gẽtes, quod polluistis ĩ medio earum: vt sciant gẽtes, quia ego dominus: ait dominus exercituũ: Cũ sanctificatus fuero in vobis corã eis. Tollã quippe vos de gentibus, et cõgregabo vos de vniuersis terris, et adducã vos in terrã vestrã. Et effundã super vos aquã mundã, et mũdabimini ab omnibus ĩquinamentis vestris, et ab vniuersis idolis vestrĩs mundabo vos. Et dabo vobis cor nouũ, et spiritũ nouũ ponã ĩ medio vestri. Et auferam cor lapideũ de carne vr̃a: et dabo vobis cor carneũ, et spiritũ meũ ponã in medio vestri. Et faciam, ut in preceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis, et operemini. Et habitabitis ĩ terra, quã dedi patribus vr̃is: et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in deum. Dicit domin⁹ omnipotens. ℟. Uenite filij, audite me: timorem dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestrae non confundẽtur. Dicitur. Dominus vobiscum. Oratio.

Presta, quesum⁹, omnipotẽs deus, vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoqꝫ deuotio sctã letificet ut, terrenis affectib⁹ mitigatis, facili⁹ celestia capiamus p. Lectio. Esa. pph. Ca. j.

Hec dicit dñs. Lauamini, mũdi estote, auferte malum cogitationũ vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Querite iudiciũ subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã, et venite, et arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata vestra, vt coccinũ, q̃si nix dealbabũtur. Et si fuerĩt rubra, quasi uermicul⁹, velut lana alba erunt. Si volueritis, et audieritis me, bona terre comedetis. Quod si nolueritis, et me ad iracũdiã prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os domini locutũ est. Dicit dominus omnipotens. ℟. Beata gens, cuius est dominus Deus eorum, populus

quē elegit dominus in hæreditatem sibi. ℣. Verbo domini cæli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Tractus. Adiuua nos Deus salutaris noster, ꝛ propter gloriā nominis tui domine libera nos, ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomē tuū. Secūdū Joā. Ca. ix.



In illo tempore. Preteriēs Jes⁹ vidit hominem cecū a natiuitate: et interrogauerunt eū discipuli eius. Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cecus nasceretur? Respondit Jes⁹. Nec hic peccauit, nec parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Hec cum dixisset, expuit in terram, ꝛ fecit lutum ex sputo, ꝛ liniuit lutum super oculos eius, ꝛ dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abiit ergo, et lauit, et venit videns. Itaque vicini, et qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant. Nonne hic est, qui sedebat, et mendicabat? Alij dicebāt quia hic est. Alij autem, nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit. Ille homo, qui dicitur Jesus, lutū fecit et vnxit oculos meos, et dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, et laua. Et abij, et laui, et video. Et dixerunt ei. Vbi est ille? Ait: nescio. Adducunt eum ad Phariseos, qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Jesus, et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eū Pharisei, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum mihi posuit super oculos, et laui, et video. Dicebant ergo ex Phariseis quidā. Nō est hic homo a Deo, qui sabbatū nō custodit. Alij autē dicebāt. Quomodo potest homo peccator hec signa facere? et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco

iterum. Tu, quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autē dixit, quia propheta est. Non crediderūt ergo Iudei de illo, quia cecus fuisset, et vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat: et interrogauerunt eos, dicentes. Hic est filius vester, quē vos dicitis, quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius, et dixerūt. Scimus, quia hic est filius noster, et quia cecus natus est: quomodo autē nunc videat, nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate: etatem habet, ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius, quia timebant Iudeos. Iam enim conspirauerant Iudei, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parētes eius dixerunt, quia etatem habet, ipsum iterrogate. Vocauerunt ergo rursū hominem, qui fuerat cecus, et dixerunt ei. Da gloriam Deo: nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est, nescio: Unum scio, quia cecus cum essem, modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, et audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, et dixerūt. Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus. Hunc autem nescimus, vnde sit. Respōdit ille homo, et dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, vnde sit, et aperuit meos oculos. Scimus autem, quia peccatores deus non audit. Sed si quis Dei cultor est, et voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam. Responderunt, et dixerunt ei. In peccatis natus es totus, et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus, quia eiecerūt eū foras, et cū

inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filium Dei? Respondit ille, et dixit. Quis est domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus. Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait. Credo, domine. Et procidens adorauit eum. Offertorium. Benedicite gentes Dominum Deum nostrum, et obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam, et non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meam, et misericordiam suam a me. Sacra.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, vt his sacrificijs peccata nostra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis et mentis, et corporis sanitatem. Per. Communio. Lutum ex sputo dominus fecit, et liniuit oculos meos, et abij, et laui, et vidi, et credidi Deo. Postcommunio.

Sacramenta, que sumpsimus, domine deus noster, et spiritualibus nos repleant alimentis, et corporalibus tueantur auxilijs. Per. Super populum. Oratio.

Pateant aures misericordie tue, domine, precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas, fac eos, que tibi sunt placita, postulare. Per.

Feria quinta. Officium.

Letetur cor querentium dominum: querite dominum, et confirmamini, querite faciem eius semper. Versus. Confitemini domino, et inuocate nomen eius, annuntiate inter gentes opera eius. Versus. Gloria Patri et Filio. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens Deus, vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius celestia capiamus. Per. Lectio libri Regum iiij. Capite iiij.

In diebus illis. Uenit mulier Sunamitis ad Eliseum in montem Carmeli. Cumque vidisset eam vir Dei e contra, ait ad Giezi puerum suum. Ecce Sunamitis illa: vade ergo in occursum eius, et dic ei. Recte ne agitur circa te, et circa virum tuum, et circa filium tuum? que respondit: Recte. Cumque venisset ad virum dei in montem, apprehendit pedes eius, Et

accessit Giezi, vt amoueret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam, anima enim ei⁹ in amaritudine est: ꝛ dñs celauit a me, et non indicauit mihi. Que dixit illi: nũquid petiui filiũ a domino meo? nunquid non dixi tibi, ne illudas me? ꝛ ille ait ad Giezi: accinge lumbos tuos, ꝛ tolle baculum meum in manu tua, ꝛ vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: ꝛ si salutauerit te quispiam, non respondeas illi. Et pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait: viuit dominus, et viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, et secutus est eam. Giezi autem precesserat ante eos, ꝛ posuerat baculum super faciem pueri, ꝛ non erat ei vox, neqꝫ sensus. Reuersusqꝫ est in occursum eius, ꝛ nuntiauit ei dicens. Nõ surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum: ꝛ ecce puer mortu⁹ iacebat in lectulo eius. Ingressusqꝫ clausit ostiũ super se, ꝛ super puerum, ꝛ orauit ad dominum. Et ascendit, et incubuit super puerum, posuitqꝫ os suum super os eius, ꝛ oculos suos super oculos eius, ꝛ manus suas super manus eius, ꝛ incuruauit se super eum, ꝛ calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat in domo semel huc, atque illuc. Et ascendit, ꝛ incubuit super eũ, ꝛ oscitauit puer septies, aperuitqꝫ oculos. Et ille vocauit giezi, ꝛ dixit ei. Voca sunamitidem hãc. Que vocata ingressa est ad eum. Qui ait. Tolle filium tuum. Venit illa, ꝛ corruit ad pedes eius, ꝛ adorauit super terrã. Tulitqꝫ filiũ suum, ꝛ egressa est. Et Eliseus reuersus est in Galgala. ℟. Respice domine in testamentum tuum, ꝛ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine, ꝛ iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum. Tractus. Domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. Secundum Joannem. Capite. v.

In illo tẽpore. Dixit dominus Jesus turbis Judeorum. Pater meus vsqꝫ

modo operatur, et ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudęi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Iesus, et dixit eis. Amen, amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcunque enim, ille fecerit, hæc et Filius similiter facit. Pater enim diligit filium, et omnia demonstrat ei, quę ipse facit: et maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim Pater suscitat mortuos, et viuificat, sic et Filius, quos vult, viuificat. Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam eternam. Et in iudiciū non venit, sed trāsiet a morte in vitam. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: et qui audierit, viuent. Sicut enī pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio, habere vitā in semetipso. Et potestatē dedit ei etiā iudiciū facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Et procedent, qui bona fecerūt, in resurrectionem vitę: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Offertoriū.

Domine, in auxilium meum respice: confundantur, & reuereātur qui quærunt animam meam: vt auferant eam. Sacra.

Purifica nos, misericors Deus, vt ecclesię tuę preces, quę tibi gratæ sunt, pia munera deferentes fiant, expiatis mētibus gratiores. Per. Cō. Dñe, memorabor iustitiæ tuæ soli⁹: De⁹ docuisti me a iuuētute mea: & vsq; in senectā, & seniū: de⁹, ne derelinquas me. Post cō.

Celestia dona capientibus, quęsumus, dñe, nō

ad iudiciū prouenire patiaris, quod fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per.

Super populū. Orō.

Populū tui Deus institutor, & rector, peccata, quib⁹ impugnatur expelle: vt sem per tibi placitus, & tuo muni mine sit securus. Per dñm.

Feria Sexta. Officium.



Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper, dñe adiutor meus, & redēptor meus. ℣. Celi enarrāt glīā dei, & opa manuū ei⁹ ānūtiat firmamentum. ℣. Gloria. Orō.

Deus, qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis, presta, quesumus, vt ecclesia tua, et eternis proficiat institutis, & tēporalibus non destituatur auxilijs. Per dominū. Lectio libri regū iij. Cap. xvij.

In diebus illis. Egrotauit filius mulieris matris familias, & erat langu or eius fortissimus ita, vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam: Quid mi hi, & tibi vir dei? Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meę, et interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuū. Tulitq3 eum de sinu eius, & portauit in cęnaculum, vbi ipse manebat, et posuit super lectulum suū, et clamauit ad dominum, et dixit: Domine, Deus meus, etiam ne viduam, apud quā ego vt cunq3 sustentor, afflixisti, vt interficeres filium eius? Et expādit se, atq3 mēsus est super puerum tribus vicibus, clamauitq3 ad dominū, & ait. Domine, Deus meus, reuertatur, obsecro, anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autē dominus vocem Elię, & reuersa est anima pueri intra eū, & reuixit. Tulitq3 Elias puerum, et deposuit eum de cenaculo ī inferiorem domū, & tradidit matri sue, & ait illi. En, viuit filius tuus. Dixitq3 mulier ad Eliam. Nūc in isto cognoui, quoniā vir Dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum est. ℟. Bonum est confidere in domino, quā confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus. Tractus.

Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis

Secundū Joannē. Cap. xj.



In illo tēpore. Erat quidam lāguēs Lazarus a Bethania de castello Marię, et Marthę sororum eius. Maria autem erat, quę vnxit dominum vnguento, et extersit pedes ei⁹ capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserūt ergo sorores eius ad eū, dicentes. Domine, ecce quē amas, infirmatur. Audiens autem Jesus, dixit eis. Infirmitas hęc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius dei per eā. Diligebat autē Jes⁹ Martham, et sororem eius Mariam, et Lazarum. Ut ergo audiuit, quia īfirmabatur, tūc quidem mansit in eodē loco duobus diebus. Deinde post hęc dicit discipulis suis. Eamus ī Judęam iterū. Dicunt ei discipuli. Rabbi, nunc querebāt te Judęi lapidare, et iterum vadis illuc? Respondit Jesus. Nōne duodecim horę sūt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux nō est ī eo. Hęc ait: et post hęc dicit eis. Lazarus amic⁹ noster dormit. sed vado, vt a somno excitē eum. Dixerunt ergo discipuli ei⁹. Domine si dormit, saluus erit. Dixerat autem Jesus de morte eius. Illi autē putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Tūc ergo dixit eis Jesus manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos, vt credatis, quia nō eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad cōdiscipulos. Eamus et nos, et moriamur cū eo. Uenit itaqꝫ Jesus, et inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autē Bethania iuxta Jerosolymam quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Judeis venerāt ad Martham, et Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo.

Martha ergo, vt audiuit, quia Jesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Jesum. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio, quia quecunqz poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Jesus. Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis, qui viuit, et credit in me, non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi: vtiqz domine, Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Et cum hec dixisset, abijt, et vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens. Magister adest, et vocat te. Illa, vt audiuit surrexit cito, et venit ad eum. Nondum enim venerat Jesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Judei ergo qui erant cum ea in domo, et consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia cito surrexit, et exijt: secuti sunt eam dicentes, quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset, vbi erat Jesus, videns eum cecidit ad pedes eius, et dicit ei. Domine, si fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus. Jesus ergo, vt vidit eam plorantem, et Judeos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, et turbauit semetipsum, et dixit. Ubi posuistis eum? Dicũt ei. Domine veni, et vide. Et lachrimatus est Jesus. Dixerunt ergo Judei, ecce quomodo amabat eum. Quidam autẽ ex ipsis dixerunt. Non poterat hic, qui aperuit oculos ceci nati facere, vt hic nõ moreretur? Jesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca, et lapis superpositus erat ei. Ait Jesus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eiꝰ, qui mortuus fuerat. Domine, iam fetet, quatriduanus enĩ est. Dicit Jesus. Nonne dixi tibi, quoniã, si credideris, videbis gloriã Dei? Tulerũt

ergo lapidem. Jesus autem, elevatis sursū oculis, dixit. Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autē sciebam, quia semper me audis. Sed propter populum, qui circunstat, dixi, ut credāt, quia tu me misisti. Hec cū dixisset, voce magna clamavit. Lazare, veni foras. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus manus, et pedes institis, et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Jesus. Solvite eum, et sinite abire. Multi ergo ex Judeis, qui venerant ad Mariam, et Martham, et viderant, que fecit Jesus, crediderunt in eum. Offer. Populum humilem saluum facies domine, et oculos superborum humiliabis, quoniam quis deus preter te domine? Sacra. Munera nos, quesumus, dn̄e, oblata purificent, et te nobis iugiter faciant, esse placatum. Per domi. Com. Videns dominus flentes sorores Lazari ad monumētum, lachrymatus est coram Judaeis, et clamat, lazare veni foras: et prodiit ligatis manibus, et pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus

Hec nos, que. Post cō. sumus, domine, participatio sacramenti, et a propriis reatibus indesinenter expediat, et ab omnibus tueatur adversis. Per dominū

Super populum. Oratio.

Da, quesumus, omnipotens deus, ut qui infirmitatis nostre cōscii de tua virtute cōfidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per. ¶ Sabbato. Officiū.



Sitientes venite ad aquas, dicit dominus, et qui nō habetis pretium, venite, et bibite cum letitia. ℣. Attēdite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria. Oratio.

Fiat, domine, quesumus, per gratiam tuam fructuosus nostre devotionis affectus: quia tunc nobis prodeṝunt suscepta ieiunia, si tue sint placita pietati. Per

Esaie prophete. Cap. xlix.



Hec dicit dominus. In tēpore placito exaudivi te, et in die salutꝫ auxiliatus

sum tui, Et seruaui te: et dedi te in fedus populi, vt suscitares terrã, et possideres hereditates dissipatas. Ut diceres his, qui victi sunt, exite: ꝛ his, qui in tenebris, reuelamini. Super vias pascentur, ꝛ in omnibus planis pascua eorum. Nõ esurient, neqꝫ sitient: ꝛ non percutiet eos estus, ꝛ sol: quia miserator eorum reget eos, ꝛ ad fõtes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, ꝛ semite mee exaltabũtur. Ecce isti de lõge venient: ꝛ ecce illi ab aquilone, ꝛ mari, ꝛ isti o terra australi. Laudate celi: ꝛ exulta terra, iubilate mõtes laudẽ, quia consolatus est dominus populum suum: et pauperũ suorum miserebitur. Et dixit Sion: Dereliquit me dominus, et dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suũ, vt nõ misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen nõ obliuiscar tui Dicit dominus õnipotens. ℟. Tibi domine, derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid, dñe, recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione, dũ superbit impius: incenditur pauper. Tract⁹. Adiuua nos Deus salutaris noster: ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos, et propitius esto peccatis nostris, ꝑpter nomẽ tuũ.

Secundũ Joãnẽ. Cap. viij



In illo tẽpore. Dicebat dominus Jesus turbis Judeorum. Ego sum lux mũdi: qui sequit me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de te ipso testimoniũ perhibes: testimoniũ tuũ non est verũ Respõdit Jesus, ꝛ dixit eis. Et si ego testimoniũ ꝑhibeo de me ipso, verũ est testimoniũ meũ: quia scio, vnde veni, ꝛ quo vado: vos autẽ nescitis, vnde venio, aut quo vado. Uos secũdũ carnẽ iudicatis: ego non iudico quẽquam. Et si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, ꝛ qui misit me, pater. Et i lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimoniũ

verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimoniũ perhibet de me, qui misit me, pater. Dicebãt ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit eis Jesus. Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis, forsitan et patrem meũ sciretis. Hec verba locutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nõdũ venerat hora ei⁹. Offer. Factus est Dñs firmamentum meũ, et refugium meũ, et liberator meus, et sperabo in eum. Sacra

O Blationibus nostris, quesumus, domine, placare susceptis, et ad te nostras etiam rebelles compelle propitius volũtates. Per

Com̃. Dñs regit me, et nihil mihi deerit, in loco pascue ibi me collocauit: super aquã refectionis educauit me. Post cõmu.

T Ua nos, dñe, quesum⁹, sancta purificent, et operatione sua faciant, te nobis esse placatum. Per do.

Super populũ. Orõ.

D Eus, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quã irasci, da nobis, digne flere mala, que fecimus, vt tue consolationis gratiam inuenire valeamus. Per.

Dñica in passione. Offiti.

I Udica me de⁹, et discerne causam meã, de gente nõ sancta, ab homine iniquo, et doloso eripe me, quia tu es Deus meus, et fortitudo mea. ℣. Emitte lucem tuã, et veritatem tuã: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montẽ sanctũ tuũ, et in tabernacula tua. Nõ dicatur. Gloria Patri. Orõ.

Q Uesumus, omnipotẽs Deus, familiã tuã propiti⁹, respice, vt, te largiẽte, regatur in corpore: et te seruante, custodiatur in mẽte. Per. Ad Hebreos Cap. ix.

F Ratres. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius, et perfectius tabernaculum, non manu factum, idest nõ huius creationis, neqꝫ per sãguinem hircorum, aut vitulorum sed per proprium sanguinem introiuit semel ĩ sancta, eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis

hircorum, et taurorum, et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatũ Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendũ deo viuenti? Et ideo noui testamẽti mediator est, vt morte intercedẽte, in redemptionem earũ preuaricationũ, que erãt sub priori testamẽto, repromissionẽ accipiãt, qui vocati sunt eterne hereditatis. In Christo Jesu domino nostro. ℟. Eripe me domine, de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus, domine, de gentibus iracũdis, ab insurgentibus in me exaltabis me, a viro iniquo eripe me. Tractus. Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Israel, sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerũt mihi: supra dorsum meum fabricauerũt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem suam: dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Secundum Joannẽ. Cap. viij



In illo tempore. Dicebat Jes⁹ turbis Judeorum et principib⁹ sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico, quare vos nõ creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Respõderunt ergo Judei, et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et demonium habes? Respondit Jesus. Ego demonium nõ habeo, sed honorifico patrẽ meũ, et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriã meam: est, qui querat, et iudicet. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meũ seruauerit, mortem non videbit in eternum. Dixerũt ergo Judei. Nunc cognouim⁹, quia demonium habes. Abrahã mortuus est, et prophete: et tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem nõ gustauit in eternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mor-

mortuus est? Et prophete mortui sũt. Quem te ipsum facis? Respondit Jesus. Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus, qui glorificat me: quẽ vos dicitis, quia de⁹ vester est, ꝛ non cognouistis eum: ego autem noui eũ: Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, et sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, et gauisus est. Dixerũt ergo Judei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, ꝛ Abrahã vidisti? Dixit eis Jesus. Amen, amẽ dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerũt ergo lapides, vt iacerent in eum. Jesus autem abscondit se, ꝛ exiuit de templo. Credo. Offer. Confitebor tibi, dñe, ĩ toto corde meo, retribue seruo tuo, vt viuat, ꝛ custodiã sermones tuos, viuifica me secundũ verbũ tuũ, dñe. Sacra.

Hec munera, Domine, quesumus, et vincula nostrę prauitatis absoluãt, et tuę nobis misericordię dona concilient: Per dominũ. Prefa. Qui salutem humani generis in ligno crucis. Et dicat vsq; ad cęnã dñi inclusiue, quando dicit̃ de dominica, vel de feria. Cõ. Hoc corpus, quod pro vobis tradetur: hic calix noui testamenti est in meo sanguine (dicit dñs) hoc facite, quotiescunque sumitis, in meam cõmemorationem. Post commu

Presto nobis, domine Deus noster: et quos tuis mysterijs recreasti, ꝑpetuis defende presidijs: P. dominum nostrum Jesum.

¶ Feria secũda. Officium.

Miserere mihi domine, quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ℣. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me. Non dicatur. Gloria Patri, ꝛ Filio. Oĩo.

Sanctifica, quesumus, domine, nostra ieiunia: ꝛ cũctarum nobis propitius indulgentiam largire culparum: Per dominum nrm̃.

Jone prophete. Capite. iij

In diebus illis: Factũ est verbum domini ad

Jonam prophetam secundo dicens. Surge, et vade in Niniuen ciuitatem magnam, ꝛ predica in ea predicatiõem: quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, et abijt in Niniuẽ iuxta verbum domini. Et Ninine erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit Jonas introire in ciuitatem itinere diei vnius, et clamauit, et dixit. Adhuc quadraginta dies, et Ninine subuertetur. Et crediderunt viri Niniuite in domino, et predicauerunt ieiunium, et vestiti sunt saccis a maiore, vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue, ꝛ surrexit de solio suo, et abiecit vestimẽtum suum a se, et indutus est sacco, ꝛ sedit in cinere, et clamauit, et dixit in Niniue ex ore regis, et principum eius, dicens. Homines, et iumenta, ꝛ boues, et pecora non gustent quicquam, nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines: et iumenta clament ad dominum in fortitudine: ꝛ cõuertatur vir a via sua mala, et ab iniquitate, que est in manibus eorum. Quis scit, si conuertatur, et ignoscat Deus, ꝛ reuertatur a furore ire sue, et nõ peribimus? Et vidit Deus opera eorũ, quia cõuersi sunt de via sua mala, et misertus est populo suo dominus Deus noster. ℟. Deus exaudi orationẽ meam, auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac, ꝛ in virtute tua libera me. Tract⁹. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea.

Secundũ Joãnẽ. Cap. vij.



In illo tempore: Miserunt principes, ꝛ Pharisei ministros vt apprehenderẽt Jesum. Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum, et vado ad eum, qui me misit. Queretis me, et non inuenietis. Et vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Judei ad semetipsos. Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in di-

dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes? Quis est hic sermo, quem dixit, queritis me, et non invenietis, et ubi sum ego, vos non potestis venire? In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, et clamabat, dicens. Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Offerto. Domine, converte animam meam, salvum me fac propter misericordiam tuam. Sacra

Concede nobis, domine Deus noster, ut hec hostia salutaris, et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tue propitiatio maiestatis. Per. Commun. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Post commu.

Sacramenti tui, quesumus, domine, participatio salutaris, et purificationem nobis prebeat, et medelam. Per. Super populum. Oratio.

Da, quesumus, domine, populo tuo salutem mentis, et corporis, ut bonis operibus inherendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per. ¶ Feria iiij. Officium.



Expecta Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine dominum. V. Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo? Non dicatur. Gloria Patri. Oratio.

Nostra tibi, domine, quesumus, mus, accepta sint ieiunia, que nos, et expiando gratia tua dignos efficiant, et ad remedia perducant eterna. Per. Dan. pphet. Cap. ultimum.



In diebus illis. Congregati sunt Babylonii ad regem, et dixerunt ei. Trade nobis Danielem, qui Bel destruxit, et draconem interfecit, et sacerdotes occidit. Alioquin interficiemus te, et domum tuam. Vidit ergo rex, quod irruerent in eum vehementer, et necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum, et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem, et dabantur eis quotidie duo corpora, et due

oues. Et tūc non data sunt eis, vt deuorarent Daniele. Erat autem Habacuc propheta in Iudea, et ipse coxerat pulmētum, et intriuerat panes in alueolo, et ibat in campum, vt ferret messoribus. Dixitque angelus domini ad Habacuc. Fer prādium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc. Domine, Babylonem non vidi, et lacum nescio. Et apprehēdit eum angelus domini in vertice ei9, et portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel serue dei tolle prandiū, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei Deus, et non dereliquisti diligentes te. Surgensq; Daniel comedit. Porro angelus domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Uenit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielem: et venit ad lacum, et introspexit. Et ecce Daniel sedens ī medio leonum. Et exclamauit voce magna rex dicēs. Magnus es domine deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. Porro illos, qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, et deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuersa terra deum Danielis, quia ipse est liberator, et saluator: faciens signa, et mirabilia ī celo, et in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum. ℟. Discerne causam meā domine, ab homine iniquo, et doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuam, et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum. Tract9. Dicat nunc Israel, Saepe expugnauerūt me a iuuētute mea. Secundum Joannē. Cap. vij.



In illo tempore. Ambulabat Iesus ī Galileam: non enim volebat in Iudeam ambulare, quia quaerebant eum Iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum scenopegia.

Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc, et vade in Judeam, vt et discipuli tui videãt opera tua, que facis. Nemo quippe in occulto quid facit, et querit ipse ĩ palam esse. Si hec facis, manifesta te ipsum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Jesus. Tempus meum nõdum aduenit, tempus autẽ vestrum semper est paratũ. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt. Uos ascẽdite ad diẽ festum hũc: ego autem non ascendam ad diem festum istum, quia tẽpus meum nondum impletum est. Hec cũ dixisset, ipse mansit in Galilea. Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc et ipse ascẽdit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eum in die festo, et dicebant. Ubi est ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidã enim dicebant: quia bonus est: Alij autẽ dicebant, non, sed seducit turbas. Nemo tamẽ palam loquebatur de illo propter metum Judeorum. Offertorium. Sperent ĩ te omnes, qui nouerunt nomen tuum, domine, quoniam non derelinquis querentes te, psallite domino, qui habitat in Syon, quoniam non est oblitus orationem pauperum. Sacra.

Hostias tibi, domine, offerimus immolandas, que temporalem cõsolationem sic significent: vt promissa certius non desperemus eterna. Per. Communi. Redime me Deus Israel ex omnib9 angustijs meis. Post commu.

Da, quesumus, omnipotens Deus, vt que diuina sũt, iugiter exequẽtes, donis mereamur celestibus propinquare. Per dominũ Super populum. Oratio.

Da nobis dñe, quesum9, perseuerantem in tua voluntate famulatum, vt in diebus nostris, et merito, et numero populus tibi seruiens augeatur. Per dominũ

¶ Feria Quarta. Officium.

Liberator meus de gẽtibus iracũdis, ab insurgentibus in me exaltabis me: a

viro iniquo eripies me, domine. ℣. Diligā te, dñe, fortitudo mea: dominus firmamentum meum: et refugium meum: et liberator me⁹. Nō dicat. Gloria Patri. Orō

Sanctificato hoc ieiunio, deus tuorum corda fidelium miserator illustra: et quibus deuotionis prestas affectū, prebe supplicāti b⁹ piū benign⁹ auditū. Per Lectō libri Leuitici. Ca. xix.



In diebus illis. Locutus est dominus ad Moysē dicens. Loquere ad omnem cetum filiorum Israel, et dices ad eos. Ego dominus deus vester. Non facietis furtum, non mētiemini, neqz decipiet vnusquisque proximum suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomē Dei tui. Ego dominus, non facies calumniā proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsqz mane. Non maledices surdo, nec coram ceco pones offendiculum, sed timebis dominum Deum tuū, quia ego sum dñs. Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Non consideres personā pauperis, nec honores vultum potentis. Juste iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec susurro in populo. Nō stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dñs. non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Non queras vltionem, nec memor eris iniurie ciuium tuorū. Diliges amicum tuum, sicut te ipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum domin⁹ Deus vester. ℟. Exaltabo te dñe, quoniā suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Dñe, deus meus, clamaui ad te, et sanasti me, domine, abstraxisti ab inferis animam meam, saluasti me a descendentibus in lacū. Tractus. Etenim non potuerunt mihi, supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Secūdum Joannem. Capite. x.



In illo tempore. Facta sunt encenia in Hierosolymis, et hiems erat.

Et ambulabat Jesus in tẽplo in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Judei, et dicebant ei. Quousq; animã nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respõdit eis Jesus. Loquor vobis, et nõ creditis. Opera, que ego facio ĩ nomine patris mei, hec testimonium perhibẽt de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meã audiũt, et ego cognosco eas, et sequũtur me: et ego vitam eternã do eis, et non peribunt in eternum, et non rapiet eas quisquam ð manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est, et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego, et pater vnũ sumus. Sustulerunt ergo lapides Judei, vt lapidarent eum. Respondit eis Jesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Judei. De bono ope non lapidam⁹ te, sed de blasphemia. Et quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis Jesus. Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solui scriptura, quẽ Pater sãctificauit, et misit in mundũ, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, fili⁹ dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, et credatis, quia Pater ĩ me est, et ego ĩ Patre. Offertoriũ. Eripe me ð inimicis meis Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me domine. Sacra.

Annue nobis misericors Deus, vt hostias placationis, et laudis sincero tibi deferam⁹ obsequio. Per.

Commu. Lauabo inter innocentes manus meas, et circundabo altare tuum, domine, vt audiã vocẽ laudis tue, et enarrẽ vniuersa mirabilia tua. Post cõmun.

Celestis doni benedictione percepta, supplicẽs te, Deus omnipotens, deprecamur, vt hoc idẽ nobis, et sacramenti causa sit, et salutis. Per dominum.

Super populum. Oratio.

Adesto supplicationib⁹ nostris omnipotẽs de⁹, et quibus fiduciam sperãdę pietatis indulges, consuetę misericordię tribue benign⁹ effectum. Per dominum.

Feria quinta. Officium.



Omnia, q̃ fecisti nobis, dñe, in vero iudicio fecisti quia peccauim⁹ tibi, ⁊ mandatis tuis nõ obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, ⁊ fac nobiscum secundum multitudinem misericordiæ tuæ. ℣. Magn⁹ dñs, ⁊ laudabilis nimis ĩ ciuitate dei nr̃i, in monte sancto eius. Nõ dicat. Glia Patri. Oro.

Presta, quesumus, omnipotens deus, vt ⁊ dignitas cõditionis humanę per immoderantiam saucia ta medicinalis parsimonię studio reformetur. Per dñ.

Danielis proph. Capit. iij.



In dieb⁹ illis. Orauit Daniel dicens. Dñe De⁹ noster, ne despicias populũ tuum propter nomẽ tuum, et ne dissipes testamentum tuum, neq; auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, ⁊ Isac seruum tuum, et Israel sanctum tuũ: quibus locutus es, pollicens, quod multiplicares semen eorum sicut stellas celi, et sicut arenam, quę est ĩ littore maris. Quia domine, imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusq; humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et nõ est in tempore hoc prĩceps, ⁊ propheta, ⁊ dux, neq; holocaustum, neq; sacrificium, neq; oblatio, neq; incensum, neq; locus primitiarũ coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, et spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in holocausto arietũ, ⁊ taurorum. Et sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nũc sequimur te in toto corde, et timemus te, et quærim⁹ faciem tuã. Ne confũdas

nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo, domine. Et cõfundãtur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala: Confundantur in omnipotẽtia tua, et robur eorũ conteratur: Et sciant, quia tu es dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarũ, dñe Deus noster. ℟. Tollite hostias, & introite in atria eius, adorate dominum in aula sancta eius. ℣. Reuelabit dñs condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam. Tractus. Prolongauerunt iniquitatem sibi: dominus iustus concidet ceruices peccatorũ.

Secundũ Joãnẽ. Cap. vij



In illo tẽpore. Cum audissẽt quidã de turba sermonem Jesu, dicebãt, Hic est vere ppheta: Alij dicebant, hic est Christ⁹. Quidam autem dicebant, Nunquid a Galilea venit Christus? Nõne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, et de Bethleẽ castello, vbi erat Dauid, venit Christ⁹? Dissensio itaq̃ facta est in turba propter eum. Quidã autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad põtifices, & Phariseos, & dixerunt eis illi. Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Pharisei: Nunquid et vos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hec, que nõ nouit legem, maledicti sũt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis, Nũquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso, et cognouerit, quid faciat? Responderunt, et dixerunt ei: Nunquid et tu Galileus es? Scrutare scripturas, et vide, quia a Galilea propheta nõ surgit. Et reuersi sunt vnusquisq̃ in domum suam. Offertorium. Super flumina Babylonis illic

sedimus, et fleuimus, dum recor-daremur tui Syō. Secreta.

Domine Deus noster, qui de his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostre subsidiū cōdidisti, tuo quoque nomini munera iussisti, dicāda cōstitui, tribue, que sumus, vt et vite nobis presentis auxiliū, et eternitatis efficiāt sacramentum. Per. Commu. Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spē dedisti, hec me cōsolata est in humilitate mea. Post commun.

Quod ore sumpsimus, domine, pura mēte capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternū. Per dominum. Super populum. Oratio.

Adesto, quesumus, domine, propitius plebi tue, vt, que tibi non placēt, respuēs, tuorum potius repleatur delectationibus mādatorum. Per dominum.

Feria Sexta. Officium.



Miserere mihi domine, quoniam tribulor: libera me, et eripe me de manibus inimicorū meorū, et a persequentibus me: dñe, non cōfundar, quoniā inuocaui te. Ps. In te dñe speraui, nō confundar ī æternū, in iustitia tua libera me. Nō dicatur. Gla. Pri. Orō.

Cordibus nostris, quesumus, domine, gratiā tuam benignus infunde, vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potiꝰ maceremur, quā supplicijs deputemur eternis. Per dominū. Hieremie prophete. Capite. xvij.



In diebus illis. Dixit Ieremias. Dñe, omnes, qui te derelinquūt, cōfundētur. Recedentes a te in terra scribentur, quoniā dereliquerunt venam aquarum viuētiū dominū. Sana me dñe, et sanabor, saluum me fac, et saluꝰ ero, quoniā laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me: Ubi est verbū dñi? Ueniat. et ego non sum turbatus te pastorem sequens, et diē hominis nō desideraui: tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis tu mihi

formidini, spes mea tu in die afflictionis. Cōfundantur, qui me persequuntur, et nō confundar ego: Paueāt il li, & nō paueam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici cōtritione contere eos, Domine Deus noster. ℟. Pacifice loquebantur mihi inimici mei, et in ira molesti erant mihi. ℣. Vidisti dñe, ne sileas, ne discedas a me. Tractus. Saepe expugnauerūt me a iuuētute mea

Secundū Ioānē. Cap. xj.



In illo tēpore. Collegerunt pontifices, & Pharisei concilium, et dicebant: quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credēt in eum: & venient Romani, et tollent nostrum locum, & gētem. Unus autem ex ipsis Caypbas nomine, cum esset pontifex anni illi⁹, dixit eis. Vos nescitis quicquā, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Hoc antē a semetipso non dixit, sed cū esset pontifex ānī illius, prophetauit: qđ Ies⁹ moritur⁹ erat p gēte, & nō tātū p gēte sed vt filios Dei, q erāt dispsi, congregaret ī vnum. Ab illo ergo die cogitauerūt, vt interficerent eum. Ies⁹ ergo iam non in palā ambulabat apud Iudeos, sed abijt in regionem, iuxta desertum ī ciuitatē, que dicitur Ephrē: et ibi morabatur cum discipulis suis. Offertorium. Benedictus es: dñe, iustificationes tuas, & nō tradas me calumniantib⁹ me superbis, & respōdebo exprobrātibus mihi verbū. Sacra.

Presta nob', misericors Deus, vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur, et eorum perpetua participatione saluari. Per Cō. Ne tradideris me, dñe in animas persequentium me, quoniā īsurrexerūt in me testes iniqui, et mētita est iniq̄tas sibi. Post cō.

Sumpti sacrificij, Dñe, perpetua nos tuitio nō derelinquat, et noxia sēper a nobis cūcta depellat. Per Super populum. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens deus, vt qui protectionis tuae gratiam

querimus, liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per. ¶ Sabbato. Officium. Responsoriũ, et offertorium, et communi. et omnia alia require in precedẽti feria Sexta. Oratio.

Proficiat, quesumus, domine, plebs tibi dicata pie deuotionis affectu, vt sacris actionibus erudita quanto maiestati tue sit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per dñm.

Jeremie pphete Ca. xviij.

In diebus illis. Dixerũt impij Judei ad inuicem. Uenite, cogitemus cõtra iustum cogitationes: non enim peribit lex a sacerdote, neq; consilium a sapiẽte, neq; sermo a propheta. Uenite, et percutiamus eum lingua, et non attẽdamus ad vniuersos sermones eius. Attende, domine, ad me, et audi vocem aduersariorum meorum. Nũquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam anime mee? Recordare, quod steterim in cõspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, et auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem, et deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq; liberis, et vidue, et viri earũ interficiãtur morte. Juuenes eorum cõfodiantur gladio in prelio, audiatur clamor de domibus eorũ: adduces enim super eos latronem repente, quia foderunt foueã, vt caperent me, et laqueos absconderunt pedib⁹ meis. Tu autẽ, domine, scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorum, et peccatum eorum a facie tua nõ deleatur. Fiant incorruẽtes in conspectu tuo in tempore furoris tui, dñe De⁹ noster.

Tract⁹. Dicat nũc Jsrael: sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea

Secundum Joannẽ Ca. vj



In illo tẽpore. Dixit do minus Jes⁹ discipulis suis, et turbis Judeorum. Amẽ, amẽ dico vobis, nisi mãducaueritis carnem filij hominis, et biberitis ei⁹ sanguinem, non habebitis

vitam in nobis. Qui mādu-
cat meam carnē, ⁊ bibit me-
um sanguinem, habet vitā
ęternam, et ego resuscitabo
eum in nouissimo die. Caro
enim mea vere est cibus, et
sanguis meus uere est pot⁹.
Qui mānducat meā carnem,
et bibit meum sāguinem, in
me manet, et ego in illo. Si-
cut me misit me viuens pa-
ter, et ego viuo propter pa-
trem: et qui manducat me, ⁊
ipse viuet propter me. Hic
est panis, qui de cęlo descen
dit. Non sicut manducaue-
runt patres vestri manna, ⁊
mortui sunt. Qui mānducat
hunc panem, viuet in ęter-
num. Hęc dixit in synagoga
docens in Capharnaum.
Multi ergo audiētes ex di
scipulis eius dixerunt. Du-
rus est hic sermo, ⁊ quis po
test eum audire? Sciens au-
tem Jesus apud semetipsū,
quia murmurarent de hoc
discipuli eius, dixit eis. Hoc
vos scandalizat? Si ergo vi
deritis filium hominem as-
cendentem, vbi erat prius?
Spiritus est, qui viuificat,
caro nō prodest quicquam.
Verba, quę ego locutus sum
vobis, spiritus, ⁊ vita sunt.
Sed sunt quidam ex vobis,
qui non credunt. Sciebat
enim ab initio Jesus, qui es-
sent nō credētes, et quis tra
diturus esset eū, et dicebat.
Propterea dixi vobis, quia
nemo potest venire ad me,
nisi fuerit ei datum a patre
meo. Ex hoc multi discipu-
lorum eius abierunt retro,
et iam non cum illo ambula-
bant. Dixit ergo Jesus ad
duodecim. Nunquid ⁊ vos
vultis abire? Respondit er-
go ei Simon Petrus. Do-
mine ad quem ibimus? Ver
ba vitę ęternę habes. Et nos
credimus, et cognouimus,
quia tu es Christus filius
Dei. Respondit eis Jesus.
Nonne ego vos duodecim
elegi, ⁊ ex vobis vnus diabo
lus est? Dicebat autem Ju-
dā Simonis Jscariotē, hic
enim erat traditur⁹ eū, cum
esset vn⁹ ex duodeci. Sacra.

A Cunctis nos, dñe, quę
sumus, reatibus, ⁊ peri
culis ꝓpitiat⁹ absolue, quos
tāti mysterij tribuis esse cō-
sortes. Per. Post commun.

D Iuini muneris largita-
te satiati quęsum⁹, dñe

Deus noster, vt huiꝰ sẽper participatiõe viuamꝰ. Per.

Super populum. Oratio.

Tueatur quesumus, do mine, dextera tua populum deprecantem, ⁊ purificatum dignanter erudiat, vt cõsolatiõe presenti ad futura dona ꝓficiat. Per. do.

¶ Dominica in ramis palmarum. Finita Tertia, aspergatur aqua benedicta ab vno presbytero in choro cãtando. Asperges me. Et Sacerdos, vel pontifex, qui debet facere officium, ⁊ diaconus, ⁊ subdiaconus non debẽt descendere ad chorum, donec rami sint benedicti, ⁊ induantur ornamentis viridibus, ⁊ diaconus, ⁊ subdiaconus cum cruce stent in medio altaris versis faciebꝰ ad chorum, ⁊ sacerdos, vel põtifex in pulpito euangeliste rij cereis precedentibus benedicet ramos isto modo.

¶ Benedictio Ramorum.

Hec tibi, dñe, dies festa recolitur, et annuis exacta curriculis memorat: in qua ĩfantium prescie turbe frondes arborum assumẽtes in tue laudis tropheo, Hosãna in excelsis filio Dauid, benedictus, qui venit in nomine domini acclamãtes, occurrerunt, vt omnes gentes cognoscerent, ⁊ victoriam te leuasse de mundo, et de diabolo obtinuisse triũphũ. Presta igitur domine, vt huius diei celeberrimum cultum presenti e tue sanctificatione clarifices, vt perfectis tibi sacris solennijs, vniuersa hec plebs tua ad sanctam resurrectionem tuam excubando perueniat. Hec quoque creatura arborum, oliuarum, seu frõdium vna cum palmis, quam populus tuus pro tuis laudibꝰ, atq; benedictionibus suscipiendam alacri deuotione expetit, a te dñe ita benedicatur benedictione perẽni, vt qui cumq; pia deuotione ꝓ expellendis lãguoribꝰ, siue expugnandis insidijs inimici in cũctas habitatiões suas eas hic portauerit, ab omni sint impugnatiõe securi, vt cognoscãt quia nomẽ tuum gloriosũ est, saluator mũdi, qui cum eterno patre, et spũ sancto viuis, ⁊ regnas Deꝰ.

Prefatio




Erōnia secula se- culorū. ℟. Amē. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Ha- bem⁹ ad dominū. ℣. Grās agam⁹ dn̄o deo nostro. ℟. Dignū, et iustum est. Uere dignū, ⁊ iustū est, ęquū, ⁊ sa-


lutare, nos tibi semper, et vbiq; grās agere, Domine scte Pater omp̄s sēpiterne deus, redēptor, q de celis ad terras descēdere, et ad pas- sionē voluntate tua venire dignat⁹ es, vt hūanū genus tuo pcio liberares, adesto,



ecclesię tuę votis, et suppli-




cationib⁹ nřis. Tu eni do-




mine mãsuet⁹ mãsueti ani-




malis tergo insidẽs ad paſ-



sionẽ redẽptionis nřę spõ-




tane⁹ aduenisti: cum tibi ra-




mis arborꝭeis occurrentib⁹



discipulorũ turbis certatĩ



sterneref via, et triumpha-



tricib⁹ palmis cũ voce lau-



dis occurrerẽt pplorꝫ pluri




mę caterue resultantes pa-




riter, ꝛ dicẽtes, Osãna fi-




lio dauid, bñdict⁹ q vẽit ĩ




nomine dñi. Tibi in mõte



oliueti oliuarũ ramis via




cõstrata est: Tu quõdã Noe




in arca sup vndas diluuij




gubernasti: ⁊ colũbe mini-




sterio per oliue ramũ pacẽ



terris redditã nuntiari vo-



luisti: Sed ⁊ Jacob patriar



cha in mysteriũ glorie tue




erigẽs lapidẽ, ex hui⁹ arbo-



ris ramis oleũ benedictiõis




in cacumen tituli infudit.



Unde vnxisti reges, sacer-



dotes, ⁊ pphetas tuos. Tu



enim es xp̃s filius dei: tibi




cõpetit fruct⁹ vnctionis et




pacis: In cui⁹ ineffabilẽ lau



dẽ psalmista cecinit dicens:



vnxit te deꝰ, deus tuus oleo



exultationis pre participi-




bꝰ tuis. Qua ꝓpter suppli-




ces te dñe deprecamur: vt



bene ✠ dicas hos ramos




arboꝝ, quos tui famli in suis




suscipiētes manibus in oc-



cursū tui ꝓperare, teq3 be-



ne dicere, ⁊ glorificare de




siderant. Ecce Jerusalem




sedens super asinā rex man




suetus aduenisti. Adueni



ergo rogamꝰ et nobis, ⁊ in



mediū nři cōsiste: vt te ad-




uenire in nostris cordibꝰ sē-




tiamꝰ. Et qui nos repara-




sti per crucē, iterū lapsos re



para ꝑ eādē beatificā passio



nē. Oris nr̄i cōfessionē ac ie-



iunij humiliationē libenter



suscipe, ⁊ fructū nos viridi




tatis habere cōcede: quate-




nus tuis imbribus irriga-




ti mereamur tibi fu a-



uium fructuum vbertate



placere. Et sicut illi pro-



cesserunt tibi obuiam cum



arboreis frōdibꝰ egressi:



ita nos te redeūte in secūdo




aduētu cū palmis victorię




lęti mereamur occurre-




re, saluatori mūdi, q cū Pa



tre, ꝛ Spiritu scto viuis, et



regnas deꝰ. Per omnia se-



cula seculoꝝ. ℟ Amen.


¶ Alia oratio dicatur media voce legendo. Oratio.

Deus) cuius filius pro salute generis humani de celo descendit ad terras, et appropinquãte hora passionis suę Jerosolymam in asina venire, et a turbis rex appellari, ac laudari voluit) bene ✠ dicere hos palmarum, ceterarumq; frondiũ ramos digneris: vt omnes, qui eos laturi sunt, ita benedictionis tuę dono repleãtur, quatenus ꝛ in hoc seculo hostis antiqui tentamenta superare, ꝛ in futuro cũ palma victorie, et fructu bonorum operũ tibi valeãt apparere: Per eundẽ dñm nr̃m Jesũ Christũ filiũ tuũ: Qui tecũ. Per acta benedictione aspergatur aqua benedicta super ramos: ꝛ incensẽ. Hoc facto, incipiat succentor has añas dũ rami distribuunt. Aña. Palme fuerunt in manibus sanctorum, ꝛ magno clamore canebant: salus deo nostro sedenti super thronum, et agno Aña. Pueri Hebreorum tollentes ramos oliuarum obuiauerunt domino clamantes, ꝛ dicẽtes: Hosanna in excelsis. Aña. Pueri Hebreorum vestimenta prosternebant in via, et clamabant dicentes: Hosanna filio David, benedictus, qui venit in nomine domini. His finitis, fiat processio extra ecclesiam, donec perueniat eo, vbi legat euangelium a diacono. Secũdũ Matth. Ca. xxj.



In illo tẽpore, Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis, ꝛ venisset Bethphage ad mõtẽ oliueti, tũc misit duos discipulos dicẽs eis. Jte in castellũ, quod cõtra vos est, ꝛ statim inuenietis asinã alligatam, et pul-


et pullum cum ea. Soluite, et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dñs his opꝰ habet, et confestim dimittet eos. Hoc autem factū est, vt adimpleretur, quod dictū est per prophetam dicentem. Dicite filie Siō: ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullū filium subiugalis. Euntes autē discipuli fecerunt, sicut precepit illis Jesus: ⁊ adduxerunt asinam, ⁊ pullum, et imposuerunt super eos vestimenta sua, ⁊ eum desuper sedere fecerūt. Plurima autē turba strauerūt vestimēta sua in via: Alij autem cedebant ramos de arboribꝰ, et sternebant in via. Turbe autem, que precedebant, et que sequebantur, clamabāt dicentes. Hosanna filio David: benedictus, qui venit ī nomine dñi. Finito euangelio sacerdos tenens crucem in manibus incipiat Añam




A ue rex no ster.

fili David, redemptor mūdi, quē pphete pdicauerūt saluatorē domui Israel esse venturū: te enī ad salutē victimā pater misit in mundū: quē expectabāt oēs sancti ab origine mūdi: ⁊ nūc Hosāna filio david: benēdictꝰ, qui venit ī nomine Domini: Hosanna in excelsis. Et ista aña incipiat a sacerdote tribꝰ vicibꝰ isto modo. In primis duabus vicibus Sacerdos dicat. Aue rex. Et chorꝰ respōdeat. Noster. In tertia vice sacerdos dicat. Aue rex. Et chorus perficiat antiphonā: et ista aña debet incipi flexis genibus: et finita ista Antiphona, pueri incipiant. Gloria laus. Intra ecclesiam clausis ianuis: et chorus extra ecclesiam iterum dicat. Gloria laus. Et pueri intra ecclesiam dicant versus. Israel es tu. Et finito versu chorus respondeat añam. Gloria laus. Et sic in alijs versiculis finiatur. Gloria, laus, ⁊ honor tibi sit, rex Christe redēptor: cui puerile decus prompsit Hosanna pium. ℣. Israel es tu rex, Dauidis ⁊ iclita proles: nomine qui in domini, rex benedicte, venis. ℟. Gloria, laus. ℣. Cetꝰ in excelsis


te laudat celitus omnis: ⁊ mortalis homo, et cuncta creata simul. P. Gloria, laus, ⁊ honor tibi sit. V. Plebs Hebrea tibi cum palmis obuia venit. Cum prece, voto, hymnis assum⁹, ecce, tibi. P. Glia, laus. V. Fecerat Hebreos hos gloria sanguinis almi, nos facit Hebreos trāsit⁹, ecce, pi⁹. P. Glia, laus. V. Hi placuere tibi, placeat deuotio nr̃a, rex pie, rex clemēs: cui bona cuncta placent. P. Glia la⁹. His finitis, sacerdos accedit ad fores ecclesie, que debent esse clause, et tenens crucē in manu dicit.



Attolite portas principes




vestras, ⁊ eleuamini porte




Dicant duo pueri intus.


etēls, ⁊ introibit rex glie.




Dicat sacerdos.

qs ē iste rex glorie?





dñs fortis, et potēs, dñs po



tens in prelio. Dñs virtu



tum ip se est rex glo rie.

Hic conto crucis pulsat fores. Ji versus dicūt a sacerdote, ⁊ pueris, trib⁹ vicib⁹: in secūda, ⁊ tertia, altiore tono incipiēdo: ⁊ cum vltima pulsatione aperiūtur fores, ingrediturq; pcessio, et reuertit ad chorū, et succētor incipit. R. Ingrediente dño in sanctam ciuitatē Hebreorū pueri resurrectionem vite pronuntiātes. P. Cum ramis palmarum Hosanna clamabant in excelsis. Et cātetur sine versu: et ad altare nō dicatur V̄sus, nec orō btē Marie. ¶ Dñica in ramis palmarū. Officiū.

Domine, ne longe facias auxilium tuum a me, ad defensionem meam aspice, libera me

me de ore leonis, ꝛ a cornib⁹ vnicornuũ humilitatẽ meã. ℣. Deus de⁹ meus, respice ĩ me: q̃re me dereliquisti⁹ longe a salute mea verba delictorum meorum. Non dicitur. Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, saluatorem nostrum carnem sumere, et crucẽ subire fecisti, cõcede ꝓpitius, vt ꝛ patiẽtię ipsius habere documẽta, ꝛ resurrectionis cõsortia mereamur. ꝑ eũ. Et dr ista oõ tãtũ. Ad Philippẽ. Cap. ij

Fratres. Hoc sentite in vobis, quod ꝛ in Christo Jesu. Qui cũ ĩ forma dei esset, non rapinã arbitrat⁹ est, esse se ęqualẽ deo: sed semetipsũ exinaniuit, formã serui accipiens in similitudinem hominum factus, ꝛ habitu inuẽtus, vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltauit illum, et donauit illi nomen, quod est super õne nomen, vt in nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestiũ, terrestrium, ꝛ infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dñs Jesus Christus in gloria est Dei patris. ℟. Tenuisti manum dexteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria assumpsisti me. ℣. Quam bonus Jsrael Deus rectis corde mei autẽ pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorũ videns. Tractus. Deus deus meus, respice in me, quare me dereliquisti. ℣. Longe a salute mea verba delictorum meorum. ℣. Deus me⁹, clamabo per diẽ, nec exaudies, ĩ nocte, ꝛ nõ ad insipientiam mihi. ℣. Tu autem in sancto habitas laus Jsrael. ℣. Jn te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, et liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt, ꝛ salui facti sunt: in te sperauerunt, et non sunt confusi. ℣. Ego autẽ sum vermis, ꝛ non homo, opprobrium hominũ, ꝛ abiectio plebis. ℣. Omnes, qui videbantue, aspernabãtur me, locuti sũt labijs, ꝛ mouerũt caput. Jncipitur passio: q̃ dicitur sine benedictione, ꝛ sine salutatione, ꝛ sine incẽso. Tamen loco incẽsi ponatur ista die myrrha a sacrista: et teneat

crucem coopertã apud diaconũ. Passio dñi nostri Jesu xpi secũ. Mat. Ca. xxvi.



In illo tẽpore. Dixit dominus Jes⁹ discipulis suis. ✠ Scitis, quia post biduũ pascha fiet, et fili⁹ hominis tradetur, vt crucifigatur. C Tunc congregati sunt principes sacerdotũ, et seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, ⁊ consilium fecerunt, vt Jesũ dolo tenerent, et occiderẽt. Dicebant autem. S Nõ in die festo. C Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autẽ esset Jes⁹ in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrũ vnguenti pretiosi, et effudit super caput ipsius recumbentis. Uidentes autem discipuli indignati sũt, dicentes. S Ut quid perditio hec? Potuit enim istud venũdari multo, ⁊ dari pauperibus. C Sciens autem Jesus ait illis. ✠ Quid molesti estis huic mulieri? Op⁹ enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Mittens enim hec vnguẽtum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunq3 predicatum fuerit hoc euangelium in toto mũdo, dicetur, et quod hec fecit in memoriam eius. C Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum, ⁊ ait illis. S Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradã? C At illi constituerũt ei triginta argenteos. Et ex inde querebat oportunitatẽ, vt eum traderet. Prima autẽ die azymorum accesserũt discipuli ad Jesum, dicentes. S Ubi vis, paremus tibi comedere pascha? C At Jes⁹ dixit. ✠ Ite in ciuitatem ad quendam, et dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. C Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Jesus, et parauerunt pascha. Uespere autem facto, discumbebat

cũ duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis, quia vn⁹ vestrum me traditurus est. C. Et contristati valde cœperũt singuli dicere. S. Nũquid ego sũ, domine? C. At ipse respondens ait. ✠ Qui intingit mecum manũ in paropside, hic me tradet. Fili⁹ quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Uę autem homini illi, per quẽ filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus nõ fuisset homo ille. C. Respõdens autem Judas, qui tradidit eum, dixit. S. Nunquid ego sum, rabbi? C. Ait illi. ✠ Tu dixisti. C. Cęnantibus autẽ eis, accepit Jesus panem, ⁊ benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, et ait. ✠ Accipite, et comedite, hoc est corpus meum. C. Et accipiens calicem gratias egit, et dedit illis dicens. ✠ Bibite ex hoc õnes. Hic est enim sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effũdetur in remissionem peccatorũ. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illũ, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. C. Et hymno dicto, exierũt in mõtem Oliueti. Tunc dicit illis Jesus. ✠ Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorẽ, et dispergẽtur oues gregis. Postquam autem resurrexero, pręcedam vos in Galilęam. C. Respondens autem Petrus ait illi. S. Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. C. Ait illi Jesus. ✠ Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. C. Ait illi Petrus. S. Etiam si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. C. Similiter et omnes discipuli dixerũt. Tunc venit Jesus cum illis in villã, quę dicitur Gethsemani, et dixit discipulis suis. ✠ Sedete hic, donec vadã illuc, et orem. C. Et assumpto Petro, ⁊ duobus filijs Zebedęi, cępit contristari, et mestus esse. Tunc ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Sustinete hic, ⁊ vigilate mecũ. C. Et progress⁹

pusillum, procidit ĩ faciem suã orans, & dicens. ✠ Mi pater, si possibile est, trãseat a me calix iste. Veruntamẽ non sicut ego volo, sed sicut tu. ☾ Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, et dicit Petro. ✠ Sic nõ potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, et orate, vt nõ intretis in tẽtationem. Spiritus quidẽ promptus est, caro autem infirma. ☾ Iterum secũdo abijt, & orauit, dicens. ✠ Pater mi, si nõ potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. ☾ Et venit iterum, & ĩuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, et orauit tertio cũ dem sermonem dicens. Tũc venit ad discipulos suos, & dicit illis. ✠ Dormite iam, & requiescite. Ecce appropinquauit hora, et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit, qui me tradet. ☾ Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas vnus de duodeci venit, & cũ eo turba multa cũ gladijs, et fustibus, missi a principibus sacerdotum, et senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signũ dicens. S Quemcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum. ☾ Et confestim accedẽs ad Iesum dixit. S Aue rabbi. ☾ Et osculat⁹ est eũ. Dixitq; illi Ies⁹. ✠ Amice, ad quid venisti? ☾ Tunc accesserũt, & manus iniecerũt in Iesum, & tenuerũt eum. Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, extendens manum exemit gladium suum, & percutiens seruũ principis sacerdotum amputauit auriculam eius. Tũc ait illi Iesus. ✠ Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enĩ, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusq̃ duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebũtur scripturę, quia sic oportet fieri? ☾ In illa hora dixit Iesus turbis. ✠ Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus, cõprehendere me? Quotidie

apud vos sedebam docens in téplo, ꝛ non me tenuistis. ¶ Hoc autem totum factũ est, vt implerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jesum duxerunt ad Caipham pricipem sacerdotum: vbi scribe, et seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a lõge vsq; in atrium principis sacerdotũ. Et ingressus intro sedebat cum ministris: vt videret finem. Principes autẽ sacerdotum, et omne concilium querebant falsum testimonium cõtra Jesum: vt eum morti traderent. Et non inuenerunt: cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, ꝛ dixerũt. S. Hic dixit. Possum destruere templũ dei, ꝛ post triduum reedificare illud. ¶ Et surgẽs princeps sacerdotum ait illi. S. Nihil respondes ad ea, que isti aduersũ te testificãtur? ¶ Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi, S. Adiuro te per Deum viuum: vt dicas nobis, si tu es Christus fili⁹ dei. ¶ Dicit illi Jesus. ✠ Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei, ꝛ venientem in nubibus celi. ¶ Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens. S. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nũc audistis blasphemiã: quid vobis videtur? ¶ At illi respõdentes dixerũt. S. Reus est mortis. ¶ Tunc exspuerunt in faciem eius, et colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes. S. Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? ¶ Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla dicens. S. Et tu cum Jesu Galileo eras. ¶ At ille negauit corã omnib⁹ dicens. S. Nescio, quid dicis. ¶ Exeunte autem illo ianuã, vidit eum alia ancilla, et ait ijs, qui erant ibi. S. Et hic erat cum Jesu Nazareno. ¶ Et iterum negauit cum iuramẽto, quia nõ noui hominem. Et post pu

illum accesserunt, qui stabant, et dixerunt Petro. Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari, et iurare, quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cātauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: priusquā gallus cantet, ter me negabis. Et egressꝰ foras fleuit amare. Mane autem facto, cōsilium inierunt omnes principes sacerdotum, et seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderēt. Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato presidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, et senioribus dicens. Peccaui, tradēs sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit, et abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam, quia pretiū sanguinis est. Cōsilio autem inito, emerūt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Haceldema (hoc est ager sāguinis) vsq; in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentē. Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Israel: et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Iesus autem stetit ante presidem: et interrogauit eum preses dicens. Tu es rex Iudeorum? Dicit illi Iesus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum, et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus. Non audis, quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur preses vehemēter per diē antē solennē consueuerat preses dimittere populo vnum vinctum, quem voluissent. Habebat

autem tunc vinctum insignē, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus. ☙ Quem vultis, dimittam vobis, Barabban, an Jesum, qui dicitur Christus? ☾ Sciebat enim, quod per inuidiā tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius dicens. ☙ Nihil tibi, et iusto illi. Multa enim passa sū hodie per visum propter eū. ☾ Principes autem sacerdotum, et seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbā, Jesum vero perderent. Respondens autem preses ait illis. ☙ Quem vultis vobis de duobus dimitti? ☾ At illi dixerunt. ☙ Barabban. ☾ Dicit illis Pilatus. ☙ Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? ☾ Dicunt omnes. ☙ Crucifigatur. ☾ Ait illis preses. ☙ Quid enim mali fecit? ☾ At illi magis clamabant dicentes. ☙ Crucifigatur. ☾ Uidens autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo dicens. ☙ Innocens ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis. ☾ Et respondens vniuersus populus dixit. ☙ Sanguis eius super nos, et super filios nostros. ☾ Tunc dimisit illis Barabban. Jesum autē flagellatum tradidit eis: vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes Jesum in pretorio, congregauerunt ad eū vniuersam cohortem: Et exeuntes eū, chlamydem coccineam circundederunt ei: et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius: Et genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes. ☙ Aue rex Judeorum. ☾ Et expuentes in eum acceperunt arundinem, et percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerūt eum chlamydem, et induerunt eum vestimentis eius, et duxerunt eum: vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum nomine Symonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur

Golgotha: quod est Caluarię locus. Et dederunt ei vinum bibere cū felle mixtum. Et cū gustasset noluit bibere. Postquam autem crucifixerūt eum, diuiserūt vestimenta eius sortem mittentes: vt impleretur, quod dictum est per prophetam dicentem: diuiserunt sibi vestimenta mea, et super vestē meam miserunt sortem. Et sedentes seruabāt eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Jesus rex Judęorū. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus a dextris, et vnus a sinistris. Pretereūtes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, et dicentes. Vah qui destruis templum dei, et in triduo illud reędificas, salua temetipsum: si filius dei es, descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis, et senioribus dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descēdat nūc de cruce, et credimus ei. Cōfidit in deo, liberet nunc eū, si vult. Dixit enim, quia filius Dei sum. Idipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebrę factę sunt super vniuersam terram vsq3 ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Jesus voce magna dicens. Eli, Eli lamma sabacthani. Hoc est. Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, et audientes dicebāt. Eliā vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, et imposuit arundini, et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum. Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritū. Hic diacho[n]us palma librū percutiat. Et ecce velum tēpli scissum est in duas partes, a summo vsq3 deorsum. Et terra mota est, et petrę scissę sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierāt, surrexerunt. Et exeuntes de-

de monumentis, post resur rectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, et apparuerunt multis. Cẽturio autem, et qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terremotu, et his, que fiebãt, timuerunt valde dicentes. ℣ Uere filius Dei erat iste. ¶ Erant autem ibi mulieres multe a longe, que secute erãt Jesum a Galilea ministrãtes ei: inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Joseph mat, et mater filiorum Zebedei. Cum autem sero factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathea nomine Joseph, qui et ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum, et petijt corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit, reddi corpus. Et accepto corpore, Joseph inuoluit illud in syndone mũda, et posuit illud in monumẽto suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxũ magnum ad ostium monumenti, et abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, et altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Quod sequitur, cantetur alio tono, et diaconus turificet cum Myrrha loco incensi.



Altera autem die, que est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum, et Pharisei ad Pilatum dicentes. Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuẽs, post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulchrũ vsque in diem tertiũ: ne forte veniant discipuli eius, et furentur eum, et dicant plebi, surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilat⁹. Habetis custodiam, ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus. ¶ Credo. Offert. Jmproperium expectauit cor meum, et miseriã: et sustinui, qui simul cõtristaretur, et nõ fuit: consolantem me quesiui, et nõ inueni: et dederunt in escam meã fel, et in siti mea potauerũt me aceto.

Concede, q̃s, Sacra. domine, vt oculis tue maiestatis munus oblatũ, et gratiã nobis deuotionis

obtineat, et effectum beate perennitatis acquirat: Per Prefatio. Qui salutem humani generis in ligno crucis consti. Comm. Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illũ, fiat voluntas tua. Post cõm. Per huiꝰ domine, operationem mysterii, et vitia nostra purgẽtur, ꝛ iusta desideria compleantur: Per.

Feria secunda. Officium



Iudica, domine nocẽtes me, expugna impugnantes me, apprehẽde arma, et scutum, et exurge in adiutorium meum, domine deꝰ, virtus salutis mee. ℣. Effunde frameam, ꝛ cõclude aduersus eos, qui persequũtur me: dic anime mee, salus tua ego sum. Non dicitur. Gloria Patri.

Da, quesumus, Oratio. omnipotens deus, vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui passione, respiremus: Qui tecum viuit. Ista tãtũ.

Esaie prophete. Capite. l.

In diebus illis: Dixit Esaias. Dominꝰ deus aperuit mihi aurẽ, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meũ dedi percutientibus, ꝛ genas meas vellentibus. Faciem meam nõ auerti ab increpantibus, ꝛ conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, et ideo nõ sum confusus. Ideo posui faciem meam, vt petram durissimam, et scio, quoniam non confundar. Iuxta est, qui iustificat me: Quis contradicet mihi? Stemus simul: Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus auxiliator meus: Quis est, qui condemnet me? Ecce omnes, quasi vestimentum, conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, ꝛ non est lumen ei? Speret in nomine domini, et innitatur super deum suum. ℟. Exurge domine, et intende in iudicium meum, deus meus, ꝛ dominus meus ĩ causam meam. ℣. Effunde frameam, et cõclude aduersus eos, qui me persequuntur. Non dicat tractꝰ.

Secundū Joānē. Cap. xij.



In illo tempore. Ante sex dies pasche venit Jesus Bethaniā, vbi Lazarus fuerat mortu᷒, quem suscitauit Jesus. Fecerunt autem ei cęnam ibi, et Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discūbentibus cum eo. Maria ergo accepit librā vnguenti nardi pistici preciosi, et vnxit pedes Jesu, ⁊ extersit pedes eius capillis suis, et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Judas Jscariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venit trecentis denarijs, ⁊ datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens, ea, que mittebantur, portabat. Dixit ergo Jesus. Sinite illam, vt in diem sepulturę meę seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Judeis, quia illic est, ⁊ venerunt, non propter Jesum tantū, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt et Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibāt ex Judeis, et credebant in Jesum. Jn crastinum autē turba multa, quę venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Jesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, et processerunt obuiam ei, et clamabant, hosanna, benedictus, qui venit in nomine domini, rex Jsrael. Et inuēit Jesus asellū, et sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere filia Siō, ecce rex tuus venit sedēs super pullum asinę. Hęc non cognouerūt discipuli eius primū, sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quia hęc erāt scripta de eo, et hęc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quę erat cum eo, quādo Lazarū vocauit de monu-

mento, et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam uenit ei turba, quia audierunt, eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerũt ad semetipsos. Uidetis, quia nil proficimus? Ecce mundus totus post eum abijt. Erant autem quidam gentiles ex ijs, qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippũ, qui erat a Bethsaida Galilee, et rogabant eum dicentes. Domine, volumus Jesum videre. Uenit Philippus, et dicit Andree: Andreas rursum, et Philippus, dixerunt Jesu: Jesus autem respondit eis, dicens. Uenit hora, vt clarificetur filius hominis. Amẽ, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autẽ mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animã suam, perdet eam: Et qui odit animã suam in hoc mũdo, in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: et vbi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est: Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora: Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuũ. Uenit ergo vox de celo dicens, et clarificaui, et iterũ clarificabo. Turba ergo, que stabat, et audierat, dicebat, tonitruũ esse factum: Alij autem dicebãt: Angelus ei locutus est. Respondit Jesus, et dixit. Nõ propter me hec vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans, qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in eternũ, et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jes9. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis, vt nõ vos tenebre

comprehēdant. Et qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hec locutus est Iesus, et abijt, et abscondit se ab eis. Offertorium. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. Secreta. Hec sacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos ad suum faciant, puriores venire principium: Per dominum nostrum. Prefatio. Qui salutem humani generis. Cōmu. Erubescant, et reuereātur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore, et reuerentia, qui maligna loquūtur aduersum me. Post communic. Prebeāt nobis, dñe, diuinum tua sācta feruorem, quo eorum pariter, et actu delectemur, et fructu. Per. Super populū. Orō. Adiuua nos Deus salutaris noster, et ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per

¶ Feria Tertia. Officium.

Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nři Iesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nřa: p quē saluati, et liberati sum⁹. ℣. Deus misereatur nři, et benedicat nobis, illuminet vultū suum super nos, et misereatur nři. Nō dicat. Gloria Patri. Orō. Omnipotens sempiterne Deus, da nobis, ita dñice passionis sacramenta peragere, vt indulgentiam percipere mereamur. Per. Ista tantum. Ieremie pphete. Capit. xj. In dieb⁹ illis. Dixit Ieremias. Dñe, demonstrasti mihi, et cognoui. Tu ostendisti mihi studia eorū. Et ego, quasi agnus māsuetus, qui portat ad victimā, et nō cognoui, quia cogitauerunt super me consilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius, et eradamus eum de terra viuentium, et nomen eius nō memoretur amplius. Tu autem dñe Sabaoth, qui iudicas iuste, et probas renes, et corda, videam vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam: Dñe Deus meus. ℟.

Ego autẽ, dũ mihi molesti essent, induebã me cilicio, ꝛ humiliabam in ieiunio animam meã, et oratio mea in sinum meo conuertetur. ℣. Judica dñe nocẽtes me, expugna impugnantes me, apprehende arma, ꝛ scutum, ꝛ exurge in adiutorium mihi. Nõ dicat. Tract.

Passio dñi nři Jesu xp̃i. Secũdũ Marcũ. Ca. xiiij.



In illo tẽpore. Erat pascha, et azyma post biduum, et quærebãt sũmi sacerdotes, ꝛ scribe, quomodo Jesum dolo tenerent, ꝛ occiderent. Dicebãt autem. S. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset Jesus Bethanię in domo Simonis leprosi, ꝛ recũberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati p̃tiosi, et fracto alabastro, effudit super caput eius. Erãt autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, ꝛ dicentes. S. Ut quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecẽtis denarijs, ꝛ dari pauperibus. Et fremebãt in eam. Jesus autem dixit. ✠. Sinite eam: quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum, ꝛ cum volueritis, potestis illis benefacere, me autẽ non semper habetis. Quod habuit, hec fecit. Preuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbicunqꝫ predicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, ꝛ quod fecit hec, narrabitur in memoriam eiꝰ. Et Judas Jscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, et promiserunt ei, pecuniã se daturos. Et querebat, quomodo illũ opportũe traderet. Et primo die azymorũ, quando pascha immolabãt, dicũt ei discipli. S. Quo vis, eamus, ꝛ paremus tibi, vt mãduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, et dicit eis. ✠. Jte in ciuitatẽ, ꝛ occurret vobis homo lagenam aquę baiulans,

sequimini eum, ꝛ quocunqꝫ introierit, dicite domino domus, quia magister dicit, vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculū grāde stratum, ꝛ illic parate nobis. ¶ Et abierunt discipuli eius, et venerunt in ciuitatem, et inuenerunt, sicut dixerat illis, et parauerunt pascha. Uespere autem facto, venit cum duodecim, ꝛ discumbētibus eis, ꝛ manducantibus, ait Jesus. ✠ Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecū ¶ At illi ceperunt cōtristari, et dicere ei sigillatim. S Nunquid ego? ¶ Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim, qui intigit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo. Ue autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonū erat ei, si non esset natus homo ille ¶ Et manducantibus illis, accepit Jesus panē, et benedicens fregit, ꝛ dedit eis, et ait. ✠ Sumite, hoc est corpus meum. ¶ Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes: ꝛ ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis quia iam non bibam de genimine vitis vsqꝫ in diē illū, cū illō bibam nouum in regno Dei. ¶ Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum, et ait eis Jesus. ✠ Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est. Percutiam pastorem, ꝛ dispergentur oues. Sed postquam resurrexero, precedam vos in Galileam. ¶ Petrus autem ait illi. S Et si omnes scandalizati fuerint, sed nō ego. ¶ Et ait illi Jesus. ✠ Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. ¶ At ille amplius loquebatur. S Et si oportuerit me simul cōmori tibi, non te negabo. ¶ Similiter autem et omnes dicebant. Et veniunt in predium, cui nomē Gethsemani, et ait discipulis suis. S Sedete hic, donec orem. ¶ Et assumit Petrum, et

Jacobum, et Joãnem secũ, et cepit pauere, ⁊ tedere. Et ait illis: ✠ Tristis est anima mea vsq; ad mortem: sustinete hic, et vigilate. ℂ. Et cum processisset paululum, procidit super terrã, et orabat, vt si fieri posset, trãsiret ab eo hora, ⁊ dixit. ✠ Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc a me. Sed nõ quod ego volo, sed quod tu. ℂ. Et venit, et inuenit eos dormientes: ⁊ ait Petro. ✠ Simon, dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Uigilate, et orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro vero infirma. ℂ. Et iterum abiens orauit, eundem sermonem, dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati, ⁊ ignorabant, quid responderent ei. Et venit tertio, ⁊ ait illis. ✠ Dormite iã, et requiescite. Sufficit. Uenit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, prope est. ℂ. Et adhuc eo loquẽte, venit Judas Iscariotes vnus de duodecim, et cum eo turba multa cum gladijs, ⁊ lignis, missi a summis sacerdotibꝰ, et scribis, ⁊ senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis, dicens. S. Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eũ, ⁊ ducite caute. ℂ. Et cum venisset, statim accedens ad eũ, ait. S. Rabbi. ℂ. Et osculatꝰ est eũ. At illi manus iniecerunt in Jesum, ⁊ tenuerunt eum. Unꝰ autem quidam de circunstantibus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis, et amputabit illi auriculam. Et respondens Jesus, ait illis. ✠ Tanquã ad latronem existis cum gladijs ⁊ lignis, comprehendere me? Quotidie eram apud vos in templo docens, et non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ. ℂ. Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adolescẽs autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, ⁊ tenuerunt eum. At ille, reiecta sindone, nudꝰ profugit ab eis. Et adduxerunt Jesũ

ad summum sacerdotem: et conuenerunt omnes sacerdotes, et scribe, et seniores. Petrus autem a longe secutus est eum vsqz intro in atrium summi sacerdotis, et sedebat cum ministris ad ignem, ꝛ calefaciebat se. Summi vero sacerdotes, ꝛ omne concilium querebāt aduersus Jesum testimonium, vt eum morti traderēt, nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dicebāt aduersus eum, ꝛ conuenientia testimonia nō erant. Et quidam surgētes falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes. S. Quoniam nos audiuimus eū dicentem: ego dissoluam templum hoc manu factum, et post triduū aliud non manu factum edificabo. C. Et nō erat conueniens testimoniū illorum. Et exurgens summus sacerdos ī medium interrogauit Jesū dicens. S. Non respondes quicquam ad ea, que tibi obijciūtur ab his? C. Ille autem tacebat, et nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, ꝛ dixit ei. S. Tu es Christus filius Dei benedicti? C. Jesus autem dixit illi. ✠. Ego sum: ꝛ uidebitis filium hominis sedentē a dextris virtutis Dei, ꝛ venientem cum nubibus celi. C. Summus autē sacerdos scindens vestimenta sua ait. S. Quid adhuc desideramꝰ testes? Audistis blasphemiam: Quid vobis videtur? C. Qui omnes condemnauerūt eum esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum, et velare faciem eius, et colaphis eū cedere, et dicere ei. S. Prophetiza. C. Et ministri alapis eū cedebant. Et cum esset Petrꝰ in atrio deorsum, venit vna ex ācillis summi sacerdotis. Et cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illū ait. S. Et tu cum Jesu Nazareno eras. C. At ille negauit dicens. S. Neqz scio, neque noui, quid dicas. C. Et exijt foras ante atrium, ꝛ gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cepit dicere circunstantibꝰ, quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant,

dicebant Petro. ¶ Uere ex illis es, nã & Galileus es. ¶ Ille autem cepit anathematizare, & iurare, quia nescio hominẽ istũ, quẽ dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordat⁹ est Petrus verbi, quod dixerat ei Ies⁹: Priusquã gallus cantet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, & scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eũ Pilat⁹. ¶ Tu es rex Iudeorũ? ¶ At ille respondens ait illi. ✠ Tu dicis. ¶ Et accusabant eũ summi sacerdotes in multis. Pilat⁹ autẽ rursum interrogauit eum dicens. ¶ Non respondes quicquã? Uide, in quãtis te accusant. ¶ Iesus autẽ amplius nihil respondit, ita vt miraret Pilatus. Per diem autem festũ solebat dimittere illis vnũ ex vinctis, quemcunq3 petissent. Erat autẽ, qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascẽdisset turba, cepit rogare, sicut sẽper faciebat illis. Pilatus autẽ respondit eis, et dixit. ¶ Uultis dimittam vobis regem Iudeorum? ¶ Sciebat enim, quod per inuidiam tradidissent eum sũmi sacerdotes. Pontifices autem cõcitauerunt turbã, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens ait illis. ¶ Quid ergo, vultis, faciã regi Iudeorũ? ¶ At illi iterum clamauerunt. ¶ Crucifige eũ. ¶ Pilatus vero dicebat illis. ¶ Quid enĩ mali fecit? ¶ At illi magis clamabant. ¶ Crucifige eum. ¶ Pilatus autẽ volẽs populo satisfacere, dimisit illis Barabbã, & tradidit Iesum flagellis cesum, vt crucifigeretur. Milites autẽ duxerunt eũ in atrium pretorij, & conuocant totam cohortem, et induũt eum purpura, & imponunt ei, plectentes spineam coronam, & ceperunt salutare eũ. ¶ Aue rex Iudeorũ. ¶ Et percutiebãt caput ei⁹ arundine, & conspuebãt eũ, et ponentes genua adorabãt eũ. Et postquã illuserũt

ci, exuerunt illum purpura, et induerunt eum vestimentis suis, et educunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiam Simonem Cyreneum venientem de villa, patrem Alexandri, et Ruffi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt illũ in Golgota locum, quod est interpretatum, caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, et nõ accepit. Et crucifigentes eum, diuiserũt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: Rex Judeorum. Et cũ eo crucifigũt duos latrones, vnum a dextris, et alium a sinistris eius. Et impleta est scriptura, que dicit: et cũ iniquis reputatus est. Et pretereũtes blasphemabant eũ mouentes capita sua, et dicẽtes. S Uah, qui destruis tẽplum Dei, et in tribus dieb⁹ reedificas, saluum fac temetipsum, descendens de cruce. C Similiter et sũmi sacerdotes illudentes ad alterutrũ cum scribis, dicebant. S Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluum facere. Christus rex Israel descẽdat nũc de cruce, vt videamus, et credamus. C Et qui cũ eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebre facte sunt per totam terram, vsq; i horam nonam. Et hora nona exclamauit Jesus voce magna dicens. ✠ Eloi, Eloi, lamma sabactani? C Quod est interpretatũ: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et quidam de circunstantibus audientes, dicebant. S Ecce Eliam vocat. C Currẽs autem vnus, et implens spõgiam aceto, circumponẽsq; calamo potum dabat ei, dicens. S Sinite, videamus, si veniat Elias ad deponendum eum. C Jesus autem emissa voce magna expirauit. Hic Sacerdos librum palma percutiat. Et velum templi scisum est in duo, a summo vsque deorsum. Uidens autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. S Uere hic homo

filius Dei erat. Erant autem et mulieres de longe aspiciẽtes, inter q̃s erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi minoris, et Joseph mater, et Salome. Et cũ esset in Galilea, sequebantur eum, et ministrabãt ei: et alie multe que simul cum eo ascẽderãt Hierolymã. Quod sequitur cantetur alio tono.

Et cum iam sero esset factum, quia erat parasceue, quod est ãte sabbatum, vẽit Joseph ab Arimathea nobilis decurio, qui et ipse erat expectans regnũ Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, et petijt corpus Jesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obijsset. Et accersito cẽturione, interrogauit eũ, si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset a cẽturione, donauit corpus Joseph. Joseph autem mercatus sindonem, et deponens eum inuoluit sindone, et posuit eum ĩ monumento, quod erat excisũ de petra. Et aduoluit lapidẽ ad ostium monumẽti. Offer. Custodi me domine de manu peccatoris, et ab hominibus iniquis eripe me domine. Sacrificia, que sumus, domine, nos propensius ista restaurent: que medecinalibus sunt instituta ieiunijs. Per dominum. Com. Aduersum me exercebantur, qui sedebant in porta, et in me psallebant, qui bibebant vinum, ego vero orõnẽ meam ad te dñe tẽpus beneplaciti Deus, in multitudie misericordie tue. Post commu

Sanctificatiõibus tuis, omnipotens Deus, et vitia nostra curentur, et remedia nobis sempiterna proueniant. Per dominum. Super populum. Oratio.

Tua nos misericordia, Deus, et ab omni subreptione vetustatis expurget, et capaces sancte nouitatis efficiat. Per dñm nostrum.

¶ Feria Quarta. Officium.



In nomine dñi omne genu flectatur celestiũ, terrestrium, et infernorũ: quia dominus fact⁹ est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: ideo dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris. ℣. Domine exaudi orationem meam, et clamor meus

ad te veniat. Non dicitur. Gloria Patri. Hec oratio dicitur sine salutatione. Oratio.

PResta, quęsumus, omnipotens Deus, vt qui nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum. Lectio Esaię Prophetę. Capit. lxiij.

HEc dicit dominus deus. Dicite filię Sion. Ecce, saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suę? ego qui loquor iustitiam, et propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua, sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus, et de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo, et conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim ultionis in corde meo, annus retributionis meę venit. Circumspexi, et non erat auxiliator. Quęsiui, et non fuit, qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meum, et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo, et inebriaui eos in indignatione mea, et detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus, quę reddidit nobis dominus Deus noster. ℟. Ne auertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, et non est substantia. Hic dicitur salutatio. Oratio.

DEus, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, vt resurrectionis eius gloriam consequamur. Per. Ista tantum. Esaię proph. Capi. liij.

IN diebus illis. Dixit Esaias. Domine quis credidit auditui nostro? et brachium domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra

sitienti. Non est species ei, neqz decor: et vidimus eum, et non erat aspectus: et desyderauimus eum despectum, et nouissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem, et quasi absconditus vultus eius, et despectus: vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eū, quasi leprosum, et percussum a Deo, et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum, et liuore eius sanati sumus. Omnes nos, quasi oues, errauimus, vnusquisqz in viā suā declinauit: et posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se, obmutescet, et nō aperiet os suum. De angustia, et de iudicio sublat⁹ est: generationē ei⁹ quis enarrabit? Quia abscisus est d terra viuētiū: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, et diuitē pro morte sua eo, quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius, et dominus voluit conterere eū in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum, et voluntas Domini ī manu eius dirigetur pro eo, quod tradidit ī mortem animam suam: et cum sceleratis reputatus est: et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogauit. Dicit dn̄s omnipotens. Tractus. Dn̄e exaudi orationem meā, et clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. ℣. In quacunqz die inuocauero te, velociter exaudi me.

¶ Passio domini nostri Iesu Christi. Secundum Lucam. Capi. xxij



In illo tēpore. Appropinquabat autem dies festus azymorū, qui dicitur pascha. Et querebāt principes

sacerdotum, et scribe, quomodo Jesum interficerent: timebant vero plebem. Intrauit autem Sathanas in Judam, qui cognominabatur Iscariotes, vnũ de duodecim, et abijt, et locutus est cum principibus sacerdotũ, et magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopõdit. Et querebat opportunitatem, vt traderet illũ sine turbis. Uenit autẽ dies azymorũ, in qua necesse erat occidi pascha: et misit Petrum, et Joannem, dicens. ✠ Euntes parate nobis pascha, vt mãducemus. ☐ At illi dixerunt. ☐ Ubi vis, paremus? ☐ Et dixit ad eos. ✠ Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aque portans, sequimini eum in domum, in quam intrat, et dicetis patri familias dom^9. Dicit tibi Magister: vbi est diuersorium, vbi pascha cũ discipulis meis manducem? Et ipse ostẽdet vobis cenaculum magnum stratum, et ibi parate. ☐ Euntes autẽ inuenerunt, sicut dixit illis: et parauerũt pascha. Et cũ facta esset hora, discubuit, et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. ✠ desiderio desideraui, hoc pascha manducare vobiscum, antequã patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc nõ mãducabo illud, donec impleatur in regno dei. ☐ Et accepto calice, grãs egit, et dixit. ✠ Accipite, et diuidite inter vos. Dico enĩ vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. ☐ Et accepto pane, gratias egit, et fregit, et dedit eis dicens. ✠ Hoc est corpus meũ, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationẽ. ☐ Similiter et calicẽ, postquam cenauit, dicẽs. ✠ Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Ueruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis, secũdum quod definitum est, vadit. Ueruntamen ve homini illi, per quem tradetur. ☐ Et ipsi ceperunt querere inter se, quis esset ex eis, qui

hoc facturus esset. Facta est autem et contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. ✠. Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Uos autem non sic: Sed, qui maior est in vobis, fiat, sicut minor. Et qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recũbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autẽ in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Uos autẽ, estis, qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, vt edatis, et bibatis super mensam meam in regno meo, et sedeatis sup thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. ℂ Ait autem dominus Simoni. ✠. Simõ, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: Et tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. ℂ Qui dixit ei. S. Dñe, tecũ paratus sum, et in carcerẽ, et in mortẽ ire. ℂ Et ille dixit. ✠. Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges, nosse me. ℂ Et dixit eis. ✠. Quando misi vos sine sacculo, et pera, et calceamẽtis, nunquid aliquid defuit vobis? ℂ At illi dixerunt. S. Nihil. ℂ Dixit ergo eis. ✠. Sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter et perã, et qui non habet, vẽdat tunicam suam, et emat gladiũ. Dico enim vobis, quoniã adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, que sunt de me, finem habent. ℂ At ille dixerũt. S. Dñe, ecce duo gladij hic. ℂ At illi dixit eis. ✠. Satis est. ℂ Et egressus ibat secũdum consuetudinẽ in montẽ oliuarum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis. ✠. Orate, ne intretis in tentationem. ℂ Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, et positis genibus, orabat dicens. ✠. Pater, si vis, trãsfer calicem istum a me. Uerũtamen nõ mea voluntas

sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat: Et factus est sudor eius, sicut gutte sanguinis decurrētis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, et venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes pre tristitia. Et ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationē. Adhuc eo loquente, ecce turba, et qui vocabatur Judas, vnus de duodecim antecedebat eos, et appropinquauit Jesu, vt oscularetur eum. Jesus autē dixit illi. ✠ Juda, osculo filium hominis tradis? Uidentes autem hi, qui circa ipsum erāt, quod futurū erat, dixerūt ei. S Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vn⁹ ex illis seruum principis sacerdotum, et amputauit auriculā eius dexteram. Respondens autem Jes⁹ ait. ✠ Sinite vsqz huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Jesus ad eos, qui venerāt ad se, principes sacerdotum, et magistratus templi, et seniores. ✠ Quasi ad latronem existis cum gladijs, et fustibus? Cum quotidie vobiscum fuerim in tēplo, non extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra, et potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum duxerūt ad domū principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur eum a longe. Accēso autem igne in medio atrij, et circumsedētib⁹ illis, erat Petrus in medio eorum. Quē cum vidisset ancilla quedam sedētem ad lumē, et eū fuisset intuita, dixit. S Et hic cū illo erat. At ille negauit eū dicens, S Mulier non noui illum. Et post pusillum alius videns eum dixit. S Et tu de illis es. Petrus vero ait. S O homo, non sum. Et interuallo facto quasi hore vnius, alius quidā affirmabat dicens. S Uere et hic cū illo erat, nam et Galileus est. Et ait Petr⁹. S Homo, nescio, quid dicis. Et cōtinuo, adhuc illo loquēte, cātauit gallus. Et conuersus dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus

verbi domini, sicut dixerat:
quia priusquam gallus can-
tet, ter me negabis. Et egres
sus foras Petrus fleuit a-
mare. Et viri qui tenebant
illum, illudebant ei cędentes.
Et velauerunt eum, et per-
cutiebant faciem eius, ⁊ in-
terrogauerũt eum dicẽtes:
S Prophetiza, quis est, qui
te percussit? C Et alia mul-
ta blasphemantes dicebant
in eum. Et vt factus est dies,
conuenerunt seniores ple-
bis, ⁊ principes sacerdotũ,
et scribę, et duxerunt illũ in
concilium suum dicẽtes. S
Si tu es Christus, dic no-
bis. C Et ait illis. ✠ Si vo-
bis dixero, non credetis mi
hi: Si autem et interroga-
uero, non respõdebitis mi-
hi, neqꝫ dimittetis. Ex hoc
autem erit filius hominis
sedẽs a dextris virtutis dei.
C Dixerunt autem omnes.
S Tu ergo es filius Dei? C
Qui ait. ✠ Vos dicitis, quia
ego sum. C At illi dixerunt.
S Quid adhuc desideram⁹
testimonium? Ipsi enim au
diuimus de ore eius. C Et
surgens omnis multitudo
eorum duxerunt illum ad
Pilatum. Ceperũt autem
illum accusare, dicentes. S
Hunc inuenimus subuertẽ-
tem gentem nostram, ⁊ pro-
hibentem tributa dari Ce-
sari, ⁊ dicẽtem, se Christũ,
regem esse. C Pilatus autẽ
interrogauit eum, dicẽs. S
Tu es rex Iudeorum? At il-
le respondens ait. ✠ Tu di
cis. C Ait autem Pilatus
ad principes sacerdotum,
et turbas. S Nihil inuenio
causę in hoc homine. C At
illi inualescebant, dicentes.
S Cõmouit populum, do-
cens per vniuersam Iudeã,
incipiens a Galilea vsque
huc. C Pilatus autem au-
diens Galileam interroga-
uit, si homo Galileus esset:
Et vt cognouit, quod de
Herodis potestate esset, re-
misit eũ ad Herodem, qui
et ipse Hierosolymis erat
illis diebus. Herodes autẽ,
viso Iesu, gauis⁹ est valde.
Erat enim cupiens ex mul-
to tempore videre eum eo,
quod audiret multa de eo,
et sperabat, signũ aliquod
videre ab eo fieri. Interro-
gabat autem eũ multis ser-
monibus. At ipse nihil illi
respõ

respondebat. Stabant autem principes sacerdotum, et scribe constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, et illusit indutum veste alba, et remisit ad Pilatum. Et facti sūt amici Herodes, et Pilatus in ipsa die: Nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem, cōuocatis principibus sacerdotum, et magistratibus, et plebe, dixit ad illos. S Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertētem populum: et ecce ego coram vobis interrogās nullam causam inuenio in homine isto, ex his, in quibus eū accusatis: sed neq; Herodes. Nam remisi vos ad illum, et ecce, nihil dignum morte actū est ei. Emēdatum ergo illum dimittam. C Necesse autem habebat, dimittere eis per diē festum vnum. Exclamauit autē simul vniuersa turba dicens. S Tolle hunc, et dimitte nobis Barabban. C Qui erat propter seditionē quādam factam in ciuitate, et homicidium missus in carcerem. Iterum autē Pilat⁹ locutus est ad eos, volēs dimittere Jesum. At illi succlamabant dicentes. S Crucifige, crucifige eū. C Ille autem tertio dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, et dimittam. C At illi instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur, et inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorū. Dimisit autem illis eū, qui propter homicidium, et seditionē missus fuerat in carcerem, quem petebant: Jesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenēsem venientē de villa, et imposuerūt illi crucē portare post Jesum. Sequebatur autē illum multa turba populi, et mulierum, quę plangebant, et lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Jesus dixit. ✠ Filię Jerusalē nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, et super filios vestros. Quoniam ecce, venient dies, in

bit dñs super omnem locum
montis Siõ, ⁊ vbi inuocat⁹
est nubẽ per diem, ⁊ fumũ, ⁊
splendorẽ ignis flãmantis
in nocte. Super omnem eñi
gloriã protectio, ⁊ taberna-
culũ erit in vmbraculũ diei
ab estu, ⁊ in securitatẽ, ⁊ ab-
scõsionẽ a turbine, ⁊ a pluuia
Tract. Et dra duob⁹ fortijs

Uinea facta est dilecto meo in cor
nu in loco vberi. ℣. Et maceriam
circumdedit, ⁊ circunfodit, ⁊ plan
tauit vineã Sorech: et edificauit
turrim ĩ medio eius. ℣. Et torcu-
lar fodit in ea: vinea enim domini
Sabaoth dom⁹ Israel est. Oro.

Deus, qui nos ad cele-
brandum paschale sa-
cramentũ vtriusqꝫ testamẽ
ti paginis instruis, da nobis
ĩtelligere misericordiã tuã:
vt ex perceptione presentiũ
munerum firma sit expecta-
tio futurorũ: Per dominũ.

Lectio iiij. Esaie. pph. ca. lv.

Hec est hereditas seruo
rum domini, et iustitia
eorum apud me, dicit dñs.
Omnes sitientes venite ad
aquas: ⁊ qui non habetis ar
gentum, properate, emite,
et comedite. Uenite, emite
absqꝫ argento, et absqꝫ vlla
commutatiõe vinum, ⁊ lac.
Quare appendistis argentũ
non in panibus, et laborem
vestrum non in saturitate?
Audite audientes me, ⁊ co-
medite bonum, ⁊ delectabi-
tur in crassitudine anima ve
stra. Inclinate aurẽ vestrã,
et venite ad me, audite, ⁊ vi
uet anima vestra. Et feriam
vobiscum pactum sempiter
num, misericordias Dauid
fideles. Ecce testem popu-
lis dedi eum, ducem ac pre-
ceptorem gentibus. Ecce
gentem, quam nesciebas,
vocabis: ⁊ gentes, que te nõ
cognouerunt, ad te current
propter dominum deum tu
um, et sanctum Israel: quia
glorificauit te. Querite domi
num, dum inueniri potest:
inuocate eum, dũ prope est.
Derelinquat impius viam
suam, ⁊ vir iniquus cogita-
tiones suas, ⁊ reuertatur ad
dominum, et miserebitur e-
ius, ⁊ ad deum nostrũ, quo-
niam multus est ad ignoscẽ
dum. Non enim cogitatio-
nes mee cogitationes ves-
tre, neqꝫ vie vestre vie mee,
dicit dominus. Quia sicut
exaltantur celi a terra, sic ex-
altate sunt vie mee a vijs ve
stris, et cogitationes mee a
cogitationibus vestris. Et
quomodo descendit imber,
et nix de celo, ⁊ illuc vltra nõ
reuertitur, sed inebriat ter-
rã, ⁊ infundit eam, ⁊ germi-
nare eam facit, et dat semen
serenti, et panem comedẽti,
sic erit verbũ meum, quod
egre-

egredietur de ore meo. Non revertetur ad me vacuũ, sed faciet, quecũq; volui, ꝛ prosperabit ĩ his, ad que misi illud: dicit dñs oĩps. Tract⁹. Attẽde celũ, ꝛ loq̃r, ꝛ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur, sicut pluuia eloquiũ meũ, ꝛ descendãt, sicut ros, verba mea, sicut imber super gramẽ: ℣. Et sicut nix super fenũ, quia nomen dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinẽ deo nostro: dei perfecta sunt opera, et omnes vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo non est iniquitas, iust⁹, ꝛ sanctus dñs. Oĩo

DEus, qui ecclesiã tuam semper gẽtiũ vocatiõe multiplicas, cõcede propitius, vt quos aqua baptismatis abluis, continua ꝓtectione tuearis: p. Tract⁹. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te de⁹. ℣. Sitiuit aĩa mea ad deum viuũ: q̃ndo veĩã, ꝛ apparebo ante faciẽ dei mei. ℣. Fuerũt mihi lachryme mee panes die, ac nocte, dũ dicit mihi ꝑ singulos dies, vbi ẽ de⁹ tu⁹ Oratio.

COncede, qm̃s, oĩps deus, vt q festa paschalia agim⁹, celestib⁹ desiderijs accẽsi fontẽ vite sitiamus, Dñm nrm. His finitis, duo bñficiati icipiãt ĩ choro litaniã cãtãdo: ꝛ cũ dixerint Sancta Maria, ora pro nobis. ꝓgãt oẽs bñficiati ꝓcessiõaliter ad fõtes bñdicẽdos, ꝛ cũ ꝑuenerit ad fõtes, presbyter ꝛ ministri itrẽt pilã, ꝛ bñdicãt fontes. Et bñdictiõe explcta, sacerdos ꝛ ministri vadãt ad sacrariũ ꝓcessiõalit̃. Et p̃sbyter recipiat casulã, ꝛ veĩat ad altare, ꝛ faciat cõfessionẽ. Et duo cãtores cũ cappis albis incipiant officiũ misse, ꝛ incipiant. Kyrie elei. Et post sacerdos dicat Glia ĩ exc. solẽniter, et tũc pulsent oẽs cãpane ꝑ ecclesiã. Finita Glia. sacerdos dicat hãc oĩonem cum salutatione. Oĩo.

DEus, qui hanc sacratissimã noctẽ gloria dñice resurrectionis illustras, conserua in noua adoptiõis tue progenie spiritum, quẽ dedisti: vt corpore, ꝛ mente renouati puram tibi exhibeant seruitutẽ: Per eundẽ

Ad Colossenses. Capit. iij.

FRẽs, si cõsurrexistis cũ xp̃o, que sursũ sũt, querite, vbi xp̃s est ĩ dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite, non, que super terram.

Mor

Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum xpo in deo. Cum autem xps apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.



Alleluia.

℣. Confitemini dño, qm̃ bonus, qm̃ in seculum mia eius. Et istud aña sine versu incipiat ante altare a psbytero, et diacono, et subdiacono, et cantoribus, versa facie ad chorum, et chorus psequat illud. Et post duo bñficiati cantet. ℣. Confitemini totum. Quo finito dicat tract⁹ Laudate dñm oẽs gentes, et collaudate eum oẽs ppli. ℣. Qm̃ confirmata est sup nos mia eius, et veritas domini manet in eternum. Non deferantur cerei ad euangelium sed ponatur incensum. Scdm Matt. Cap. xxviij.

In illo tpore: Vespere aũt sabbati, que lucescit in prima sabbati, venit maria Magdalene, et altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus: angelus enim dñi descendit de celo, et accedens reuoluit lapidem, et sedebat sup eum. Erat aũt aspect⁹ ei⁹, sicut fulgur, et vestimentum ei⁹ sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, queritis. Non est hic, surrexit enim, sicut dixit. Venite, et videte locum, vbi positus erat dñs. Et cito euntes dicite discipulis ei⁹, quia surrexit, et ecce precedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis, ecce predixi vobis. Non dr offer. [illegible] dr a psbytero: Dñs vobiscum. Et Oremus. [illegible]

Suscipe, dñe, qs̃, preces populi tui, cum oblationibus hostiarum: vt paschalib⁹ initiatis mysterijs, ad eternitatis nobis medelam, te operante, proficiant: p. Prefa Te quidem, dñe, omni tempore. Et nota, quod in ista missa tantum in prefatione, et Communicantes. non debet dici die, sed nocte. Et nota, quod ista pfatio, et Communicantes. et Hanc igitur. dicitur ista die, et per omnes octauas pasche.

Et ista die dicatur. **Pax dñi** Sed nō dēt pax. Nec dicat **Agnus dei.** Nec dicatur cōmunicāda. Cōmunióe pacta, incipiāt cātores i choro Añā. **Crucifix⁹ surrexit a mortuis, redemit nos sanguine suo, all'.** Qua finita, ipsimet cātores incipiāt psalmū. Ps. **Laudate Dñm omnes gentes.** Quo finito cum **Gloria pri.** Dicta añā repetat p. ei **All'.** Et isto mōo dr ter: ad mag.



Ve spere au tem sabba ti, que lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, z altera Maria videre sepulchrū, all'a. Ista añā incipiat ante altare a sacerdote, z diacono, et subdiacono, z cātorib⁹, versa facie ad chorū. Et chor⁹ pseqt̄ eā vsq₃ ad finē, q̄ añā finita, dictus presbyter cū alijs incipiant Psalm̄ isto



modo. Canticum. Quo finito sine **Gloria patri.** Repetat̄ Ma gni fi cat. dicta Añā in choro per literam, z post **Gloria patri.** Et post incipiat a dictis cantoribus in choro dicta Añā. Quibus cantatis, sacerdos i altari dicat orationem cum salutatione

Spiritum nobis, dñe, tue charitatis infūde: vt quos sacramētis paschalibus satiasti, tua facias pietate cōcordes: p. Post cō. Et diaconus dicat. **Ite missa est.** Cū duplici all'. solemnit. Et ita finiāt vesperi cū Missa

¶ In die scō pasche: ad aspersionē aque. Añā **Vidi aquam egredientem de tēplo a latere dextro, all'. z oēs, ad quos puenit aqua ista, salui facti sunt, et dicent, all'a, all'.** ℣. **Confitemini dño, qm̄ bonus, qm̄ i scl'm mia ei⁹** ℣. **Gloria patri.** ℣. **Surrexit dñs vere.** ℟. **Et apparuit Simoni, all'a.** In alijs officiis vsq₃ ad ascensionem exclusiue loco istius versiculi dicat. ℣. **In resurrectione tua xp̄e.** ℟. **Celi, z terra letentur all'a.** Dicat oratio cum salutatione. Oratio

Solita, quesumus, domine, quos saluasti, pietate custodi: vt qui tua sunt redempti passione, letētur etiā tua sancta resurrectione. Qui viuis, z regnas. zc.





¶ In die sancto pasche: Ad missam. Officium. Tonus. 3.

Resurrexi, et adhuc tecum sum, alle: posuisti super me manũ tuã: all: mirabilis facta est scientia tua, alle, all. ℣. Dñe probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionem meam. ℣. Gloria in excelsis deo. Oratio.



Deus, qui hodierna die per vnigenitum tuum eternitatis nobis aditum, deuicta morte, reserasti, vota nostra que preueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere: Per eundem dominum nr̃m.



Ad Corinthios. j. Capite. v. Fratres, Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua cõspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaqz epulemur, non in fermento veteri, neqz in fermẽto malitie,



et nequitię, sed in azymis synceritatis, & veritatis. ℟. Hec dies, quam fecit dominus, exultemus, et lętemur in ea. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. All'a. ℣. Angelus domini descendit de celo, et accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Prosa. Victimę paschali laudes immolent Christiani. Agnus redemit oues, Christus innocēs patri reconciliauit peccatores. Mors, & vita duello conflixere mirando: dux vitę mortuus, regnat viuus. Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulchrum (inquit) viuētis, & gloria Christi resurgētis Angelicos testes, sudarium, & vestes. Surrexit xp̄s, spes mea, p̄cedet suos in Galilęam. Credēdū est magis soli Marię veraci, quam Judęorum turbę fallaci. Scimus, Christum surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Amen. Et nota, qđ isti duo primi versus istius prosę dicuntur ista die tantum. Ad missam. Secundum Marcum. Capi. xvj. In illo tempore, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, et Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Jesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderūt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Jesum quęritis Nazarenum crucifixum: surrexit, nō est hic. Ecce locus, vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia pręcedet vos in Galilęam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Credo. Offertor. Terra tremuit, & quieuit, dū resurgeret ī iuditio deus, all'a. Sec. Suscipe, domine, quęsumus, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiatis mysterijs, ad ęternitatis nobis medelam, te operante, proficiāt: Per dominum. Pręfationē, & infra actionē.

Dicere in canone. Commun. Pascha nostrum immolatus est Christus, alla: itaque epulemur in azymis synceritatis, et veritatis: alla, alla, alla. Post com.

Spiritum nobis, domine, tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes: Per dnm Benedictio agni. ℣. Adiutorium nostrum in nomine dni. ℟. Qui fecit celum, et terram. Oro.

Domine Iesu Christe, fili dei viui, qui es verus, et immaculatus agnus, quique immolatus in ara crucis peccata mundi delesti, et nos ad ouile proprijs humeris reportasti, has carnes agni, quas ad vsus hominum creasti, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare pro tua pietate digneris: vt omnes ex eis sumentes se sentiant tuis beneficijs repletos, et corporis, et anime sanitatem, te annuente, se percepisse letentur, Saluator mundi: Qui vi. Ite missa e.

¶ Feria secunda. Officium



Introduxit nos dominus in terram fluentem lac, et mel (alla) et vt lex domini semper sit in ore nostro, alla, alla. ℣. Confitemini dno, quoniam bonus, quoniam i seculum misericordia eius. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

Deus, qui solennitate paschali mundo remedia contulisti, populum tuum, quesumus, celesti dono prosequere: vt et perfectam libertatem consequi mereatur, et ad vitam proficiat sempiternam: p.

Actuum apostolorum. Capi. x.



In diebus illis: Stans Petrus in medio plebis dixit. Uiri fratres, vos scitis, quod factum est verbum per vniuersam Iudeam: incipiens enim a Galilea post baptismum, quod predicauit Ioannes, Iesum a Nazareth, quomodo vnxit eum deus Spiritu sancto, et virtute, qui pertransijt benefaciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo, quoniam deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium, que fecit in regione Iudeorum, et Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno: Hunc deus suscitauit tertia die, et dedit eum

manifestum fieri, non omni populo, sed testibus preordinatis a deo, nobis, qui mãducauimus, ꝛ bibimus cum illo, postq̃ resurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo, ꝛ testificari, quia ipse est, qui cõstitutus est a deo iudex viuorum, et mortuorum. Huic oẽs prophete testimonium phibẽt, remissionem peccatorũ accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. ℟. Hec dies, q̃ fecit dñs, exultemus: ꝛ letemur in ea. ℣. Dicat nũc Israel, quoniã bonus, quoniã in seculũ misericordia eius. All. ℣. Angelus dñi descendit de celo, ꝛ accedens reuoluit lapidẽ, ꝛ sedebat super eũ. Prosa. Agnus redemit oues. Ut supra in die pasche. Secũdũ Lucã. Cap. xxiiij.



In illo tẽpore, duo ex discipulis Jesu ibãt ipsa die i castellũ, quod erat i spacio stadiorũ sexaginta ab Jerusalẽ, nomine Emmaus: et ipsi loquebantur ad inuicẽ de his omnibus, que acciderant. Et factum est, dũ fabularentur, et secum quererent, ꝛ ipse Jesus appropinquãs ibat cum illis. Oculi autẽ illorũ tenebanť, ne eũ agnoscerẽt. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones, quos cõfertis ad inuicẽ ambulantes, ꝛ estis tristes? Et respondẽs vnus, cui nomẽ Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Jerusalẽ, ꝛ nõ cognouisti, que facta sũt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerũt. De Jesu Nazareno, q fuit vir ppheta, potens in ope, ꝛ sermone corã deo, ꝛ omni populo. Et quomodo tradiderũt eũ sũmi sacerdotes, et principes nostri in dãnationẽ mortis, ꝛ crucifixerũt eũ. Nos autẽ sperabamus, quia ipse esset redẽptor Israel. Et nũc super hec õnia, tertia dies est hodie, qđ hec facta sunt. Sed et mulieres q̃dã ex nr̃is terruerunt nos, q̃ ante lucẽ fuerũt ad monumentũ, ꝛ nõ inuẽto corpore eius, venerũt dicẽtes, se etiã visionẽ angelorũ vidisse, q dicunt, eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, ꝛ ita inuenerũt

runt, sicut mulieres dixerũt. Ipsum vero nõ inuenerũt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendũ in omnibus, quę locuti sunt prophetę. Nonne hęc opor tuit pati Christũ, et ita intra re in gloriã suã? Et incipiẽs a Moyse, et õnib⁹ prophe tis interpretrabat illis in om nibus scripturis, quę de ipso erãt. Et appropinquerunt castello, quo ibant, et ipse fin xit, se longius ire. Et coege rũt illũ dicẽtes. Mane no biscũ, quoniã aduesp̃ascit, et inclinata est iã dies. Et in trauit cum illis. Et factũ est, dũ recũberet cũ eis, accepit panẽ, et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis. Et aper ti sunt oculi eorum et cogno uerunt eum, et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerũt ad inuicẽ. Nõne cor nostrũ ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, et aperiret nobis scripturas? Et surgẽ tes eadẽ hora regressi sũt in Jerusalẽ, et inuenerũt cõgre gatos vndecim, et eos, qui cũ illis erãt, dicẽtes. Quod surrexit dñs vere, et appa ruit Simoni. Et ipsi narra bant, quę gesta erant in via, et quomodo cognouerunt eũ in fractione panis. Credo Offerto. Angelus domini des cẽdit de celo, et dixit mulieribus, quem queritis, surrexit, sicut di xit, all'a. Sacra. et post cõmu. require in die pasche. Infra actionem. Communicãtes et diem sacrat. Infra actio nẽ. Hãc igitur oblationem. Com. surrexit dñs, et apparuit Petro, all'. Dicat Ite missa est. Cũ duplici all'. Fe. iij. Offm



Qua sapientię pota bit eos, all'a, firma bi tur in illis, et non flec tetur, all'a, et exalta bit eos in ęternũ, all'a, all'a. V. Di cant nunc, qui redẽpti sunt a dño, quos redemit de manu inimici, et de regionibus liberauit eos. V. Gloria Patri. Et dicatur. Gloria in excelsis. Oõo.

Deus, qui ecclesiam tuã nouo semper fetu multipli cas, cõcede famulis tuis: vt sacramentũ viuẽdo teneãt, quod fide perceperũt. Per Dñm̃ Apploꝝ. Cap. xiij.

In diebus illis. Surgẽs Paulus, et manu silen tiũ indicẽs ait. Viri fratres, filij generis Abrahã, et qui

in vobis timēt Deū, vobis verbū salutis huius missum est. Qui enī habitabāt Jerusalē, ꝛ principes eius ignorātes Jesū, ꝛ voces prophetarū, que per omne sabbatū leguntur, iudicātes impleuerunt. Et nullā causā mortis inueniētes in eo petierūt a Pilato, vt interficerēt eū. Cūq; cōsumassent omnia, que de eo scripta erāt, dponētes eū de ligno posuerūt in monumēto. Deus vero suscitauit eū a mortuis tertia die: qui visus est per dies multos ijs, qui simul ascenderāt cū eo de Galilea in Jerusalem, qui vsq; nūc sunt testes eius ad plebē. Et nos vobis annūtiauim⁹ eā, que ad patres nr̄os repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimplebit filijs vestris, resuscitās Jesū xp̄m dn̄m nr̄m. ℞. Hec dies. vt supra. ℣. Dicat nunc. vt supra Alla. et prosa vt in die pasche. Agn⁹ redemit oues

Secundū Lucā. Ca. xxiiij.

In illo tēpore. Setit Jesus in medio discipulorū suorū, ꝛ dixit eis. Pax vobis, ego sum, nolite timere. Cōturbati vero, ꝛ cōterriti existimabāt se spiritū videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, ꝛ cogitationes ascēdunt in corda vestra? Uidete manus meas, et pedes, quia ego ipse sum. Palpate, et videte, quia spiritus carnem, ꝛ ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, ꝛ pedes. Adhuc autem illis non credentibus, ꝛ mirantibus pre gaudio, dixit. Habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, et fauum mellis. Et cū manducasset coram eis, sumēs reliquias dedit eis. Et dixit ad eos, Hec sūt verba, que locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscū. Quoniā necesse est implere omnia, que scripta sunt in lege Moysi, ꝛ prophetis, ꝛ psalmis dme. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, et dixit eis. Quoniā sic scriptū est, et sic oportebat xp̄m pati, et resurgere a mortuis tertia die, ꝛ predicari in nomine eius penitentiam, ꝛ remissionem peccatorū in omnes gentes. Credo. Offerto.

Jnto-

Intonuit de celo dominus, et altissimus dedit vocē suā, et apparuerūt fontes aquarū, alla, alla. Secreta.

Suscipe, dñe, fideliū preces cū oblationibus hostiarum, vt per hec pie deuotionis officia ad celestē gloriam transeamus. Per dñz. Prefa. et Communicantes. et Hanc igitur. Ut supra in die pasche: Com. Si cōsurrexistis cū Christo, que sursum sūt, querite, alla, vbi Christus est in dextera Dei sedens, que sursum sunt, sapite alleluia. Post com.

Concede, quesumus, omnipotens deus, vt paschalis perceptio sacramenti continua in nostris mentibus perseueret. Per dominum nostrum. Ite, missa est.

Feria quarta. Officium.

Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, alla, quod vobis paratū est ab origine mundi, alla, alla. Ps. Cōfitemini dño, quoniā bonus, quoniā in seculū mīa eius. V. Glia Pri. Dicat. Glia in excelsis. Oro.

Deus, qui nos resurrectionis dñice annua solennitate letificas, concede propitius, vt per tēporalia festa, que agimus, peruenire ad gaudia eterna mereamur. P. Lectiō Aplō. Ca. iii.

In dieb⁹ illis. Aperiens Petrus os suum dixit. Viri Israelite, et qui timetis Deum, audite. Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patrū nostrorū glorificauit filiū suū Jesum, quē vos quidē tradidistis, et negastis ante faciē Pilati, iudicante illo, dimitti. Vos autem sanctum, et iustū negastis, et petistis, virum homicidam donari vobis: authorem vero vite interfecistis, quem Deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus. Et nūc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut et principes vestri. Deus autem, qui prenūtiauit per os omnium prophetarum, pati Christum suū, impleuit sic. Penitemini igitur, et conuertimini, vt deleantur peccata vestra. R. Hec dies, quā fecit dominus, exultemus, et letemur in ea. V. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me. Alla. et prosa vt supra in die pasche. Secūdū Joannē. Cap. xxi.

In illo tẽpore. Manifestauit se iterũ Jesus discipulis suis ad mare Tyberiadis. Manifestauit autẽ sic. Erant simul Simon Petrus, ⁊ Thomas, qui dicitur Didymꝰ, ⁊ Nathanael, qui erat a Cana Galilee, et filij Zebedei, et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Uado piscari. Dicũt ei: venimus et nos tecũ. Et exierunt, ⁊ ascenderunt in nauĩ, ⁊ illa nocte nihil prẽdiderũt. Mane autẽ facto, stetit Jesus in littore, nõ tamen cognouerũt discipuli, quia Jesus est. Dicit ergo eis Jesus. Pueri, nunquid pulmentariũ habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexterã nauigij rete, ⁊ inuenietis. Miserũt ergo, et iã non valẽbat illud trahere pre multitudine pisciũ. Dicit ergo discipulꝰ ille, quẽ diligebat Jesꝰ, Petro, Dñs est. Simõ Petrus cum audisset, quia dñs est, tunica succinxit se (erat enim nudꝰ) et misit se in mare. Alij autẽ discipuli nauigio venerunt: Nõ enim lõge erant a terra, sed quasi cubitis ducentis, trahẽtes rete pisciũ. Ut ergo descẽderũt in terrã, uiderũt prunas positas, ⁊ piscẽ superpositũ, ⁊ panẽ. Dicit eis Jesus, Afferte de piscibꝰ, quos prendidistis nunc. Ascẽdit Simon Petrus, ⁊ traxit rete in terrã plenũ magnis piscibus cẽtũ quinquagita tribus. Et cũ tãti essent, nõ est scissũ rete. Dicit eis Jesus: Uenite, prãdete. Et nemo audebat discũbentiũ interrogare eũ, tu quis es? sciẽtes quia dñs est. Et venit Jesꝰ, et accepit panẽ, ⁊ dabat eis, et piscẽ similiter. Hoc iã tertio manifestatꝰ est Jesꝰ discipulis suis, cum surrexisset a mortuis. Dicat̃ Credo. Offerto. Portas celi aperuit dñs, et pluit illis manna, vt ederent, panẽ celi dedit eis, panem angelorũ manducauit homo all'a. Secret.

Sacrificia, dñe, paschalibus gaudijs immolamus, quibus ecclesia tua mirabiliter pascitur, et nutrit̃. Per. Prefa. ⁊ Cõmunicantes. ⁊ Hanc igitur. Ut in die pasche. Cõm. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur alleluia, mors illi vltra non dominabitur, all'a. Post comũ.

Ab omnibus, quesumus, domine, vetustate purgatos sacramenti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. p. Ite missa est. Et in aliis ferijs sequentibus tertie non sunt? vt in festis quinte dignitatis.

¶ Feria Quinta. Officium.



Victricem manum tuam, domine, laudauerunt pariter, alla, quia sapientia aperuit os mutum, et linguas infantium fecit disertas alla, alla. V. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. V. Gloria Patri, et Filio, et Spui. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti, da, vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentium, et pietas actionum. Per dominum. Lectio apostolorum. Ca. viij

In diebus illis. Angelus dñi locutus est ad philippum dicens. Surge, et vade contra meridianum ad viam, que descendit ab Hierusalem in Gazam: hec est deserta. Et surgens abijt. Et ecce vir Ethiops eunuchus potens Candaces regine Ethiopum, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Hierusalem, et reuertebatur sedens sup currum suum, legensque Esaiam prophetam. Dixit autem spus Philippo. Accede, et adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus audiuit illum legentem Esaiam prophetam, et dixit. Putasne intelligis, que legis? Qui ait, Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum, ut ascenderet, et sederet secum. Locus autem scripture, quam legebat, erat hic. Tamquam ouis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se sine uoce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus Philippo, dixit. Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum, et incipiens a scriptura ista euangelizauit illi Iesum. Et dum irent per viam,

venerunt ad quandã aquã. Et ait eunuch⁹, Ecce aqua: Quis prohibet me baptizari? Dixit autẽ Philipp⁹. Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo, filium Dei esse Jesum Christũ. Et iussit stare currũ. Et descẽderũt vterq; in aquã, Philipp⁹, ⁊ eunuchus, ⁊ baptizauit eũ. Cũ autem ascẽdissent de aqua, Spirit⁹ domini rapuit Philippum, et amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autẽ per viã suam gaudens. Philippus autẽ inuentus est in Azoto: Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cũctis, donec veniret Cesaream, nomen domini Jesu Christi. ℞ Hec dies, quã fecit dominus, exultemus, et letemur in ea. ℣. Lapidem, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli: a domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Alleluia. ℣. Surrexit Christus, qui creauit omnia, ⁊ misertus est humano generi. Prosa. Agnus redemit oues. Require in die Pasche. Secundum Joannem. Capite. xx.

In illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, ⁊ prospexit in monumentum, ⁊ vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, et vnũ ad pedes, vbi positum fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi. Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, ⁊ nescio, vbi posuerũt eum. Hec cum dixisset, conuersa est retrorsũ, et vidit Jesum stantem, et non sciebat, quia Jesus est. Dicit ei Jesus. Mulier, quid ploras? quem queris? Illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei. Dñe, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, et ego eum tollam. Dicit ei Jesus. Maria. Cõuersa illa dicit ei. Rabboni: quod dicitur Magister. Dicit ei Jesus. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrẽ meũ. Vade autẽ ad fratres meos, et dic eis. Ascendo ad patrẽ meum, et patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, quia uidi dominum,

et hec dixit mihi. Offert. In die solennitatis vestre, dicit dñs, inducã vos in terram fluentẽ lac, et mel, Alleluia. Sacra. Suscipe dñe, quesumus, munera populorum tuorũ propitius, vt confessione nominis tui, et baptismate renouati sempiternam beatitudinem consequãtur. Per Prefatio. Cõmunicãtes. et Hanc igitur. vt supra in die pasche. Sed dicatur cũ cantu feriali. Commu. Populus acquisitionis, annuntiate virtutes eius, alla, qui nos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum alleluia. Post com.

Exaudi dñe preces nostras, vt redemptionis nostre sacrosancta commercia, et vite nobis conferant presentis auxiliũ, et gaudia sempiterna concilient. Per. Dicat. Ite, missa est, alla, alla

Feria Sexta. Officium.



Aduxit eos dñs ĩ spe, alla, et inimicos eorũ operuit mare, allũia, alla, alla. ℣. Attendite, popule meus, legem meam, in clinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri. &c. Gl'ia in excelsis Deo. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui paschale sacramentum recõciliationis humane federe contulisti, da mentibus nostris, vt, quod professione celebramus, imitemur effectu. Per. Petri Apostoli. j. Capi. iij.

Charissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. In quo et iis, qui in carcere erant, spiritu veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaret arca: in qua pauci idest, octo anime salue facte sunt per aquam. Quod et vos nũc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientie bone interrogatio in deum per resurrectionẽ Jesu Xpi domini nostri. ℟. Hec dies, quam fecit dominus, exultemus, et letemur in ea. ℣. Benedictus, qui venit in nomine domini, deus dñs, et illuxit nobis. Alleluia. ℣. Data est mihi omnis potestas in

celo, et in terra. Prosa vt supra. Scdm Matth. Cap. vltimo.



In illo tẽpore: vndecim discipuli abierũt in Galileã in mõtẽ, vbi cõstituerat illis dominus Jesus. Et videntes eũ adorauerunt, quidã autẽ dubitauerũt. Et accedens Jesus locutus est eis dicẽs. Data est mihi omnis potestas in celo, et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, et filij, et spiritus sancti, docẽtes eos seruare omnia, quecunque mãdaui vobis. Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consũmationẽ seculi. Off. Erit vobis hic dies memorialis, alla, et diẽ festũ celebrabitis solẽnem dño in progenies vr̃as legitimũ, sempiternum diem Alleluia, alla, alla. Secreta.

Hostias, qs, dñe, placatus assume, quas et pro renatorũ expiatione peccati deferimus, et pro acceleratiõe celestis auxilij. p. Prefa. et Cõmũicantes. et Hãc igi. vt sup in die pasche cum cantu sec.

Cõ. Data est mihi õnis potestas in celo, et in terra, alla Eũtes ergo docete ões gẽtes, baptizãtes eos in nomie Patris, et Filij, et Spũs sancti, alla, alla, alla. Post co.

Respice, qs, dñe, populũ tuũ, et quẽ eternis dignatus es renouare mysterijs a tẽporalibus culpis dignãter absolue. per. Ite missa est. alla, alla. ¶ Sabbato. Offm.

Eduxit Dominus populum suum in exultatione, alla, et electos suos in letitia, alleluia alleluia. V. Cõfitemini domino, et inuocate nomen eius, annunciate inter gentes opera eius: V. Gl'a pri. Gl'a ĩ er. Oro.

Concede, quesumus, õnipotẽs Deus, vt, qui festa paschalia venerando egimus, per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per

Petri apostoli. j. Capit. ij.

Charissimi: deponentes oẽm malitiã, et omnem dolũ, et simulationes, et inuidias, et ões detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, et sine dolo lac cõcupiscite: vt in eo crescat in salutẽ. Si tamen gustatis, quoniã dulcis est dñs. Ad quẽ

quē accedētes lapidē viuū, ab hominibus quidē reprobatum, a deo autem electū, et honorificatum, ⁊ ipsi tanquā lapides viui superedificamini, domos spirituales sacerdotium, sanctū offerētes spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesū xp̄m. Propter quod cōtinet scriptura. Ecce pono en Sion Lapidē summū, angularē, electū, pretiosum: ⁊ qui crediderit in eū, nō confundetur. Vobis igitur honor credentibus. non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt edificantes, hic fact⁹ est in caput anguli, et lapis offensionis, ⁊ petra scādali iis, qui offendunt verbo, nec credunt, in quo ⁊ positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotiū, gēs sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei: qui non cōsecuti misericordiam, nunc autem misericordiā consecuti. Loco R. dicat sequēs all'a, All'a. V. Hec dies, q̄m fecit dn̄s, exultem⁹, ⁊ letemur ī ea. vel all'. V. Eduxit dn̄s populū suū in exultatiōe, ⁊ electos suos in letitia. Prosa vt in die Pasche. Secundum Joannem. Ca. xx.

In illo tēpore: vna sabbati Maria Magdalene venit mane, cū adhuc tenebre essent, ad monumētum, ⁊ vidit lapidē sublatū a monumento. Cucurrit ergo, ⁊ venit ad Simonē Petrum, ⁊ ad alium discipulū, quem amabat Jesus, ⁊ dicit illis. Tulerunt dn̄m de monumēto, ⁊ nescimus, vbi posuerunt eū. Exiit ergo Petrus, ⁊ ille alius discipulus, et venerūt ad monumentū. Currebant autē duo simul, et ille alius discipulus precucurrit citius Petro, ⁊ venit primus ad monumentū: Et cū se inclinasset, vidit linteamina posita, nō tamē introiuit. venit ergo Simon Petrus sequens eū, ⁊ introiuit in monumentū. Et vidit linteamina posita, et sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutū in vnū locū.

Tūc ergo introiuit ⁊ ille diſcipulus, qui venerat primꝰ ad monumentum, ⁊ vidit, ⁊ credidit. Nondū enim ſciebant ſcripturam, quia oportuit eū reſurgere a mortuis. Offer. Benedictus, qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo dñi, deus dñs et illuxit nobis, Alleluia, allā. Sacra

Oncede, queſumꝰ, dñe, ſemper nos per hec myſteria paſchalia gratulari, vt cōtinua noſtre reparationis operatio perpetue nobis fiat cauſa letitie. p. Pref. et Cōmunicātes. ⁊ Hācigi. vt ſupra in fer. v. ſed dicatur eum cantu feriali. Cō. Omnes, qui in Chriſto baptizati eſtis, xp̄m induiſtis allē. Poſt cō.

Edemptionis noſtre munere vegetati, queſumus, dñe, vt hoc perpetue ſalutis auxiliū fides ſemper vera pficiat. Per. Dñica in octaua Paſche. Officium.



Uaſimodo geniti infantes, allā, rationabiles ſine dolo lac concupiſcite, allā, allā, allā. ℣. Exultate deo adiutori nr̄o, iubilate Deo. Jacob. ℣. Glia. ⁊ ka in. Oro.

Reſta, queſumus, omnipotens Deus, vt qui paſchalia feſta pegimꝰ, hec, te largiēte moribꝰ, ⁊ vita teneamꝰ. p. Joā. apli. 1. Ca. v.

Chariſſimi. Omne, qđ natū eſt ex Deo, vincit mundū. Et hec eſt victoria, que vincit mundum, fides noſtra. Quis eſt autē, qui vicit mundum, niſi qui credit, quoniā Jeſus eſt filius Dei? Hic eſt, qui venit per aquā, et ſanguinē Jeſus Chriſtꝰ. Non in aqua ſolū, ſed in aqā, et ſanguine. Et ſpiritus eſt, qui teſtificatur, quoniā xp̄s eſt veritas. Quoniā tres ſūt, q teſtimoniū dāt in celo, pr̄, verbū, ⁊ ſp̄s Sctūs: Et hi tres vnū ſunt. Et tres ſunt, qui teſtimoniū dāt in terra, ſp̄s, aqā, ⁊ ſāguis: ⁊ hi tres vnū ſūt. Si teſtimoniū hoīꝫ accipimꝰ, teſtimoniū dei maius eſt. Quū hoc eſt teſtimoniū dei, qđ maiꝰ eſt, quoniā teſtificatꝰ eſt đ filio ſuo. Qui credit in filiū Dei, habet teſtimoniū dei in ſe. Sequens allā dicatur loco. ℟. diebus dñicis, ⁊ in feſtis ſanctorum, cuiuſcunqꝫ dignitatis ſint,

vsq; in dñicam quartã, quo ad dñicas, & vsq; in rogationes inclusiue, quo ad sctorum festa. Alleluia. ℣. In die resurrectionis meę, dicit dominus, pręcedam vos in Galilęam Alleluia. ℣. Post dies octo, ianuis clausis, stetit Jesus in medio discipulorum suorum, & dixit, pax vobis. Prosa. Agnus rede. Require in die Paschę. Secundum Joannem Capite. xx.

In illo tempore: Cum esset sero die illo, vna sabbatorum, et fores essent clausę, vbi erãt discipuli cõgregati propter metum Judeorum, uenit Jesus, et stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit ei maanus, & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, viso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Hec cum dixisset, insufflauit, et dixit eis. Accipite Spiritum sanctum. Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt. Thomas autẽ vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quãdo venit Jesus: Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dñm. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurã clauorũ, & mittã digitũ meũ in locũ clauorũ, & mittam manũ meã in latus eius, non credã. Et post dies octo, iterũ erãt discipuli eius intus, & Thomas cũ eis. Venit Jesus, ianuis clausis, & stetit in medio et dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit thomę: Infer digitũ tuũ huc, & vide manus meas, & affer manũ tuam, et mitte in latus meũ, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei. Dñs meus, et Deus meus. Dixit ei Jesus. Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt, et crediderũt. Multa quidẽ, et alia signa fecit Jesus in cõspectu discipulorum suorũ, quę nõ sunt scripta in libro hoc. Hęc autẽ scripta sunt, vt credatis, quia Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes vitã habeatis in nomine eius. Credo. Offerto. Angelus domini descẽdit de cęlo, & dixit mulieribus, quẽ quęritis? surrexit, sicut dixit all'a. Sacra.

Suscipe, q̄s dñe, munera exultātis ecclesie, & cui causā tāti gaudij prestitisti, perpetuum fructum concede letitie. Per. Prefa. Te quidem omni tempore. Infra actionem. Cōmunicantes & Hanc igitur. vt in die pasche. Cō. Mitte manum tuā, & cognosce loca clauorū, alla, & noli esse incredulus, sed fidelis, alla, alla, alla. Post com.

Quesumus, dñe Deus noster, vt sacrosancta mysteria, que p reparationis nostre munimine contulisti, & presens nobis remedium esse facias, & futurum. Per. Ite missa est, alleluia, alla.

¶ In diebus ferialibus inter pascha et resurrectionis, in quibus non occurret festum nouem lectionū, missa dicatur de dominica immediate precedenti, & post primam orationē, que erit de dominica, in secunda clausula dicitur due orationes, vt supra in ferijs aduentus Domini. Alleluia, in die Resurrectionis mee, dicit dominus, precedā vos in Galileam. Dicitur tamen diebus ferialibus, quam in ōnibus festiuitatibus. Sed in diebus ferialibus illa tantū dicitur. In diebus vero festiuis dicitur etiā alleluia propria, uel de commum. Prosa. Agnus redemit oues. Dicitur in festis prime, secūde, tertie, quarte, & quinte, dignitatis. In diebus vero ferialibus, & dñicis nō dicit Prosa. Prefatio. Te quidem ōni tēpore. Cum cātu feriali. Sine communicantes. Et sine Hanc igitur. Dicitur etiā hec prefatio in omnibus festiuitatibus intra tempus resurrectionis occurrentibus. Gloria in excelsis. Ite missa est alla. Semper dicuntur tempore paschali. Diebus vero sabbatis dicitur officiū beate Marie cū prefatione propria scilicet. Et te ī veneratiōe, & prosa. Agnus redemit oues. Xp̄s. &c. ¶ Dominica prima post octauas pasche. Offiū.



Misericordia dñi plena est terra, alla, verbo Dei celi firmati sunt alleluia, alluia. ℣. Exultate iusti ī Domino, rectos decet collaudatio. ℣. Gloria Patri, & filio, Gloria ī excelsis deo. Oratio.

Deus, qui in filij tui humilitate iacentem mundum erexisti, fidelibus tuis perpetuã côcede letitiã: vt quos perpetue mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sempiternis perfrui. Per.

Petri Apostoli. j. Capite. ij

Charissimi. Christ⁹ passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dol⁹ in ore eius. Qui, cum malediceretur, nõ maledicebat: Cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nr̃a ipse ptulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitie viuamus, cui⁹ liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes. Sed cõuersi estis nunc ad pastorẽ, et episcopũ animarũ vr̃arũ.

Alleluia. ℣. In die resurrectionis mee dicit domin⁹, precedam vos in Galileam. Alleluia. ℣. Surrexit pastor bonus, qui posuit aĩam suam pro ouibus suis et pro suo grege mori dignatus est. Et nota, quod quando dicitur de dñica, non dicitur prosa.

Secundũ Joanẽ. Capite. x



In illo tempore. Dixit dñs Jesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, et qui non est pastor, cui⁹ nõ sunt oues proprie, videt lupũ veniẽtẽ, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit, ⁊ lupus rapit, et dispergit oues. Mercenarius autẽ fugit, quia mercenari⁹ est, et non pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus, ⁊ cognosco oues meas, et cognoscũt me mee. Sicut nouit me pater, ⁊ ego agnosco patrẽ: et animã meã pono pro ouib⁹ meis. Et alias oues habeo, que nõ sunt ex hoc ouili, ⁊ illas oportet me adducere, ⁊ vocem meã audient: Et fiet vnum ouile, ⁊ vnus pastor. Credo. Offer. De⁹, deus me⁹, ad te de luce vigilo, ⁊ in nõie tuo leuabo man⁹ meas, alleluia, alleluia. Sacra.

Benedictionẽ, dñe, nobis conferat salutarẽ sacra sẽper oblatio, vt quod agit

myſterio, virtute perficiat. Per. Præfa. Te quidē om̄i tpe. Cō. Ego ſum paſtor bonus, alla et cognoſco oues meas, ⁊ cognoſcunt me meę, alla, alla. Poſtcō.

PReſta nobis, om̄ps de⁹, vt viuificationis tuæ gratiam cōſequentes in tuo ſemper munere glorięmur. Per. Ite miſſa eſt. cum duplici. Alleluia. Et ſic dicatur in alijs dominicis ſequentibus per totam reſurrectionem.

¶ Dominica ſecunda poſt octauas paſchę. Officium.

IUbilate Deo omnis terra, alla, pſalmū dicite nomini eius, alla, date gloriā laudi eius, alla, alla. ℣. dicite deo, quam terribilia ſunt opera tua, dñe, in multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelſis deo. Oratio.

DEus, qui errantib⁹, vt in viā poſſint redire iuſtitię, veritatis tuę lumen oſtendis, da cunctis, qui Chriſtiana profeſſione cēſentur, et illa reſpuere, quę huic inimica ſunt nomini, et ea, quę ſunt apta, ſectari. Per dñ͞z.

Petri Appli. j. Cap. ij.

CHariſſimi. Obſecro vos tāq̄ȝ aduenas, ⁊ peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſiderijs, quę militant aduerſus animā. Cōuerſationem veſtrā inter gentes habentes bonā, vt in eo, quod detractāt de vobis, tanquā de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderātes glorificent deū in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote om̄i humanę creaturę ꝓpter Deum, ſiue regi, quaſi pręcellenti: ſiue ducibus, tāquā ab eo miſſis ad vindictam malefactorū, laudē vero bonorū. Quia ſic eſt volūtas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudētium hominū ignorantiam. Quaſi liberi, ⁊ non quaſi velamē habētes malitię libertatē, ſed ſicut ſerui Dei. Omnes honorate, fraternitatē diligite. Deū timete, regem honorificate. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis, ⁊ modeſtis, ſed etiā dyſcolis. Hęc eſt enim gratia in Chriſto Jeſu domino noſtro. In deo. ℟. Alla. In die reſurrectionis. Alla. ℣. Modicum ⁊ nō videbitis me, dicit domin⁹, iterū

modicū

modicũ, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Secũdũ Joannẽ. Capit. xvj.



In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis. Modicũ, & iã nõ videbitis me, et iterũ modicũ, & videbitis me, quia vado ad patrẽ. Dixerũt ergo ex discipulis ei⁹ adinuicẽ. Quid est hoc, quod dicit nobis, modicũ, & nõ videbitis me, & iterũ modicũ, et videbitis me, & quia vado ad Patrẽ? Dicebant ergo. Quid est hoc, qđ dicit, modicũ? Nescim⁹, quid loquit. Cognouit autẽ Jesus, quia volebãt eũ interrogare, & dixit eis. De hoc queritis inter vos, quia dixi, modicum, et non videbitis me, et iterum modicũ, & videbitis me. Amẽ, amen dico vobis, quia plorabitis, et flebitis vos, mund⁹ autẽ gaudebit. Vos autẽ cõtristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Mulier, cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autẽ peperit puerum, iam non meminit pressure propter gaudium, quia natus est homo in mũdũ. Et vos igitur nũc quidẽ tristitiam habetis. Iterum autẽ videbo vos, et gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrũ nemo tollet a vobis. Dicat Credo. Offer. Lauda anima mea dominũ, laudabo dominum in vita mea, psallam Deo meo, quandiu ero, alla. Sacra. His nobis, dñe, mysterijs conferat, quo terrena desideria mitigãtes discam⁹ amare celestia. p. dñm. Prefa. Te quidem omni tẽpore &c. Cõ. Modicum, & nõ videbitis me, alla: iterum modicũ, et videbitis me, quia vado ad patrem, alleluia, alleluia. Post commu. Sacramenta, que sumpsimus, dñe, quesumus, & spiritualibus nos instruãt alimentis, et corporalibus tueãtur auxilijs. Per dñm. Ite, missa est, alla. alla. Dñica iij. post octa. pas. Officiũ.



Cantate domino cãticum nouũ, alla, quia mirabilia fecit dñs, alla: ante conspectum gentiũ reuelauit iustitiam suã, alleluia,

alleluia. ℣. Saluauit sibi dextera eius, et brachium sanctum eius. ℣. Gloria Patri, et Filio. Gloria in excelsis deo. Oro.

Deus, qui fidelium mentes vnius efficis volũtatis, da populis tuis, id amare, quod precipis, id desiderare, quod promittis, vt inter mundanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per dñm

Jacobi Apostoli. Capite. j.

Charissimi: Omne datũ optimũ, et omne donũ perfectum desursum est, descendens a patre luminum, apud quem nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo ueritatis, vt sim⁹ initiũ aliquod creature ei⁹. Scitis, fratres mei dilectissimi. Sit autẽ omnis homo velox ad audiẽdum, tardus autem ad loquendũ, et tardus ad iram: Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnẽ immunditiã, et abũdantiã malitie, in mãsuetudine suscipite insitum verbũ, quod potest saluare animas vestras. Loco. ℟.

Alleluia. In die resurrectionis. Alleluia. ℣. Vado ad eum, qui misit me, sed quia hec locut⁹ sum vobis, tristitia impleuit cor vrm.

Secundum Joan. Ca. xvj.

In illo tempore. Dixit dñs Jesus discipulis suis. Vado ad eũ, qui misit me, et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hec locutus sũ vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadã. Si enĩ nõ abiero, Paracletus nõ veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eũ ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundũ de peccato, et de iustitia, et de iudicio. De peccato quidẽ, quia nõ crediderunt in me: De iustitia vero, quia ad Patrẽ vado, et iã non videbitis me: De iudicio antẽ, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cũ autẽ venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ. Non enim loquetur a semetipso, sed quecunq3 audiet, loquetur, et que ventura sunt, annuntiabit vobis.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Dicatur. Credo in vnum Deum. Offertorium. Jubilate Deo vniuersa terra, iubilate Deo vniuersa terra, psalmum dicite nomini eius: venite, et audite, et narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit dñs anime mee, alleluia. Sacra

Deus, qui nos per huius sacrificij veneranda cõmercia, vnius summeq; diuinitatis participes esse fecisti, presta, quesumus, vt, sicut tuam cognouimus veritatem, sic etiã dignis morib⁹ assequamur. Per. Cõm. Cũ venerit Paracletus, spiritus veritatis, ille arguet mundũ de peccato, et de iustitia, et de iudicio, Alleluia, allũia.

Adesto nobis, Post cõ. domine Deus noster, vt per hec, que fideliter sũpsimus, et purgemur a vitijs, et a periculis omnibus eruamur. Per dominum Ite missa est, alla, alla. Dominica Quarta. Officium.

Vocem iudicantis annuntiate, et audiatur, alleluia, annuntiate vsque ad extremũ terre, liberauit dominus populum suum, alleluia, alleluia. ℣. Jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria Patri. et c. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, vt cogitemus, te inspirante, que recta sunt, et te gubernante, eadem faciamus. Per dñm. Jacobi apostoli. Capitu. j.

Charissimi estote factores verbi, et nõ auditores tantum, fallentes vos metipsos. Quia, si quis auditor est verbi, et non factor, hic comparabitur viro considerãti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se, et abijt, et statim oblitus est, qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis, et permansẽrit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat, se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio mũda

et immaculata apud deum, et Patrem hec est. Visitare pupillos, et viduas in tribulatione eorum, & immaculatũ se custodire ab hoc seculo. Loco. R. Alla. In die resurrectionis mee. Alla. V. Usqз modo nõ petistis quicq̃ȝ in nõie meo, petite, & accipietis. Nõ dicat̃ ps̃a. Secundũ Joannẽ. Ca. xvj.



In illo tẽpore. Dixit dominus Jesus discipulis suis. Amẽ, amen dico vobis, si quid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Usqз modo non petistis quicq̃ȝ in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudiũ vestrum sit plenum. Hec in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cum iam nõ in prouerbijs loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrẽ de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis, quia a Deo exiui. Exiui a Patre, et veni in mundum. Iterum relinquo mũdum, et vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, et prouerbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis õnia, & nõ opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quia a Deo existi. Credo. Offertorium. Benedicite gentes dominum Deum nostrum, et obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam, & nõ dedit cõmoueri pedes meos, benedictus dñs qui nõ amouit deprecationem meam, et misericordiam suam a me, alleluia. Sacra.

Suscipe, domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum, vt per hec deuotionis pię officia ad celestẽ gloriam trãseam9. Per dominum nostrum. &c. Communio. Cantate domino, alleluia, cantate domino, et benedicite nomini eius, bene nuntiate de die in diem salutare eius, Alleluia, alleluia. Post com.

Tribue nobis, domine, celestis mensę virtute satiari et desiderare, quę recta sũt, et desiderata percipere. Per dñm. Ite, missa est. Alla. Nota quod si in istis tribus

diebus

diebus rogationum, venerit festum prime, vel secũde dignitatis: hore dicatur de fest. Missã vero maiorẽ dicat de feria causa pcessionis.

Feria Secunda in rogatiōnib⁹. Officiũ.

Exaudiuit de tẽplo sācto suo vocē meam; allā, et clamor meus in conspectu ei⁹ introiuit in aures eius; alleluia. ℣. Diligam te, domine fortitudo mea, dominus firmamẽtum meũ, et refugium meum, et liberator meus. ℣. Gloria Patri, et Filio dicitur. Gloria in excelsis. Orō.

Presta, quesumus, omnipotens deus, vt qui in afflictione nostra de tua pietate cõfidimus, cõtra omnia aduersa, tua semper protectione muniamur. Per.

Et dicantur due clausu. vt i aliis feriis: et ista die in secunda clausula j. orō sit de sācto, in cui⁹ ecclesia missa celebratur, ij. de virgine. Iacobi apostoli. Cap. vltimo.

Carissimi. Confitemini alterutrũ peccata vestra, et orate pro inuicē, vt saluemini: multũ enī valet deprecatio iusti assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis: et oratiōe orauit, vt nō plueret sup terrã, et nō pluit annos tres, et mēses sex. Et rursum orauit, et celũ dedit pluuiam, et terra dedit fructũ suũ. Si quis autem ex vobis errauerit a veritate, et cōuerterit quis eũ, scire debet, quoniam qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue, saluabit animã eius a morte, et operiet multitudinē peccatorũ. Allā. ℣. Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi, amice, cōmoda mihi tres panes; quoniam amicus meus venit ad me, et non habeo, quod ponam ante illum?

Non dicat aliud R. nec aliō allā. Scōm Lucā. Capi. xj.

In illo tēpore. Dixit dominus Iesus discipulis suis. Quis vestrũ habebit amicũ, et ibit ad illũ media nocte, et dicet illi. Amice cōmoda mihi tres panes, quoniã amicus me⁹ venit de via ad me, et nō habeo, quod ponã ante illum. Et ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, et pueri mei

mecum sũt in cubili, nõ possum surgere, et dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsãs: dico vobis, ꝛ si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, ꝛ dabit illi, quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: petite ꝛ, dabitur vobis: querite, et inuenietis: pulsate, ꝛ aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit, et qui querit inuenit, et pulsanti aperietur. Quis autẽ ex vobis patrem petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nũquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionẽ? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester de celo dabit spiritũ bonum petentibus se? Offe. Confitebor domino nimis in ore meo, ꝛ in medio multorum laudabo eum, qui astitit a dextris pauperis, vt saluũ faceret a persequẽtibus animam meam, Alleluia.

Hec munera, Sacra. quesumus, domine, et vincula nostre prauitatis absoluant, ꝛ tue nobis misericordie dona cõcilient. Per. dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. ꝛc. Prefatio de resurrectione vt supra in alijs ferijs. Cõ. Petite, ꝛ accipietis: querite, et inuenietis: pulsate, et aperietur vobis: omnis enim, qui petit, accipit: et qui querit, inuenit: ꝛ pulsanti aperietur, All'a. Post cõ.

Vota nostra, quesum⁹, domine, pio fauore prosequere, vt qui dona tua in tribulatione percepimus, de cõsolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum nostrũ Jesum Christum. ꝛc. Et dicatur. Ite missa est. Cũ duplici All'a, all'a.

¶ Feria iiij. dicatur officiũ, et omnia alia vt supra i proxima feria Secunda, preter epistolam sequentem, et dicatur. Gloria in excelsis Deo. Et in secunda clausula prima oratio sit de sancto, in cuius ecclesia missa celebratur. Secunda de Uirgine. Ad Timotheum. j. Capite. ij.

Charissimi. Obsecro primũ omnium fieri obsecrationes, postulationes, orõnes, gratiarũ actio-

actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus, qui in sublimitate cõstituti sunt, vt quietã, et tranquillam vitã agamus in omni pietate, et castitate. Hoc enim bonum est, et acceptũ corã salvatore nostro deo, qui õnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Unus enĩ Deus, vnus, et mediator dei, et hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium tẽporibus suis confirmatum est, in quo positus sum ego predicator, et apostolus. Veritatẽ dico, nõ mentior, doctor gẽtiũ in fide, et veritate

In vigilia ascẽtionis vt solẽnis. Officiũ.



Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo ĩ voce exultationis, alleluia, alleluia. ℟. Subiecit populos nobis, et gẽtes sub pedibus nr̃is. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spũi. Sicut erat. Gloria in excelsis. Oro.

Presta, quesumus, omnipotens Deus, vt nostre mentis intentio, quo solẽnitatis hodierne gloriosus auctor ingressus est, sẽper intendat: et quo fide pergit, conuersatione perueniat. Per eundẽ dominũ nostrũ Iesum Christũ filium tuũ.

Ista tantum. Actuum apostolorum. Capite. iiij.

In diebus illis. Multitudinis credentium erat cor vnum, et anima vna: nec quisquam eorum, quẽ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri, et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorũ erãt, vendentes afferebant pretia eorum, quẽ vendebant, et ponebãt ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autẽ singulis, prout cuique opus erat. Alleluia. ℣. Pater, cum essem cum eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi: nunc autem rogo, vt serues eos in secula. Secũ cũdum Ioannẽ. Cap. xvij.



In illo tēpore, subleuatis Jesus oculis in celū dixit. Pater, venit hora, clarifica filium tuū: vt filius tu⁹ clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det eis vitā eternam. Hec est autē vita eterna, vt cognoscant te solum deum verum, ꝛ quem misisti, Jesum Christum. Ego te clarificaui super terram, opus cōsummaui, quod dedisti mihi, vt faciā. Et nunc clarifica me tu, pater, apud temetipsum claritate, quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomē tuum hominibus, quos dedisti mihi de mūdo. Tui erant, ꝛ mihi eos dedisti, ꝛ sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerūt, quia ōnia, que dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, que dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt, ꝛ cognouerunt vere, quia a te exiui, ꝛ crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sūt, et tua mea sunt, ꝛ clarificat⁹ sum in eis. Et iam non sum in mūdo, ꝛ hi in mūdo sunt, et ego ad te venio. Offerto. Ascendit deus in iubilatione, dn̄s in voce tube, alleluia. Sacra.

Sacrificium, dn̄e, quod pro filij tui supplices venerabili nunc ascēsione deferimus, presta, quesumus, vt, et nos per ipsum his cōmercijs sacrosanctis ad celestia consurgamus. Per eūdem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Prefa. vt supra Communi. Pater cum essem cum eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi, alleluia: nunc autem ad te venio: non rogo, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo, alleluia, alleluia. Post commun.

Tribue, quesumus, domine, vt per hec sacra, que sumpsimus, illuc tendat nostre deuotionis affect⁹, quo tecum est nostra substantia, Jesus Christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit, et regnat. Dicat. Ite missa est. cū duplici. alla, alla.

In

¶ In die ascensionis domini, quod est festum primę dignitatis. Ad missã. Offm̃. Ton⁹. 7.



Viri Galilei, quid admiramini, aspicientes in cęlum? (all'uia) quemadmodum vidistis eum ascendentem in cęlum, ita veniet: alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Cũque intuerentur in cęlum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui ꝛ dixerunt. ℣. Glia pri. Glia in excelsis. Oro.



Concede, quęsumus, omnipotens Deus, vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum ad cęlos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cęlestibus habitemus: Per eundem

Actuum Apostolorum. Capite. j.



Primum quidem sermonem feci de omnib⁹, o Theophile, quę cepit Jesus facere, ꝛ docere, vsque in diem, qua prę-

cipiens apostolis per spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est. Quibus et prebuit seipsum viuũ post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et conuescens precepit eis, ab Hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris, quam audistis, inquit, per os meum: quia Joannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto nõ post multos os dies. Igitur qui conuenerãt, interrogabant eum dicentes. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autẽ eis. Non est vestrum nosse tẽpora, vel momenta, quę pater posuit in sua potestate. Sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judea, et Samaria, et vsque ad vltimum terrę. Et cum hec dixisset, videntibus illis, eleuatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cũque intuerentur in cęlũ euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt. Uiri Galilei, quid statis aspicientes in celum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet, quẽadmodum vidistis eũ euntem in celum. Loco. R. dicatur sequens Alla. per omnes octauas. Alla. V. Ascendit deus in iubilatione, dominus in voce tubę. Alla. V. ascendo ad patrem meum, et patrem vestrũ, Deum meum, et deum vestrum.

Rex omnipotens Prosa. die hodierna, Mundo triũphali redempto potentia, Uictor ascendit cęlos, vnde descenderat. Nam quadraginta, postquam surrexerat, Diebus sacris confirmans pectora, Apostolorum, pacis chara, relinquens oscula. Quibus et dedit potestatẽ laxandi crimina: Et misit eos in mũdũ baptizare cũctas aĩas, In pr̃is, et filij, et sctĩ spũs clemẽtia.

Secũdũ Marcũ. Ca. xvi.

In illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis dominus Jesus, et exprobrauit

braunt incredulitatem eorum, et duritiā cordis, quia ijs, qui viderant, eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mūdum vniuersum, predicate euāgelium omni creature. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit: Qui vero non crediderit condēnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hec sequētur in nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollēt: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super egros manꝰ imponent, et bene habebunt. Et dominus quidē Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in celum, et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt vbique, domino cooperante, et sermonem confirmante sequētibus signis. Credo. Offer. Viri Galilei, quid admiramini aspicientes in celum: hic Jesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum, Alleluia. Sacra. Suscipe domine, munera, que pro filij tui gloriosa ascensione deferimus, et concede propitius, vt a presentibus periculis liberemur, et ad vitam perueniamus eternam: Per. Prefa. Qui post resurrectionem. et Communicantes. Proprie dicātur per omnes octa. Cōm. Psallite dño, qui ascendit super celos celorum ad orientem: alla. P Resta nobis, Post co quesumus omnipotēs et misericors Deus, vt que visibilibus mysterijs sumēda percepimꝰ inuisibili cōsequamur effectu: Per dñz. Ite, Missa est: alla. ¶ Festum ascensionis domini habet octauas solennes, et in singulis diebus octauarum missa dicatur, vt in primo die. Transactis autem tribus diebus solennibus, ceremonie fiant, vt i festis v. digni. ¶ Dñica infra octa: omnia dicātur de ascensione preter orationes, et euangeliū, que sunt de dominica presenti. Ad aspersiōem aque: Vidi aquam. Ut supra. Versiculus, qui dicitur a presbytero. V. Ascendens Christus in altum: vt sup. Oro Solita

quīs dñe. vt supra. Oratio.

Omnipotēs, sempiterne deus, fac, nos tibi sē per et deuotam gerere voluntatem, et maiestati tuę syncero corde seruire: Per dominum nostrum. Secūdum Joannem Capit. xv.



In illo tempore: Dixit domin⁹ Jesus discipulis suis. Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absqꝫ synagogis faciēt vos. Sed vēit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur, obsequiū se pręstare Deo. Et hęc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. Sed hęc locutus sum vobis, vt, cum venerit hora, eorū reminiscamini, qꝛ ego dixi vobis. Secra.

Sacrificia nos, domine, immaculata purificent, et mentibus nostris supernę gratię dent vigorem: Per dominum nostrum Jesum. Post communionem. Oṙo

Repleti, domine, muneribus sacris, da quę sumus, vt in gratiarum semper actione maneam⁹: Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, ꝛc.

¶ In octaua die ascensionis ceremonię fiant vt in festis secunde dignitatis.

¶ Item in feria vj. cum nō sit festum cuiuscunque dignitatis dicatur de dominica pręcedēti: sed non dicat. Gloria in excelsis. Nec Credo nec Ite, missa est. nec R. nisi vnum alla. tātum. Dicatur pręfatio de ascensione, et non vsualis, et ceremonię fiant, vt in vna feria. ¶ In vigilia pentecostes ad missam. Primo benedicatur ignis nouus, vt supra in vigilia Paschę, Deinde legantur prophetię inchoro sine titulis, et in modum lectionis, et finiantur sicut prophetię, et incipiantur a maiore ad minorem. Et nota, qd presbyter, ꝛ ministri dēbēt

debent uti ista die ornamen tis rubeis, et presbyter teneat cappã loco casulle, dũ legũtur lectiones usq; ad reditũ fontis. Lectio prima sine titulo. Gene. Capite. xxij.



In dieb' illis, tentauit deus Abraham, et dixit ad eum: Abrahã, Abraham. At ille respondit. Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, et vade in terram visionis, atq; ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quẽ mostrauero tibi. Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum, ducẽs secum duos iuuenes, et Isaac filium suum. Cumq; concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locũ, quem preceperat ei Deus. die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul, dixitque ad pueros suos. Expectate hic cum asino, ego autẽ, et puer illuc usq; properantes, postquam adorauerim', reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna holocausti, et imposuit super Isaac filiũ suũ: ipse vero portabat in manibus ignem, et gladiũ. Cũq; duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: pater mi. At ille respondit, quid vis, fili? Ecce, inquit, ignis, et ligna, ubi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus prouidebit sibi victimã holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, et venerunt ad locum, quem ostenderat ei Deus: in quo edificauit altare, et desuper ligna composuit. Cũq; colligasset Isaac filium suum, posuit eũ in altari sup struẽ lignorum, Extenditq; manum, et arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce, angelus domini de celo clamauit dicens: Abraham, Abraham. Qui respõdit: adsum. Dixitq; ei. Nõ extendas manum tuã super puerũ, neq; facias illi quicquam: nunc cognoui, quod timeas deũ, et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietẽ inter vepres herentem cornibus, quem

assumēs obtulit holocaustū pro filio, appellauitque nomen loci illi⁹: dn̄s videt. Unde vsq3 hodie dicitur, in mōte dn̄s videbit. Uocauit autē angelus dn̄i Abrahā secūdo de celo dicēs. Per memetipsum iuraui, dicit dn̄s, quia fecisti hanc rē, ⁊ nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me: Benedicā tibi, et multiplicabo semē tuū sicut stellas celi, ⁊ velut arenā, que est in littore maris. Possidebit semē tuum portas inimicorū suorū, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre, quia obedisti voci mee. Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul, et habitauit ibi. De quinq3 orationes dicantur sine salutat. Oro.

Deus, qui in Abrahe famuli tui opere humano generi obedientie exēpla prebuisti, concede nobis, et nostre volūtatis prauitatē frāgere, ⁊ tuorū preceptorū rectitudinē in omnibus adiplere. Per. Lectio ij. Deuteronomij. Cap. xxxi.

In diebus illis. Scripsit Moyses canticū, et docuit filios Israel. Precepitque dn̄s Josue filio Nun, et ait. Cōfortare, ⁊ esto robustus: tu enim introduces filios Israel in terrā, quā pollicitus sum, et ego ero tecū. Postq3 ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atq3 cōpleuit, precepit Leuitis, qui portabant arcā federis dn̄i dicēs. Tollite librū istū, ⁊ ponite eū in latere arce federis dn̄i dei vr̄i, vt sit ibi contra te in testimoniū. Ego enim scio cōtētionē tuā, ⁊ ceruicē tuā durissimam. Adhuc viuente me, ⁊ ingrediēte vobiscū, semper cōtētiose egistis cōtra dn̄m, quanto magis, cū mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atq3 doctores, et loquar audiētibus eis sermones istos, ⁊ inuocabo cōtra eos celum, ⁊ terrā. Noui enim, quod post mortē meā inique agetis, ⁊ declinabitis cito de via, quā precepi vobis. Et occurrēt vobis mala in extremo tēpore, quādo feceritis malum in cōspectu dn̄i, vt irritetis eū per opera manuū vr̄arum. Locut⁹ est

est ergo Moyses, audiēte vniuerso cetu Israel, verba carminis huius, et ad finem vsque compleuit. Tractus. Cātemus domino, gloriose enim honorificatus est, equum, et ascensorem proiecit in mare, adiutor, et protector factus est mihi in salutē. ℣. Hic est de⁹ meus, et honorabo eum, deus patris mei, et exaltabo eum. ℣. Dñs conterens bella, dominus nomen est illi. Oratio.

Deus, qui nobis per prophetarum ora precepisti tēporalia relinquere, atq; ad eterna festinare, da famulis tuis, vt que a te iussa cognouimus, implere celesti inspiratione valeamus. Per. Lectio iij. sine titulo. Esaie. Capite quarto.

Apprehendent septem mulieres virum vnū in die illa dicētes. Panem nostrū comedemus, et vestimentis nostris operiemur: Tantūmodo inuocetur nomē tuū super nos, aufer opprobriū nostrum. In die illa erit germen dñi in magnificentia, et gloria, et fructus terre sublimis, et exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. Et erit omnis, qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Ierusalem sanct⁹ vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Ierusalē. Si abluerit dñs sordes filiarum Sion, et sanguinem Ierusalē lauerit de medio ei⁹ in spiritu iudicij, et spiritu ardoris. Et creabit dñs super omnem locum montis Sion, et vbi inuocatus est, nubem per diem, et fumum, et splendorem ignis flammātis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio, et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab estu, et in securitatem, et absconsionē a turbine, et a pluuia. Tractus. Vinea facta est dilecto in cornu i loco vberi. ℣. Et maceria circundedit, et circunfodit, et plantauit vineam Sorec, et edificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular extruxit in ea: vinea enim dñi Sabaoth dom⁹ Israel est. Orō.

Deus, qui nos ad celebrandam festiuitatem doni sācti spiritus vtriusq; testamenti paginis instruis, da nobis intelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione presentium munerum firma sit expectatio futurorum. Per. Lectio Quarta.

Audi Israel. Baruch. Capite. iij. Audi Israel mandata vite, auribus percipe, vt scias prudentiã. Quid est Israel, quod in terra inimicorũ es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cũ mortuis, deputatus es cum descendẽtibus in infernũ. Dereliquisti fontem sapientie. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtiq; in pace super terram. Disce, vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul, vbi sit longiturnitas vite, ꝛ victus, vbi sit lumen oculorum, et pax. Quis inuenit locum eius? ꝛ quis intrauit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentium, et qui dominãtur super bestias, que sũt super terrã? Qui in auibus celi ludunt, qui argentũ thesaurizant, et aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorũ? Qui argentum fabricant, et soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum? Exterminati sunt, ꝛ ad inferos descẽderunt, ꝛ alij loco eorum exurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, et habitauerũt super terram: Uiam autem discipline ignorauerũt, neque susceperunt eam filij eorum. A facie ipsorum longe facta est: nõ est audita in terra Chanaam, neq; visa est in Theman. Filij quoq; Agar, qui exquirunt prudentiam, que de terra est, negotiatores terre, et Theman, et fabulatores, et exquisitores prudentie, et intelligentie. Uiã autem sapientie nescierũt, neq; commemorati sunt semitas eius. O Israel, quam magna est domus dei, et ingens locus possessionis eius? Magnus est, ꝛ nõ habet finem, excelsus, ꝛ immẽsus. Ibi fuerunt gigãtes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dominus, neq; viam discipline inuenerunt, propterea perierunt: et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celũ, et accepit eam, et deduxit eã de nubibus? Quis transfretauit mare, et inuenit illam, et attulit illam super aurum electum? Non est, qui possit scire

scire vias eius, nec qui exquirat semitas eius. Sed qui scit vniuersa, nouit eam, et adinuenit eam prudentia sua. Qui preparauit terram in eterno tempore, et repleuit eam bipedibus, et quadrupedibus. Qui emittit lumen, et vadit, et vocauit illud, et obedit illi in tremore. Stelle autem dederunt lumen in custodijs suis, et letate sunt: Vocate sunt, et dixerunt: Adsumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, et non estimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam discipline, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hec in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est. Tractus. Attende celũ, et loquar, et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum, et descendãt, sicut ros, verba mea, sicut hymber super gramen. ℣. Et sicut nix super fenum, quia nomen domini inuocabo. Oratio.

Deus, incommutabilis virtus, et lumẽ eternum, respice propitius ad totius ecclesie mirabile sacramentũ, et da famulis tuis, vt hoc quod deuote agimus, etiam rectitudine vite teneamus. Per dominum nostrum Jesum Christum, filium tuum. etc. Tractus. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quãdo veniam, et apparebo ãte faciem Dei mei? ℣. Fuerunt mihi lachryme mee panes die, ac nocte, dũ dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? Oratio

Concede, quesumus, omnipotens Deus, vt qui solennitatẽ doni sancti Spiritus colimus, celestibus desiderijs accensi fontem vite sitiamus, Dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, et regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus per omnia.

His finitis fiat processio ad benedicendos fontes, et omnia fiant sicut in sabbato sancto vsque ad missam. Et post reditũ a fõte, presbyter induat casullã rubeã, et faciat cõfessionẽ, et duo cãtores incipiãt in choro missam sicut in sabbato sãcto a Kyrie eleisõ.

Et dicitur. Gloria in excelsis. solenne. Oratio cum saluta-tione. Oratio.

Presta, quesumus omnipotēs deus, vt claritatis tue su per nos splendor effulgeat, et lux tue lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus illustratione confirmet. Per dominum nostrum Iesū Christum filium tuum qui tecum

Actuū apostolorū. Ca. xix.



In diebus illis. Factum est, cū Apollo esset Corinthi, vt Paulus, peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum, et inueniret quosdam discipulos, dixitque ad eos. Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque, si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, in Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizauit baptismo penitentie populum, dicens, in eum, qui venturus esset post ipsū, vt crederent, hoc est in Iesum. His auditis, baptizati sunt ī nomine domini Iesu. Et cū imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguis, et prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem synagogam cū fiducia loquebatur per tres menses, disputans, et suadens de regno Dei. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Tractus. Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, et veritas domini manet in eternum.

Secūdū Ioannē. Cap. xiiij



In illo tempore: Dixit domin⁹ Iesus Discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo Patrem, et aliū Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in eternū, spiritum veritatis, quē

quem mundus non potest accipere: quia nō videt eū, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, et mundus me iam non videt: Vos autem videtis me: quia ego vivo, et vos vivetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, ⁊ vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est, ꝙ diliget me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo: Et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. Offertoriū. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terre: sit gloria domini in secula, Alleluia, alleluia. Sacra

Munera Domine, quesumus, oblata sanctifica, ⁊ corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda: Per dominum nostrum Jesum Christum Filium tuū: qui tecum vivit, et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti, Deus per omnia. Prefatio. Qui ascendes super omnes celos. ⁊c. Communicantes. et Hanc igitur. Dicantur usq; ad dominicam in Trinitate exclusive. Cōmunicanda. Ultimo festinitatis die dicebat Jesus, qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aque vive: hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, Alleluia, alleluia. Post communione.

Sancti Spiritus, domine, corda nostra mundet infusio, et sui roris intima aspersione fecundet: Per dominum nostrum Jesum Christum Filium tuū, qui tecum vivit, ⁊ regnat, in unitate spiritus sancti deus. Ite, missa est: alleluia, alleluia.

¶ In die pentecostes ad aspersionem aque Añа Vidi aquam. ut supra i die pasche. Et dicat a presbytero. ℣. Spiritus domini replevit orbem terrarū, allelu. ℣. Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia. Cum salutatione. Oratio. Sācti Spūs dñe corda nostra.

¶ In die Pentecostes. Ad Missam. Officium. Tonus. 1.



Piritus domini repleuit orbem terrarũ (alleluia) ẽt hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Exurgat Deus, ⁊ dissipentur inimici eius, et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria Patri, ⁊ Filio. Gloria in excelsis.



Eus, qui hodierna die Oro. corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatiõe gaudere: Per dominum nostrum, Jesum Christum filium tuum, qui tecũ viuit, ⁊ regnat in vnitate eiusdem. ⁊c.

Actuũ apostoloꝝ. Ca. ij.

In diebus illis: Dum cõplerentur dies Pentecostes, erant omnes Discipuli pariter in eodem loco: Et factus est repente

de celo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehemētis, et repleuit totam domū, vbi erant sedentes: Et apparuerunt illis dispertite linguę, tāquam ignis, seditq3 supra singulos eorū. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et ceperunt loqui varijs linguis, prout Spirit⁹ sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Jerusalem habitantes Judęi viri religiosi ex omni natione, quę sub celo est. Facta autē hac voce, conuenit multitudo, et mente cōfusa est: quoniā audiebat vnusquisque lingua sua illos loquētes: Stupebant autem omnes, et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilei sunt? Et quomodo nos audiuim⁹ vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Elamite, et qui habitāt Mesopotamiam, Judęam, et Cappadociā, Pōtum, et Asiā, Phrygiā, et Pamphiliam, Egyptū, et partes Libyę, quę est circa Cyrenem, et aduenę Romani, Judęi quoq3, et proselyti, Cretes, et Arabes, audiuimus eos loquentes linguis nostris magnalia dei. Loco. ℟. dicantur tam hodie, quam per octauas hęc. Alleluia. ℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, et renouabis faciem terrę. Alleluia. ℣. Ueni sancte Spiritus, reple tuorū corda fidelium, et tui amoris in eis ignē accende. Et iste sequens. ℣. dicatur a p̄sbytero, qui celebrat versa facie ad chorū, et proijciat de manibus suis columbam albam, et iste primus. ℣. repetatur in choro, et post in organis, et postmodum dicatur tota prosa in organis alternatī. Prosa.



Sancti Spirit⁹ assit nobis gratia Que corda nostra sibi faciat habitacula, Expulsis inde cunctis vitijs spiritualibus. Spiritus alme illustrator omnium, Horridas nostrę mentis purga tenebras. Amator sancte sensatorū semper cogitatuum, Infunde vnctionem tuam clemens nostris sensibus. Tu purificator omniū flagitiorum spiritus, Purifica

nr̃i oculũ iterioris hìs: Ut videri supremus genitor possit a nobis: Mundi cordis quem soli cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti, vt preconia Christi precinuissent inclyta: Apostolos cõfortasti, vti tropheũ Christi per totum mundum veherent: Quanimabus viuificandis aquas fecundas: Tu aspirando das spirituales esse homines: Ipse hodie Apostolos Christi donans munere insolito, & cunctis in audito seculis, Huncdiem gloriosum fecisti, amẽ. Scd̃z Joã. ca. xiiij.



In illo tempore: Dixit dominus Jesus Discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: Et pater meus diliget eum, & ad eũ veniem⁹, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diliget me, sermones meos non seruat. Et sermonem quẽ audistis, non est meus, sed eius, qui misit me, Patris. Hec locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autẽ Spũs sanctus, quẽ mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quecun qz dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacẽ meã do vobis. Non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Nõ turbetur cor vr̃m, neqz formidet. Audistis, qz ego dixi vobis, vado, & venio ad vos. Si diligeritis me, gauderitis vtiqz, quia vado ad Patrẽ: qz Pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusqz fiat: vt cũ factũ fuerit, credatis. Jã non multa loquar vobiscũ. Uenit enim princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquã: Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrẽ, & sicut mãdatũ dedit mihi Pater, sic facio. Credo. Offertoriũ. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis, a tẽplo tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent reges munera, alleluia. Sacra. Muñra, qñs, dñe, oblata sanctifica, & corda nostra sancti spiritus illustratione confirma: Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, et regnat, ĩ vnitate eiusdem. Preta. Cõmũicãtes

et Hãc

et Hancigitur: vt supra. in vigil. Com. Factus est repête de celo sonus aduenientis spiritus vehemētis, vbi erāt sedētes, alla, et repleti sunt omnes Spiritu sācto loquētes magnalia Dei, Alleluia, alleluia. Post communi.

Sancti Spiritus, domine, corda nostra mundet infusio, et sui roris intima aspersione fecūdet. per dominum nostrum. In vnitate eiusdem. Ite missa est, alleluia, alla. Feria. ij. Offm.

Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia, et de petra melle saturauit eos, Alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Jacob. ℣. Gloria Patri, et Filio. Gloria in excelsis Deo. Oro.

Deus, qui apostolis tuis sanctum dedisti Spiritum, concede plebi tuę pię petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem, largiaris et pacem. Per. In vnitate. eiusdē spūs. Actuum Apostolorum. Capite. x.

In diebus illis. Aperiēs Petrus os suum dixit. Viri fratres, et patres, nobis pręcepit Dominus pędicare populo, et testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo iudex viuorum, et mortuorum. Huic omnes prophetę testimonium perhibent, remissionē peccatorū accipere per nomē eius omnes, qui credūt in eum. Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circūcisione fideles, qui venerant cum Petro, quia et in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquētes linguis, et magnificātes Deum. Tunc respōdit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest, vt nō baptizentur hi, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut et nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri Jesu Christi. Alleluia. ℣. Emitte Spiritum. Item. alla, et prosa dicātur sicut in die penteco. Secundū Joannē. Cap. iij

In illo tempore: dixit dominus Jesus discipulis suis. Sic Deus dilexit mundum, vt filiū suū vnigenitū

daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam. Non enim misit Deus filium suū in mundum, vt iudicet mūdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc autem est iudiciū, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: Erāt enim eorū mala opera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, et nō venit ad lucem: vt nō arguatur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucē, vt manifestētur eius opera, quia in Deo sūt facta. Credo. Offer. Intonuit de celo dn̄s, et altissimus dedit vocem suam, et apparuerunt fōtes aquarū, allā, allā. Sacra.

Propitius domine, quesumus, hec dona sanctifica, et hostie spiritualis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munus eternū. p. d. in vni. Prefa. et Cōmunicantes. et Hanc igitur. vt in vigil. Cō. Spūs sanctus docebit vos, alleluia, quecunq; dixero vobis, allā, allā. Post commu

Adesto, quesumus, dn̄e, populo tuo, et quē mysterijs celestibus imbuisti, ab hostiū furore defende. p

Ite, missa est, Alleluia, alleluia.

¶ Feria Tertia. Officium.



Accipite iucunditatē glorie vestre, allā, Gratias agētes deo, allā, qui vos ad celestia regna vocauit, alleluia, allā ℣. Exurgat deus, et dissipentur inimici eius, et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria Patri. Gl'ia in excelsis. Oro.

Adsit nobis, dn̄e, quesumus, virtus Spūs sancti, qui et corda nostra clemēter expurget, et ab omnibus tueatur aduersis. p. eiusdē. Actuū Apostolo. Cap. viij



In diebus illis. Cum audissent Apostoli, qui erāt in Jerosolymis, quia recepisset Samaria verbū Dei, miserunt ad eos Petrum, et Joanē. Qui cū venissent orauerunt pro ipsis, vt acciperēt Spiritū sctū. Nondū enim

enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum. Alleluia. ℣. Emitte Spiritum tuũ. etc. Item. Alleluia. et prosa sicut in die pentecostes. Secũdũ Ioannẽ. Capite. x



In illo tẽpore. Dixit dominus Iesus discipulis suis. Amen, amẽ dico vobis, qui nõ intrat per ostiũ in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, et latro. Qui autem intrat per ostiũ pastor est ouiũ. Huic ostiarius aperit, et oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, et educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, et oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem nõ cognouerunt, quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus. Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostiũ ouium. Omnes, quotquot venerũt, fures sunt, et latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur, et mactet, et perdat. Ego veni, vt vitam habeant, et abundantius habeant. Credo. Offertorium. Portas celi aperuit dominus, et pluit mãna, vt ederent: panem celi dedit illis, panem angelorum manducauit homo, Alleluia. Sacra. Purificet, quesumus, nos, domine, muneris presentis oblatio, et dignos sacra participatione perficiat Per dominum nostrum. I. C. f. t. q. t. v. et r. in vni. Prefatio et Communicantes. et Hanc igitur. vt supra in vigilia pentecostes. Commun. Spiritus, qui a patre procedit, alleluia, ille me clarificabit, alleluia, alleluia. Post commũi. Mentes nostras, quesumus, domine, Spiritus sanctus diuinis reparet

sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum Per dominum nostrũ. &c.
Ite, missa est, alleluia, alleluia.

¶ Feria quarta in quatuor tẽporibus. Offm.

D Eus, dũ egredereris coram populo tuo; Alleluia, iter faciẽs eis, allã, habitans in illis, allã, allã, ℣. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria Patri. Sine salutatiõe. Oro

M Entes nostras, quesumus, domine, Paracletus, qui a te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius; veritatem, Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdẽ.

Sapientie. Capite. j.

I N diebus illis. Dixit Salomon filijs Israel. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate, et in simplicitate cordis querite illũ: Quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum. Apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Peruerse enim cogitationes separant a Deo, probata autẽ virtus corripit insipientes. Quoniam in maleuolam animã non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim disciplinę sanctus effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quę sunt sine intellectu, et corripietur a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientię, et non liberabit maledictum a labijs suis: quoniam renum illius testis est Deus, et cordis eius scrutator est verus, et lingue illius auditor. Quoniam Spiritus domini repleuit orbem terrarum, et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Alleluia. ℣. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum in in spiritu, & veritate oportet adorare. Ista die non dicatur Alleluia. Emitte Spiritum tuum. Et hic dicitur. Glia i excelsis. Cum salutatione. Oratio.

P Resta, quesumus, omnipotens, et misericors Deus, vt Spiritus sanctus adueniens tẽplum nos glorię suę, dignanter inhabitãdo, perficiat. Per dominũ.

Actuũ Apostolorũ. Cap. ij



In diebus illis. Stans Petrus cum vndecim Apostolis eleuauit vocem suam, et locutus est eis dicens. Uiri Judei, et qui habitatis Jerusalem vniuersi, hoc notum vobis sit, et auribus percipite verba mea. Nō enim, sicut vos estimatis, hi ebrij sūt, cum sit hora diei tertia, sed hoc est, quod dictum est per prophetam Joel. Et erit in nouissimis diebus, dicit dn̄s: Effundā de spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filij vestri, et filie vestre, et iuuenes vestri visiones videbunt, et senes vr̄i somnia somniabūt. Et quidē sup seruos meos, et super ācillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursū, et signa in terra deorsum. Sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus, et manifestus. Et erit, omnis, quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Alleluia. V. Repleti sunt ōnes Spiritusancto, et ceperunt loqui magnalia Dei. Prosa vt in die. Secundū Joannē. Cap. vj



In illo tempore: Dixit dominꝰ Jesus Discipulis suis. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit a Patre, et didicit, vēit ad me. Nō quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est a Deo, hic vidit Patrem. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam eternā. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens, vt si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet

in eternum: Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Offertorium. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, et renouabis faciem terrę: sit gloria domini in seculum, Alleluia. Sacra.



Accipe, quesumus, domine munus oblatum, et dignanter operare, vt quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per dominum nostrum Jesum Christum. Prefa. et Communicãtes. et hanc igitur. vt in vigilia pentecost. tamen cum cantu feriali. Communi. Pacẽ meã do vobis, alleluia, pacem relinquo vobis, alleluia, alleluia. Post cõ

Sumentes, domine, cęlestia sacramenta, quęsumus clementiam tuam, vt quod tẽporaliter gerimus, eternis gaudijs consequamur. Per dominum nrm̃. Ite missa est, alla, alla. ¶ Feria quinta. Officium. Spũs dñi. vt supra in die penteco. et dicatur. Gloria in excelsis. Oro.

Concede, quesum⁹, omnipotens Deus, vt qui solemnitatem doni sancti spiritus colimus, cęlestibus desiderijs accensi fontem vitę sitiamus, dominum nostrũ Jesum Christum f. t. q. t. v. et regn. in vnitate eiusdem. Actuũ apostolorũ. Ca. viij

In diebus illis. Philippus descendens in ciuitatem Samarię prędicabat illis Christum. Intendebãt autem turbę ijs, quę a Philippo dicebantur, vna nimiter audientes, et videntes signa, quę faciebat. Multi enim eorum, qui habebãt spiritus immundos, clamãtes voce magna exibant. Multi autem paralytici, et claudi curati sunt. Factum est ergo magnum gaudium in illa ciuitate. In loco ℟. dicatur. Alleluia. ℣. Emitte Spiritum tuum. Alleluia. ℣. Non vos relinquam orphanos, vado, et venio ad vos, et gaudebit cor vestrum. P[illegible] in pẽtecostes. Secundum Lucam. Capit. ix.



In illo tẽpore: conuocatis Jesu duodecim apostolis, dedit illis virtutem, et potestatẽ super omnia demonia, et vt lãguores cura

curaret. Et misit illos predicare regnũ Dei, et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq3 virgã, neq3 peram, neq3 panẽ, neq3 pecuniã, neq3 duas tunicas habeatis. Et in quãcũque domũ intraueritis, ibi manete, et inde ne exeatis. Et quicunq3 nõ receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibãt per castella euangelizantes, & curantes, vbiq3 Offertorium & cõmun. require i die penteco.

Propitius, quesumus, domine, hec dona sanctifica, et hostie spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munꝰ eternum: Per dominũ. Prefa. et cõmunicãtes vt supra in vig. pentecostes. Post com.

Presta, quesumus, omnipotens deus, vt a nostris mẽtibus carnales amoueat Spiritus sanctus affectus, et spiritualia nobis dona potenter infundat: Per dominum nostrum Jesum. Ite, missa est. Alleluia, alleluia.

Feria Sexta. Officium.

Repleatur os meum laude tua, alleluia, vt possim cantare, alla, gaudebũt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, alleluia. ℣. In te domine speraui, nõ confundar in eternum, in iustitia tua libera me. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio

Da, quesumus, ecclesie tue misericors Deus, vt Spiritu sancto congregata hostili nullatenus incursione turbetur. Per dñz

Actuũ Apostol. Capitu. ij.

In dieb' illis. Aperiẽs Petrus os suum dixit. Uiri Israelite, audite verba hec. Jesum Nazarenum virum approbatum a Deo in vobis virtutibus, et prodigijs, & signis, que fecit per illum Deus in medio vestri, sicut scitis. Hunc definito cõsilio, et prescientia Dei, traditum per manus iniquorũ affligẽtes interemistis. Quẽ Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illũ ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebã dominum in conspectu meo semper,

quoniam a dextris est mihi, ne cōmouear. Propter hoc letatum est cor meum, et exultauit lingua mea, insuper et caro mea requiescet ī spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite, replebis me iucunditate cum facie tua. Loco R. Alleluia. V. Emitte Spiritum tuum, & creabūtur, & renouabis faciem terre. Alleluia. V. Spiritus, vbi vult, spirat, & vocem eius audis, & nescis, vnde veniat, aut quo vadat. Prosa vt supra in die pente.

Secundū Lucam. Capi. v.

In illo tempore: factum est in vna dierum, & dominus Jesus sedebat docēs. Et erāt Pharisei sedentes, et legisdoctores, qui venerant ex ōni castello Galilee, et Judee, & Jerusalē, et virtus erat domini ad sanandū eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, et querebant cum inferre, et ponere ante eum. Et non inuenientes, qua parte illū inferrent pre turba, ascenderūt supra tectum, et per tegulas summiserūt illum cum lecto in medium ante Jesum. Quorum fidem vt vidit Jesus, dixit. Homo, remittūtur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe, & Pharisei dicētes. Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? At cognouit autem Jesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere surge, & ambula? Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatē ī terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge: Tolle lectum tuū, & vade in domum tuam. Et confestim consurgens corā illis tulit lectum, in quo iacebat, et abijt in domum suam magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes, et magnificabant Deum. Et repleti sunt timore dicētes, quia vidimus mirabilia hodie. Offertorium. Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea, psallam Deo

meo

meo, quãdiu fuero, alla. Sacra.

Acrificia, domine, tuis oblata conspectibus ignis ille diuinus assumat: qui discipulorũ Christi filii tui per Spiritum sanctũ corda succendit: per eũdẽ. d. n. J. x. s. t. q. t. v. r. in. v. eiusdem. Prefa. et Cõmunicantes. et Hãc igitur. vt supra in vigilia pente. Cõ. Spiritus, vbi vult, spirat, et vocem eius audis alla: et nescis, vnde veniat, aut quo vadat, alleluia, alla, alleluia.

Umpsim⁹ do- Posto. mine, sacri dona mysterii humiliter deprecantes, vt que in tui cõmemoratiõe nos facere precepisti, in nostre proficiant infirmitatis auxiliũ: Qui vi. Ite, missa est, alla, alla. ¶ Sabbato õ trinitatis. Ad missam. Officium.

Charitas Dei diffusa est ĩ cordibus nostris, alla, per inhabitantẽ spiritum eius ĩ nobis, alla, alla. ℣. Dñe dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria De quinque orationes dicatur sine salutatione. Orõ.

Entibus nostris, quesumus, dñe, spiritum sanctũ benignus infunde: cuius et sapientia conditi sumus, et prouidentia gubernamur: p dñs. in vni. eiusdẽ Lectõ i. Joe. pphe. Cap. ii.

Ec dicit dñs. Effundã Spiritum meũ super omnem carnem, et prophetabunt filij vestri, et filie vestre: Senes vestri sõnia sõniabunt, et iuuenes visiões videbunt. Sed et super seruos meos, et ancillas in diebus illis effundam Spiritũ meũ, et dabo prodigia in celo, et in terra sanguinem, et ignem, et vaporẽ fumi. Sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinem, anteq̃m veniat dies dñi magnus, et horribilis. Et erit: omnis q inuocauerit nomen dñi, saluus erit. ℟. ℣. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Oratio.

Llo nos igne, quesumus, Domine, Spiritus sanctus inflammet, quem domin⁹ noster Jesus Christus misit in terram, et voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit, et regnat ĩ

vnitate eiusdem. Lectio. ij:
Leuitici. Capite xxiij
In diebus illis, Locutus est dñs ad Moysen dicens. Loquere filijs Israel, et dices ad eos. Cum ingressi fueritis terrã, quã ego dabo vobis, et messueritis segetẽ, feretis manipulos spicarũ primitias messis vr̃e ad sacerdotẽ. Qui eleuabit fasciculũ corã dño: vt acceptabilis fit pro vobis altero die sabbati, et sanctificabit illũ. Numerabitis ergo ab altero die sabbati, ĩ quo obtulistis manipulũ primitiarum, septẽ hebdomadas plenas, usqȝ ad alterã diẽ expletionis hebdomadę septimę, id est quinquaginta dies: et sic offeretis sacrificium nouũ dño ex omnibus habitaculis vestris. Panes primitiarũ duos de duabus decimis similę fermentatę: quos eleuabit sacerdos coram dño: Et vocabitis hunc diẽ celeberrimum, atqȝ sãctissimũ. Omne opus seruile non facietis in eo: Legitimum sempiternũ erit in cunctis habitaculis vestris. Ait dñs omnipotens. Alla. ℣. Loquebãtur varijs linguis Apostoli magnalia Dei. Oratio
Deus, qui ad animarũ medelã ieiunij deuotiõe castigari corpora præcepisti, concede nobis propitius, et mente, et corpore semper tibi esse deuotos: per dñm.
Lectõ iii. Deute. Ca. xxvj.
In diebus illis: Dixit Moyses. Audi Israel q̃ ego p̄cipio tibi hodie. Cũ intraueris terrã: q̃z dñs deꝰ tuus daturꝰ est tibi possidẽdã, et obtinueris eã, atqȝ habitaueris in ea, tolles de cũctis frugibꝰ tuis primitias, et pones in cartallo: Pergesqȝ ad locũ, quẽ dñs deus tuꝰ elegerit, vt ibi inuocẽ nomẽ eius: Accedesqȝ ad sacerdotem, qui fuerit in diebꝰ illis, et dices ad eum. Profiteor hodie coram dño deo tuo, quod ingressus sum in terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis. Suscipiẽsqȝ sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare dñi dei tui, et loqueris in conspectu Dñi dei tui. Syrus persequebat̃ patrem meum, qui descẽdit in Egyptum, et ibi peregrinatꝰ

natus est in paucissimo numero: creuitq3 in gentē magnā, ac robustam, ꝛ infinite multitudinis. Affixerunt que nos Egyptij, et persequuti sunt imponentes onera grauissima: ꝛ clamauimꝰ ad dominum deum patrum nostroꝝ: qui exaudiuit nos, et respexit humilitatem nostrā, et laborē, atq3 āgustiā, et eduxit nos de Egypto in manu forti, ꝛ brachio extento, in ingenti pauore, in signis, atq3 portentis, ꝛ introduxit ad locum istum, ꝛ tradidit nobis terram lacte, et melle manātem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terre, quā dñs deus dedit mihi. Et dimitte eas in conspectu dñi dei tui, ꝛ adorato dñō deū tuū: epulaberis in omnibus bonis, que dñs deus tuus dederit tibi. Alla. V. Non vos relinquam orphanos, vado, ꝛ venio ad vos, et gaudebit cor vestrum. Oratio.

Presta, qšs, omnipotens deus, vt salutaribus ieiuniis eruditi, ab omnibus etiam vitijs abstinentes, propitiationem tuā facilius impetremus: p dñm.

Lectō. iiij. Leuitici. ca. xxvj.

In diebus illis: Dixit dñs ad Moysen. Si in preceptis meis ambulaueritis, ꝛ mandata mea custodieritis, ꝛ feceritis ea, dabo vobis pluuias tēporibꝰ suis, ꝛ terra gignet germen suum, ꝛ pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiā, ꝛ vīdemia occupabit semētē: et comedetis panem vestrum in saturitate, et absq3 pauore habitabitis in terra vestra: Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, ꝛ nō erit, qui exterreat. Auferā malas bestias, ꝛ gladius nō transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, ꝛ corruent coram vobis: Persequentur quinque de vestris centū alienos, et cētum ex vobis decē milia: Cadent inimici vestri in cōspetu vestro gladio. Respiciā vos, ꝛ crescere faciā: multiplicabimini, ꝛ firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterū, ꝛ vetera nouis superuenīetibus projicietis. Ponā tabernaculū meū in medio

vestri, et non abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, et ero vester deus, vosq; eritis populus me⁹. Dicit domin⁹ omnipotēs. ℟. Ita. ℣. Spirit⁹ est deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Oratio.

Presta, quēs, omnipotens deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere, vt a vitijs irruētibus pariter ieiunemus: Per dñm. Lcō v. Danie. iij. ca.iij.



In diebus illis, Angelus dñi descēdit cum Azaria, & socijs eius in fornacem: Et excussit flāmam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventū roris flātē. Et effundebatur flāma sup fornacē cubitis q̄dragīta nouē, & erupit, & incēdit, quos reperit iuxta fornacē de chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neq; cōtristauit, nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabāt, et glīficabāt, & benedicebāt deū, in fornace dicētes. Bñdictus es, dñe deus patrū nrorū, & laudabilis, & superexaltatus in seeula. ℟. R. ℣. Repleti sunt omēs spiritu sācto, et ceperunt loqui magnalia Dei. Dic dicatur. Gloria in excelsis et dñs vobiscum. Oro.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flāmas ignium, cōcede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorū. Ad Roman. v.

Fratres: Justificati ergo ex fide pacē habeamus ad Deū per dñm nrm Jesum Christū: per quē habemus accessum per fidē in gratiā istā, in qua stamus, & gloriamur ī spe glorie filiorum dei. Nō solū autē, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiā operatur, patiētia autē pbationē, probatio vero spem, spes autē nō confundit. Qz charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sāctū, qui datus est nobis. Alleluia. ℣. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Prosa sicut in die penteco.

Scdm Lucam. Capite.iiij.



In illo tempe: surgēs Jesus de synagoga introiuit in domum Simonis. Socr⁹ autē Simonis tenebat magnis febrib⁹. Et rogauerūt illū p͛o ea. Et stās super illā īperauit febri, et dimisit illā: Et cōtinuo surgēs ministrabat illis. Cū autē sol occidisset, oēs, qui habebāt infirmos varijs lāguorib⁹, ducebāt illos ad eū. At ille singulis manus imponēs curabat eos. Exibāt autē demonia a multis clamantia, & dicētia, quia tu es fili⁹ dei. Et īcrepās nō sinebat ea loqui: quia sciebant, ipsū esse xp̄m. Facta autē die, egressus ibat in desertum locū, & turbe requirebāt eum. Et venerunt vsq3 ad ipsum, & detinebant illū, ne discederet ab eis. Qui bus ille ait: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei. Offer. Emitte spūz tuū, & creabunt, & renouabis faciē trre: sit glīa dñi ī scla, alla.

Munera, qs, dñe. Sacr. oblata sāctifica, nosq3 a peccatorū nr̄orū maculis emūda: p. Prefa. & Cōicantes. & Hācigit. vt supra ī vigi. pēte. Cō. Nō vos relinquā orphanos, veniā ad vos iterū, alla, & gaudebit cor vestrū, alla. Postcō.

Prebeāt nobis, dñe, diuinū sancta feruorem: quo eorū pariter & actu delectemur, et gustu: Per dñm. Ite, missa est: alleluia, alleluia.

Dñica in trinitate que ē prima post pētecostē. Officiū.

Benedicta sit To.8. sancta trinitas, atq3 indiuisa vnitas, cōfitebimur ei: quia fecit nobiscū miam suā. ℣. Bñdicam⁹ Patrē, & Filiū, cū scō Spū: laudem⁹, & superaltem⁹ eū in secula. ℣. Gloria Pri. G̃ Ría in ex. Oro

Omnipotens sempiterne de⁹, qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne Trinitatis gloriā agnoscere, & in potētia maiestatis adorare vnitatem, q̄sumus, vt eiusdē fidei firmitate ab omnib⁹ semper muniamur aduersis: Per dominū nr̄m

Apocaly. Capite.iiij.

In diebus illis, Uidi ostiū apertum ī celo. Et vox prima, quā audiui, tanquā

tubę loquētis mecū dicens. Ascēde huc, ⁊ ostendā tibi, quę oportet fieri cito. Post hęc statim fui ī Spū. Et ecce sedes posita erat in cęlo, et supra sedē sedens. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis Jaspidis, ⁊ sardini, et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinę. Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, ⁊ sup thronos viginti quatuor seniores sedentes circūamicti vestimentis albis, et in capitibus eorū coronę aureę. Et de throno procedebant fulgura, ⁊ voces, ⁊ tonitrua, ⁊ septē lāpades ardentes āte thronū, qui sunt septē spūs dei. Et in cōspectu sedis tāquā mare vitreū simile cryſtallo: ⁊ in medio sedis, ⁊ in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante, ⁊ retro. Et animal priūū simile Leoni: ⁊ secundū animal simile vitulo: ⁊ tertiū animal habēs faciē quasi hominis: et q̄rtū animal simile aquilę volāti. Et quatuor animalia, singula eorū habebāt alas senas in circuitu, ⁊ intus plena sunt oculis: Et requiē non habebant die, ac nocte dicentia. Sāctus, sanctus, sanctus, dñs deus omnipotēs, qui erat, ⁊ qui est, ⁊ qui venturus est. Et cum darēt illa animalia gloriā, ⁊ honorē, ⁊ benedictionē sedēti super thronū viuēti in secula seculorū, pcidebāt viginti q̄tuor seniores ante sedentē in throno, ⁊ adorabāt viuētē in secula seculorū. ℟. Bñs es, dñe, qui intueris abyssos, ⁊ sedes sup cherubim. ℣. Bñdicite deum celi, q: fecit nobiscū misericordiam suā. Alla. ℣. O veneranda Trinitas, o adoranda vnitas, o pfecta deitas, o claritas lūinis, Per oēs. All. ℣. Qualis Pater, talis Filiꝰ, talis Spūs sctūs

Secundū Joanē. Capi. iij.



In illo tēpore: Erat homo ex Phariseis Nicodemꝰ nomie princeps Judęorū. Hic vēit ad Jēsum nocte, ⁊ dixit ei. Rabbi, scimus, quia a Deo venisti magister. Nemo enī potest hęc signa facere, q̄ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respondit Jesus, et dixit ei. Amē,

Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Nunquid potest in ventrẽ matris suę iterato introire, et renasci? Respondit Jesus. Amen, amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua, et spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne, caro est: et quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult, spirat, et vocẽ ei⁹ audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: Sic est oĩs, qui nat⁹ est ex Spũ. Respondit Nicodemus, et dixit ei. Quomodo possunt hęc fieri? Respõdit Jes⁹, et dixit ei. Tu es magister ĩ Israel, et hęc ignoras? Amen, amẽ dico tibi, q2 qđ scimus, loquimur, et testimoniũ nr̃m nõ accipitis. Si terrena dixi vobis, et nõ creditis, quomodo si dixero vobis celestia, credetis? Et nemo ascẽdit ĩ celũ, nisi, q descẽdit de celo, filius hoĩs, qui est in celo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam eternam.

Offertorium. Benedictus sit Deus Pater, vnigenitusque Dei Filius, Sanctus quoque Spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Sacra. Sanctifica, quęsumus, domine Deus noster, per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam, et per ea nos metipsos tibi perfice munus eternũ: Per.

Prefa. Qui cum vnige.

Cõ. Benedicimus deum celi, et coram omnibus viuentibus cõfitebimur ei: quia fecit nobiscũ misericordiã suã.

Post cõ. Proficiat nobis ad salutem corporis, et animę, domine deus, huius sacramenti susceptio, et sempiterne sanctę Trinitatis, eiusdẽq3 indiuiduę vnitatis confessio: P. Ite, missa est.

Et nota, quod istis tribus dieb⁹ sequẽtibus sc3 fer. ij. iij. et iiij, offiñ, et oĩa alia dicũtur sicut in die Trinitatis.







¶ Feria quinta in die Eucharistię. Ad missam. Offīn. Ton⁹. 2.



Ibauit eos ex adipe frumenti (alleluia) et de petra melle saturauit eos, Alleluia, alleluia, allā. ℣. Exultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob. ℣. Gloria Prī Gloria ī excelsis Orō.





Eus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuę memoriā reliquisti, tribue, quęsumus, ita nos corporis, & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter sentiamus: Qui viuis, et regnas.

Ad Corinthios. Cap. xj.



Ratres, Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis. Quoniā dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit







panem, et gratias agens fregit, et dixit. Accipite, et mãducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter, et calicem, postquam cenauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam commemoratiõem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortẽ domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem, ⁊ biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, ⁊ sic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim mãducat, et bibit indigne, iudicium sibi manducat, ⁊ bibit, non diiudicãs corpus domini. ℟. Oculi omnium in te sperant, domine, ⁊ tu das illis escam in tẽpore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, ⁊ imples omne animal benedictione. Alleluia. ℣. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo. Prosa.

De Christi corpore tãta solennia solenni decore colat ecclesia, mundoque pectore soluatur gloria tan mundo corpori. Hoc est cibarium vere reficiens, panis celestium de celo veniens, Christi martyrium infigi faciens deuoto memori. Hic panis glorię, hoc vitę pabulum, perennis patrię dans habitaculum, sic cibo gratię saginat famulum, quod nõ esuriet. Hic cib⁹ celicus sub lege latuit: sed iam Angelicus panis enituit, iam rex pacificus se panem prębuit, vt pane satiet. Hic carens carie caro dignoscitur, cuius munditie munda mens alitur: agnus quotidie mundus hic oritur mundans a vitio. Qui, licet iugiter fiant mysteria, sua totaliter stat in substantia, totus equaliter in celi regia, totus altario. Esus a pluribus semel, vel sępius, vnus est

omnibus, idem non alius, de tot edentibus nullus est amplius, sed quisque pariter. Quod clausum tenuit manna, iam reserat, nam plus non habuit, qui plus collegerat: eque distribuit, quod eque dederat eternus arbiter. Sane per omnia non est res similis: manna post spatia res erat labilis, sed Christus hostia incorruptibilis manet in secula. Cuius perpetui panis, et sanguinis, sic mensa perfrui nos det fons luminis, ut stolis indui possimus geminis post hec curricula. Amē. Scd'z Ioā. Capi. vj.



In illo tempore: Dixit dominꝰ Iesus discipulis suis, et turbis Iudeorū. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, et bibit meū sanguinem in me manet, et ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, et ego viuo propter Patrem. Et qui manducat me, et ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt Patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in eternum. Credo. Offertorium. Sacerdotes domini incensum, et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo, et non polluent nomen eius. Alleluia. Sacra.

Ecclesie tue, quesumꝰ, domine, vnitatis, et pacis propitius dona concede, que sub oblatis muneribus mystice designantur: Per dominum nrm Iesum Prefa. Quia per incarnati. Commu. Quotiescunqz manducabitis panem hunc, et calicē bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat: itaqz quicunque manducauerit panem, et biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, et sanguinis domini, alleluia. Post commū.

Fac nos, quesumus, domine diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quam pretiosi corporis, et sanguinis tui temporalis

poralis perceptio prefigurat: Qui viuis. Ite, missa est. Per octauas omnia dicantur, vt i die, etiam in die dominica, que est ij. post pẽte. ¶ Et feria vj. post octauas expletas dicatur Missa de Trinitate: et non dicitur. Gl'ia in ex. Sabbato d virg.

¶ Dñica iij. post penteco. Ad missam. Offm. Ton. 5.



Domine, i tua miseri cordia speraui: exultauit cor meũ i salutari tuo: cãtabo domino, qui bona tribuit mihi. ℣. Usquequo, domine, obliuisceris me in finem, vsquequo auertis faciẽ tuam a me? ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris, & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, presta auxilium gratie tue: vt in exequẽdis mãdatis tuis, et voluntate tibi, & actione placeamus: Per. Dicãtur due clausule, vt sup. Lctõ eplẽ bti Io. Aplĩ. j. ca. iiij.

Charissimi: Deus charitas est: i hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mũdum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, et charitas ei in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, et testificamur, quoniam Pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis cõfessus fuerit, quoniã Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credimus charitati, quam habet deus in nobis. Deus charitas est,

et qui manet in charitate, i deo manet, & deus in eo. In hoc pfecta est charitas dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor nõ est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor penam habet. Qui autẽ timet, non est perfectus i charitate. Nos ergo diligamus deum, quoniã deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniã diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui eni non diligit fratrem suum, quẽ videt, deum, quem nõ videt, quomodo potest diligere? Et hoc mãdatum habemus a deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suũ. ℟. Ego dixi, dñe miserere mei, sana aiam meã, qm̃ peccaui tibi. ℣. Beat⁹, qui intelligit super egenũ, & pauperẽ, in die mala liberabit eũ dñs. Alla. ℣. Verba mea aurib⁹ pcipe, dñe, intellige clamorem meum. Secundum Lucã. Capi. xvj.



In illo tempore: Dixit Dominus Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues, qui iduebatur purpura, & bysso, et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiẽs saturari de micis, que cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autẽ, vt moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahe. Mortuus est autem & diues, & sepult⁹ est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit. Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meã: quia crucior i hac flamma. Et dixit illi Abraham. Fili, recordare, quia recepisti bona i vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autẽ hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus, inter nos,

nos, et vos chaos magnũ firmatum est: vt ij, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neq; inde huc trasmeare. Et ait. Rogo ergo te, pater, vt mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormẽtorum. Et ait illi Abrahã. Habent Moysen, et prophetas, audiant illos. At ille ait. Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent. Ait autẽ illi. Si Moysen, et Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexit, credent. Credo. Offerto. Intende voci orationis meę, rex meus, et Deus meus, quoniam ad te orabo, domine. Sacra. Hostias nostras, quęsumus, domine, tibi dicatas placatus assume, & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium: Per dominum nostrum Jesum. Presa. vsualis. Commun. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor, & exultabo in te, & psallã nomini tuo altissime. Post cõ.

Sumptis, domine, repleti muneribus, presta, quęsum⁹, vt & salutaria dona capiamus, & ad tua nunquam laude cessemus: Per. Ite, Missa est. Nota, quod ab ista fer. ij. vsque ad aduẽtũ domini dr̃ missa isto modo, cum non sit festum. Fer ij. dicatur missa de angelis. Feria iij. dr̃ missa de Trinitate. Feria iiij. dicatur missa de dominica precedente. Feria v. dicatur Missa de Spiritu sãcto. Feria vj. dicatur missa de Cruce. Sabbato dicitur missa de beata Uirgine. ¶ Dñica iiij. Ad missam. Officium. Tonus. i

Fact⁹ est dñs protector me⁹, & eduxit me ĩ latitudinẽ saluũ me fecit, qm̃ voluit me. V. Diligam te: dñe: fortitudo mea: dñs firmamẽtũ meũ, & refugium meũ, & liberator meus. V. Gl̃ia pr̃i. Gloria in excelsis. Oratio. Sancti nñs tui, dñe, timorẽ pariter et amorẽ fac nos habere ppetuũ: q; nunquã tua gubernatiõe destituis, quos in soliditate tuę dilectionis instituis: Per. Joã. apostoli j. Capite. iij.



Charissimi, Nolite mirari, si odit vos mũdus: nos scimus, quoniam trãslati sumus de morte ad vitã, quoniã diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida nõ habet vitam eternam in se manẽtem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, ꝛ nos debemus pro fratrib⁹ animas ponere. Qui habuerit substantiam hui⁹ mundi, ꝛ viderit fratrẽ suũ necessitatem habere, ꝛ clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet ĩ eo? Filioli mei, non diligamus verbo, nec lingua, sed opere, ꝛ veritate. ℟. Ad dñꝫ cũ tribularer, clamaui, ꝛ exaudiuit me. ℣. Dñe, libera animam meam a labijs iniquis, ꝛ a lingua dolosa. Alla. ℣. Diligã te, dñe, virtus mea: dñs firmamẽtũ meũ, ꝛ refugiũ meũ, ꝛ liberator meus. Secundũ Lucã. Cap. xiiij

In illo tẽpore: Dixit dominus Jesus discipulis suis similitudinem hãc. Homo quidã fecit cenã magnã, ꝛ vocauit multos. Et misit seruum suũ hora cenę dicere inuitatis, vt venirẽt, quia iã parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Uillã emi, et necesse habeo exire, et videre illã: Rogo te, habe me excusatũ. Et alter dixit: Juga boũ emi quinꝗ, ꝛ eo probare illa: Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Uxorem duxi, ꝛ ideo nõ possum venire. Et reuersus seruus nuntiauit hec dño suo. Tunc iratus Paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito ĩ plateas, ꝛ vicos ciuitatis, et pauperes, ac debiles, ꝛ cecos, et claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est, vt imperasti, et adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias, ꝛ sepes, et compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sũt, gustabit cenam meã. Credo.

Credo. Offer. Factus est dominus firmamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus: ⁊ sperabo in eum. Sacra. Hec oblatio nos, domine, tuo nomini dicanda purificet, et de die in diem ad cęlestis vitę trāsferat actionem: Per dominum nr̄m. Prefatio vsualis. Comūn. Cantabo domino, qui bona tribuit mihi, ⁊ psallam nomini domini altissimi. Post communī. Sumptis muneribus, domine, quęsumus, vt cum frequentatione mysterij crescat nostrę salutis effectus: Per. Ite, missa est.

¶ Dominica quinta. Ad Missam. Officium. To. 6.

Respice ī me, ⁊ miserere mei domine, quoniam vnicus, ⁊ pauper sum ego: vide humilitatem meā, et laborem meū, et dimitte om̄ia peccata mea de⁹ meus. ℣. Ad te, domine, leuaui animam meam: deus meus in te cōfido, non erubescam. ℣. Glia Gloria in excelsis. Orō. Deprecationē nostrā, quęsumus, domine, clemēter exaudi: ⁊ quibus supplicandi prestas affectum, tribue defensionis auxilium: Per dominum nr̄m Jesum

Petri apostoli prima. ca. v



Charissimi, Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis, Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eū: quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, ⁊ vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiēs circuit, quęrens, quē deuoret. Cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionē ei, quę in mundo est, vr̄ę fraternitati fieri. Deus autē omnis gratię, qui vocauit nos in ęternā suā gloriā in Christo Jesu, modicū passos ipse perficiet, cōfirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, ⁊ imperiū in secula seculorum. ℟. Jacta cogitatum tuum ī domino, et ipse te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dn̄m, exaudiuit vocem meā

ab ijs, qui appropinquant mihi. Alleluia. ℣. Domine, in virtute tua letabitur rex, et super salutare tuum exultabit vehementer

Secundũ Lucã. Capi. xv.



In illo tempore: Erãt appropinquãtes ad Jesum publicani, et peccatores, vt audirẽt illum. Et murmurabant Pharisei, et scribe dicentes. Quia hic peccatores recipit, et mãducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicẽs. Quis ex vobis homo, qui habet cẽtum oues, et si perdiderit vnam ex illis, nõne dimittit nonaginta nouem in deserto, et vadit ad illã, que perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, Et veniens domum conuocat amicos, et vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, que perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmã vnã, nonne accendet lucernam, et euertit domum, et querit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, cõuocat amicas, et vicinas dicens. Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore penitentiã agẽte. Credo. Offerto. Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum, domine, quoniam non derelinquis querentes te: psallite Domino, qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationes pauperum. Sacra. Munera, dñe, oblata sãctifica: vt tui nobis vnigeniti corpus, et sanguis fiat: per eundem. Prefa. vsua. Cõ. Ego clamaui, quoniã exaudisti me, deus: inclina aurẽ tuã, et exaudi verba mea. Postcõ. Hec nos cõmũio, dñe, purget a crimine, et celestis

reme

remedij faciat esse cõsortes: Per eũdem dominum nostrum Jesum. Ite, missa est.

Dominica sexta. Ad missam. Officium. Tonus .2.



Ominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? dominus defensor vite mee, a quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. ℣. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio



Rotector in te sperantium deus (sine quo nihil est validũ, nihil sanctũ) multiplica super nos misericordiam tuã: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona tẽporalia, vt non amittamus eterna: Per dominum nostrum Jesum.

Ad Romanos. Capi. viij.



Ratres, Existimo enim, quod nõ sunt cõdigne passiões huius tẽporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationẽ filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eã in spe: quia & ipsa creatura liberabit a seruitute corruptiõis in libertatem glorie filiorũ dei. Scimus enĩ, quod omnis creatura ingemiscit, et parturit vsq₃ adhuc. Nõ solum autẽ illa, sed & nos ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorũ dei, expectãtes redẽptionem corporis nr̃i, In xp̃o Jesu dñ̃o nr̃o. ℟. Propitius esto, dñe, pctis nr̃is, neq̃ndo dicãt gẽtes, vbi est deus eorũ? ℣. Adiuua nos, de⁹ salutaris nr̃, & ꝓpter honorẽ nĩs tui, dñe, libera nos. All'. ℣. In te, domine, speraui, nõ cõfundar in eternũ: in iustitia tua libera me, & eripe me: inclina aurẽ tuã ad me, accelera, vt eruas me. All'. ℣. Beati, quorũ remisse sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Secundum Lucã. Capite. vj.



N illo tempore: Dixit dominus Jesus discipulis suis. Estote ergo misericordes, sicut & Pr

vester misericors est. Noli te iudicare, et non iudicabimini. Nolite condemnare, et non condēnabimini: Dimittite, et dimittemini: Date, et dabitur vobis. Mensuram bonam, et cōfertam, et coagitatam, et super fluē tem dabunt in sinum vrm. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Nunquid potest cecus cecum ducere? Nōne ambo in foueā cadunt? Non est discipulus super magistrū. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, que in oculo tuo est, non cōsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine, eijciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies, vt educas festucā de oculo fratris tui. Credo. Offertorium. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eū.

Respice, dñe, que Sac. sumus, munera supplicātis ecclesie, et salutari credentium perpetua sanctificatione sumenda concede: Per. Prefa. vsua. Cō. Dñs firmamētū meū, et refugiū meū, liberator meus, deus meus adiutor meus. Post commu

Sancta tua nos, dñe, sūpta viuificent, et misericordie sempiterne pparent expiatos: Per. Ite, missa est.

Dominica vij. Officium



Ton. 4. Exaudi domine vocē meam, q clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me, deus salutaris meus. ℣. Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo? ℣. Glia Pri: Sicut erat in prīc. Oro.

Da nobis, domine, que sumus, vt et mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur, et ecclesia tua tranquilla deuotione letet: Per dñm. Lectio Epistole beati Petri aplī. j. Cap. iij.

Charissimi



Charissimi, Omnes vnanimes estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Non reddentes malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto: Sed econtrario benedicentes. Quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditatis possideatis. Qui enim vult vitã diligere, et videre dies bonos, coerceat linguã suã a malo, et labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo, et faciat bonum, inquirat pacem, et sequatur eam: quia oculi domini super iustos, et aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis? Sed, et si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Christũ sanctificate in cordibus vestris. ℟. Protector noster aspice deus, et respice super seruos tuos. ℣. Domine Deus virtutum, exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia. ℣. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.

Secundum Lucã. Cap. v.



In illo tempore: Cum turbe irruerent in Iesum, vt audirẽt verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, et lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, que erat Simõis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autẽ loqui, dixit ad Simonem. Ducĩ altum, et laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi. Preceptor, per totã noctẽ laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam.

Rumpebatur autem rete eorum, et annuerunt sociis, qui erant in alia naui, vt venirēt, ꝛ adiuuarent eos. Et venerunt, et impleuerunt ambas nauiculas ita, vt pene mergerētur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu dicens. Exi a me, domine, quia homo peccator sū. Stupor enim circundederat eum, ꝛ omnes, qui cum illo erant in captura pisciū, quam ceperant. Similiter autem Jacobum, et Joannem, filios Zebedei, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Jesus. Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sūt eum. Credo. Offertorium. Benedicam dominum, qui mihi tribuit intellectum: prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Sacra. Oblationibus nostris, quesumus, Domine, placare susceptis, et ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates: Per dominum nr̄m Jesum Prefa. vsualis. Commun. Unam petij a domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus dieb⁹ vite mee. Mysteria nos, Post cō. domine, sancta purificent, et suo munere tueantur: Per dominum nostrū Jesum te, missa est. Dñica viij. Ad missam. Offi. Ton⁹. 2.

Esto mihi in deum protectorem...

Dominus fortitudo plebis sue, et protector salutarium Christi sui est: saluū fac populum tuum domine, ꝛ benedic hereditati tue, ꝛ rege eos vsqꝫ in seculum. ℣. Ad te, domine, clamabo, de⁹ meus ne sileas a me, nequando taceas a me, ꝛ assimilabor descendentibus in lacum. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro

Deus, qui diligētibus te bona inuisibilia preparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectū: vt te in omnibus, et super omnia diligētes promissiones tuas, que omne desideriū superant, cōsequamur: Per dominum nr̄m Jesum Ad Romanos. Capite. vi.

Fres

FRatres. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriã Patris, ita & nos i nouitate vite ambulemus. Si enim complãtati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc sciẽtes, quia vetus homo noster simul crucifix⁹ est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra nõ seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cũ Christo, credimus, quia simul etiam viuemus cũ Christo. Sciẽtes, quod Christ⁹ resurgẽs ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra nõ dõminabit. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Qd autem viuit, viuit Deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidẽ esse peccato, viuentes autem Deo, in Christo Iesu domino nostro. ℟. Cõuertere, dñe, aliquantulum, et deprecare super seruos tuos. ℣. Dñe, refugium, factus es nobis a generatione, et progenie. Alla ℣. Magnus est dominus, et laudabilis valde in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Secundum Matth. Capi. v.



IN illo tẽpore: Dixit dñs Iesus discipulis suis. Amẽ dico vobis, quia nisi abũdauerit iustitia vestra plusquam scribarũ, & Phariseorũ, nõ intrabitis in regnũ celorum. Audistis, quia dictũ est antiquis, non occides, qui autẽ occiderit, re⁹ erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia omnis, qui irascit fratri suo, re⁹ erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo, rhaca, reus erit concilio. Si autem dixerit, fatue, re⁹ erit gehẽne ignĩ. Si ergo offers mun⁹ tuũ ad altare, & ibi recordat⁹ fuẽris, quia frater tu⁹ habet aliquid aduersũ te, relique ibi mun⁹ tuũ ãte altare, & vade pˀus recõciliari fratri tuo. Et tũc veniẽs offeres mun⁹ tuũ. Credo. Offr. Perfice gress⁹ meos in semitis tuis, et nõ moueãtur vestigia mea: iclina aurem tuam,

⁊ exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te, domine. Sacra.

PRopitiare, dñe, supplicationibus nostris, et has oblationes famulorũ tuorũ benignus assume: vt quod singuli obtulerunt ad honorẽ nominis tui, cũctis proficiat ad salutẽ. Per

Præfa. vsu. Cõ. Circuibo, et immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferationis cantabo, et psalmũ dicam dño Post com.

QUos celesti, domine, dono satiasti, presta, quesumus, vt a nostris mũdemur occultis, ⁊ ab hostiũ liberemur insidijs: Per do.

Ite, missa est. Dominica. ix.

Offiu. Tonus. 6.

OMnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis, allỉa, allỉa. ℣. Subiecit populos nobis, ⁊ gentes sub pedib⁹ nostris. ℣. Gloria Patri, ⁊c.

Gloria in excelsis Deo. Oratio

DEus virtutum, cuius est totũ, quod est optimũ, insere pectoribus nr̃is amorẽ tui nominis, ⁊ presta in nobis religionis augmẽtũ: vt que bona sũt, nutrias: ac pietatis studio, que sunt nutrita, custodias. Per do.

Ad Romanos. Capite. vj.

FRatres: Humanũ dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditie, et iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationẽ. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei vita eterna. In Christo Jesu dño nr̃o.

℟. Uenite filij, audite me, timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestre non confundentur.

Allỉa. ℣. Exaudi Deus orationẽ meã, ⁊ ne despexeris deprecationẽ meã, intẽde in me, ⁊ exaudi me

Secũdum Mar. Cap. viij

In illo tēpore. Cū turba multa esset cū Jesu, nec haberent, quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis. Misereor super turbā, quia, ecce, iā triduo sustinent me, nec habēt, qđ manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suā, deficiēt in via. Quidā enim ex eis de longe uenerunt. Et responderūt ei discipuli sui. Unde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: septem. Et precepit turbe discumbere super terram. Et accipiēs septem panes, gratias agens fregit, et dabat discipulis suis, vt apponerēt. Et apposuerūt turbe. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerūt, et saturati sunt. Et sustulerūt, quod superauerat de fragmentis, septē sportas. Erant autem, qui manducauerāt, quasi quatuor millia: et dimisit eos. Credo. Offertorium. Sicut in holocaustum arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, quia non est confusio confidentibus in te, dñe. Sacra

Propitiare, dñe, supplicationibus nostris, et has populi tui oblationes benignus assume: et vt nullius sit irritū votum, et nulli⁹ vacua postulatio, presta, quesum⁹, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequi⁹ mur. Per. Prefa. vsua. Cō Inclina aurem tuam: accelera, vt eruas nos, domine. Post cō.

Repleti, domine, muneribus tuis, tribue, quesumus, vt eorū mundemur effectu, & muniamur auxilio Per dñm. Ite, missa est. Dñica decima. Officiū. Ton⁹. j.

Suscepimus, deus, misericordiā tuam in medio templi tui: secundum nomen tuū, de⁹; ita et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. ℣. Magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sācto eius. ℣. Gloria patri. &c. Gloria in excelsis Deo. Oratio

Deus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, te supplices ex-

oramus, vt noxia cũcta submoueas, et õnia nobis profutura concedas. Per dñz.

Ad romanos. Capite. viij.

Fratres. Debitores sumus, non carni, vt secũdum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ dei, in quo clamamus, abba (pater) Ipse enĩ spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, et heredes: heredes quidẽ Dei, coheredes autem Christi.

℟. Esto mihi i Deum protectorem, et in locum refugij, vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui, dñe, non cõfundar in eternũ. Alla ℣. Te decet hymn⁹, deus in Siõ, et tibi redetur votum in Ierusalẽ.

Secundũ Matth. Ca. vij.



In illo tẽpore. Dixit dominus Iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrĩsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligũt de spinis vuas, aut de tribulis fic⁹? Sic õnis arbor bona fruct⁹ bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala bonos fruct⁹ facere. Omnis arbor, q̃ nõ facit fructum bonũ, excidetur, et in ignem mittetur. Igitur ex fructib⁹ eorũ cognoscetis eos. Non õnis, qui dicit mihi, dñe, dñe, itrabit in regnũ celorũ: sed qui facit voluntatẽ patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Credo. Offer.

Populum humilem saluũ facies, domine, et oculos superborum humiliabis, quoniam quis deus preter te, dñe? Sacra.

Deus, qui legalium differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti, accipe sacrificium a deuotis tuis famulis, et pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt quod singuli obtulerunt ad

ad maiestatis tuę honorem, cunctis proficiat ad salutē. Per. Prefa. usu. Com. Gustate, et videte, quoniā suauis est dñs: beatus vir, qui sperat in eo.

Tua nos dñe, medicinalis operatio, et a nris perversitatib⁹ clemēter expediat, et ad ea, q̄ sunt recta, perducat. p. Itemissa est. Dñica xj. ad mis. Offm. Ton⁹. 5.

Ecce deus adiuuat me, et dominus susceptor est anime meę: auerte mala inimicis meis, et in veritate tua disperde illos, protector meus domine. ℣. Deus in nomine tuo saluū me fac, et in virtute tua libera me. ℣. Gloria pri. Gloria in excelsis Deo. Oratio

Largire nobis, domine, quesumus, semper spiritum cogitandi, quę recta sunt, propitius et agendi: vt qui sine te esse non possumus, secundū te viuere valeam⁹. p. Ad Corin. j. Ca. x.

Fratres. Non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierūt. Neque idololatrę efficiamini, sicut quidā ex ipsis: quēadmodum scriptum est. Sedit populus manducare, et bibere, et surrexerūt ludere. Neq3 fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt vna die viginti tria millia. Neq3 tentemus Christū, sicut quidā eorum tentauerunt, et a serpentib⁹ perierunt. Neq3 murmuraueritis, sicut quidā eorum murmurauerūt, et perierūt ab exterminatore. Hęc autē ōnia in figura contingebant illis. Scripta sūt autē ad correctionē nr̄am, in quos fines seculorū deuenerūt. Itaq3 qui se existimat stare, videat, ne cadat. Tentatio vos nō apprehēdat, nisi humana. Fidelis autē de⁹ est, qui non patietur vos tētari supra id, q̄d potestis: sed faciet etiā cū tētatione prouentū: vt possitis sustinere. ℟. Dñe dominus noster, q̄3 admirabile est nommen tuum in vniuersa terra. ℣. Quoniam eleuata est magnificētia tua sup celos. Allūa ℣. Attēdite popl̄e meus in legē meā. Secūdum Lucā. Cap. xvj.

In illo tēpore: Dixit dominus Iesus discipulis suis. Homo quidam erat diues: qui habebat villicū, et

hic diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona ipsi⁹. Et vocauit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te: Redde rationẽ villicationis tuę. Iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciã, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio, quid faciã: vt cum amotus fuero a villicatione, recipiãt me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuã, et sede, cito scribe quinquagita. Deinde alio dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centũ coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatiõe sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Credo. Offertoriũ. Iustitię domini rectę, letificãtes corda, et dulciores super mel et fauum: nã et seruus tuus custodit ea.

Suscipe, q̃s, do- Sacra. mine, munera, quę tibi de tua largitate deferimus: vt hęc sacrosãcta mysteria, gratię tuę operãte virtute, et presentis vitę nos conuersatione sanctificẽt, et ad gaudia sempiterna perducant. Per dominum nostrum Iesum. etc. Prefa. vsua. Com. Primum querite regnum Dei, et omnia adijcientur vobis, dicit dominus. Post cõmunionẽ.

Sit nobis, dñe, reparatio mentis, et corporis cęleste mysterium: vt cuius exequimur actionẽ, sentiamus effectum: Per dominũ nrm. Ite missa est. Dñica xij.

Ad missam. Offiũ. Tonus. 3

Dum clamarẽ ad dñm, exaudiuit vocem meã ab ijs, qui appropinquant mihi, et humiliauit eos, qui est ãte secula, et manet in ęternum iacta cogitatum tuũ in dño, et ipse te enutriet. ℣. Exaudi deus, oratione meã, et ne despexeris deprecationem meã, intẽde mihi

mihi, et exaudi me. ℣. Gl'ia Pri. Gloria in excelsis Deo. Oratio

Pateãt aures misericor die tue, dñe, precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas, fac eos, que tibi sunt placita postulare. Per do. Ad Corinthios j. Capite. xij.

Fratres: Scit͡ʒ, quoniã cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio: quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarũ sunt: idem autẽ spiritus. Et diuisiones ministrationum sũt: idem autẽ dñs. Et diuisiones operationum sunt: idẽ vero De⁹, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autẽ datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie: Alij autem sermo scientie secũdum eundẽ spiritum: Alteri fides, in eodem spiritu: Alij gratia sanitatum in vno spiritu: Alij operatio virtutum: Alij prophetia: Alij discretio spirituum: Alij genera liguarũ: Alij iterpretatio sermonũ. Hec autẽ omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidẽs singulis, prout vult. ℟. Custodi me, domine, vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Alleluia. ℣. Exultate deo adiutori nostro, iubilate deo Jacob, sumite psalmũ iucundum cum cythara. Secundum Lucam. Capite. xix.



In illo tẽpore. Cum appropinquaret Jesus Jerusalem, videns ciuitatẽ, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses et tu, et quidem in hac die tua, que ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, et circundabunt te inimici tui vallo, et circundabunt te, et coangustabunt te vndique, et ad terram prosternent te, et filios tuos, qui in te sunt. Et non relinquẽt in te lapidem super

lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuę. Et ingressus in templum, cępit eijcere vendentes, & ementes, dicens illis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Credo. Offertorium. Ad te, dñe, leuaui animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescã, neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Sacra.

Concede nos, quęsum⁹, domine, hęc digne frequentare mysteria: quia, quotiẽs huius hostię cõmemoratio celebratur, opus nostrę redẽptionis exercetur: Per do. Prefa. vsua. Cõ. Acceptabis sacrificiũ iustitię, oblationes, et holocausta sup altare tuum, dñe.

Tui nobis, dñe, Post cõ. cõmunio sacramenti & purificationẽ cõferat, & tribuat vnitatẽ. p. Ite, missa est.

Dñica xiij. ad miss. Offin.

Deus i loco sancto suo, De⁹, qui inhabitare facit vnanimes in domo, ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suę. V. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum a facie eius. V. Gloria Pri. Gloria in excelsis Deo. Oratio

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserando manifestas, multiplica super nos misericordiam tuam: vt ad tua promissa currentes cęlestium bonorum facias esse consortes. Per dominum.

Ad Corinthi. j. Capit. xv.

Fratres: Notum vobis facio euangeliũ, quod prędicaui vobis, qd̃ et accepistis, in quo et statis, per quod & saluamini. Qua ratione prędicauerĩ vobis, si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis, qd̃ & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundũ scripturas, & quia sepultus est, & quia tertia die resurrexit secundum scripturas, et quia visus est Cephę, et post hoc vndecim. Deinde visus est plusquam quingẽtis fratribus simul: ex quib⁹ multi manent vsq; adhuc, qui

quidam autem dormierũt. Deinde visus est Jacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est et mihi. Ego enim sum minimus apostolorum: qui nõ sum dignus vocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autẽ Dei sum id, quod sum: Et gratia eius in me vacua non fuit. ℟. In Deo sperauit cor meum, et adiutus sum, et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te, domine, clamaui, Deus meus ne sileas; ne discedas a me. Alleluia. ℣. Domine Deus salutis meę, in die clamaui, et nocte coram te. Secundum Lucam. Capite. xviij.



In illo tẽpore. Dixit Jesus ad quosdam, qui in se cõfidebant tãquam iusti, et aspernabant ceteros, parabolam istam dicens. Duo homines ascendebant in templum, vt orarent, vnus Phariseus, et alter publicanus. Phariseus stans, hęc apud se orabat. Deus, gratias ago tibi, quia non sum, sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Jeiuno bis in sabbato: decimas do omniũ, quę possideo. Et publicanus a longe stãs, nolebat nec oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus, propitius esto mihi peccatori. Dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur. Credo. Offertoriũ. Exaltabo te, domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me: domine, clamaui ad te, et sanasti me. Sacra.

Tibi, domine, sacrificia dicata reddantur, quę sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti: vt eadẽ remedia nostra fieri prestares. Per dominum nostrũ. Prefa. vsua. Commu. Honora dominum de tua substantia, et de primitijs frugum tuarum: vt impleãtur horrea tua saturitate, et vino torcularia redundabunt.

Quesumus, dñe, Deus noster, vt quos diuinis reparare non desinis sacra-

mentis, tuis non destituas benignus auxilijs. Per do.

Ite, missa est. ¶ Dñica xiiij. Ad missam. Offic. Ton⁹. 7.

Deus in adiutorium meum intende, domine, ad adiuuandum me festina: confundātur, et reuereātur inimici mei, qui querunt animā meam. ℣. Auertantur retrorsum, et erubescant, qui volūt mihi mala. ℣. Glīa patri, Gloria in excelsis Deo. Oro

Omnipotens sempiterne deus, qui abundantia pietatis tue et merita supplicum excedis, et vota, effunde super nos misericordiā tuam: vt dimittas, que cōsciētia metuit: et adijcias, quod oratio non presumit. Per. Ad Corin. ij. Cap. iij.

Fratres: Fiduciā talē habemus per Christū ad Deū: non quod sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nō litere, sed spiritus. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria ita, vt nō possent intendere filij Israel in faciē Moysi propter gloriā vultus eius, que euacuatur: quomodo non magis ministratio spūs erit in gloria? Nam, si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abūdat ministeriū iustitie in gloria. ℟. Benedicā dominū in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. ℣. In domino laudabitur anima mea: audiāt māsueti, et letentur. Alla. ℣. Dñe, refugiū factus es nobis a generatione, et progenie. Secundum Mar. Ca. vij.



In illo tēpore. Exiēs Jesus de finib⁹ Tyri, vēit per Sidonem ad mare Galilee, inter medios fines Decapoleos: et adducunt ei surdum, et mutū. Et deprecabantur eum, vt imponat illi manū. Et apprehendens eum de turba seorsū, misit digitos suos in auriculas eius, et expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in celum ingemuit, et

ait

ait illi. Ephpheta (quod est ad apire) Et stati aperte sūt aures eius, ꝛ solutū est vinculum lingue eius, et loquebat recte. Et precepit illis, ne cui dicerent. Quanto autē eis precipiebat, t anto magis plus predicabant, et eo amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit, et surdos fecit audire, et mutos loqui. Credo. Offerto. Precatus est Moyses in conspectu domini Dei sui, ꝛ dixit: precatus est Moyses in conspectu domini Dei sui, ꝛ dixit, quare, domine, irasceris in populo tuo? parce ire animi tui, memēto Abraham, Isaac, ꝛ Iacob, quib⁹ iurasti dare terrā fluētē lac, ꝛ mel. ꝛ placat⁹ fact⁹ est dñs de malignitate, quā dixit facere populo suo. Sacra.

Respice, quesum⁹ dñe, nostrā propitius seruitutem: vt quod offerimus, sit tibi munus acceptū, sitq3 nře fragilitatis subsidiū. p. Prefa. vsua. Cō. De fructu operū tuorū, dñe, satiabitur terra: vt educas panem de terra, ꝛ vinū letificet cor hominis: vt ex hilaret faciem in oleo, ꝛ panis cor hominis cōfirmet. Post cō.

Sentiamus, dñe, quesumus tui perceptione sacramenti subsidiū mentis, ꝛ corporis: vt in vtroq3 saluati, celestis remedij plenitudine gloriemur. Per. Ite missa est.

Dñica xv. Offitiū. To. 7.

Respice, domine, in testamentum tuum, ꝛ animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem: exurge, domine, et iudica causam tuam, ꝛ ne obliuiscaris voces querentium te. ℣. Ut quid deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oues pascue tue? ℣. Gloria pri. Kia in exc. Oro.

Omnipotens, ꝛ misericors Deus, de cui⁹ munere venit, vt tibi a fidelib⁹ tuis digne, ꝛ laudabiliter seruiaf, tribue nob, quesum⁹, vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. p. Ad Galatas. Capite. iij.

Fratres: Abrahe dicte sunt promissiones, ꝛ semini eius. Non dicit et seminibus, quasi in multis, sed q̄si in uno, et semini tuo, qui est Christus. Hoc autē dico testamentum cōfirmatū a Deo, que post quadringētos ꝛ triginta ānos facta

est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionē. Nam, si ex lege hereditas, iā nō ex promissione, Abrahe autem per repromissionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est: Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus pmissa dei? Absit. Si enim data est lex, que posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura ōnia sub peccato: vt promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. ℟. Respice, domine, in testamentum tuū, et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine, et iudica causam tuam, memor esto opprobrij seruorum tuorū. Alleluia. ℣. Uenite exultemus domino, iubilemus Deo salutari nostro.

Secundum Lucā. Capi. x.

In illo tempore: dixit dominus Jesus discipulis suis. Beati oculi qui vidēt, que vos videtis. Dico enim vobis: quod multi prophete et reges voluerūt videre, que vos videtis, et non viderunt: et audire, que auditis, et non audierunt. Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans illum, et dicēs. Magister, quid faciendo, vitam eternam possidebo? At ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respōdens dixit. Diliges dominum Deū tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua: et pxūmū tuū, sicut te ipsum. Dixitqz illi: recte respondisti: hoc fac, et viues. Ille autem volens iustificare se ipsum, dixit ad Jesum. Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Jesus dixit. Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jerico, et incidit in latrones. Qui etiam despoliauerunt eum, et plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto. Accidit autem, vt sacerdos quidam descēderet eadē via, et viso illo, preterijt. Similiter et Leuita, cū esset secus locū, et videret eū, pertrāsijt

transijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, et vidēs eum misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius, infundēs oleum, et vinum. Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, et curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait. Curam illius habe, et quodcunque supererogaueris, ego, cum rediero, reddam tibi. Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit ī latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: Uade, et tu fac similiter. Credo. Offertoriū In te, dñe, speraui, dixi, tu es deus meus, ī manibus tuis tpa mea. Sa.

Hostias, quesumus, domine, propitius intēde, quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiā largiēdo, tuo nomini dent honorē. p. Prefa. vsua. Cō. Panē de celo dedisti nobis, dñe, habētē ōne delectamētū, et omnē saporē suauitatis. Post cōmu.

Uiuificet nos, quesumus, dñe, huius participatio sacramenti: et pariter nobis expiationem tribuat, et munimine. Per. Ite missa est

Dñica xvij. ad mis. off. Co. 3



Protector noster, aspice, deus, et respice in faciē Christi tui, quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia. ℣. Quam dilecta tabernacula tua, domine, virtutum: cōcupiscit, et deficit anima mea in atrijs domini. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spūi. Gloria in excelsis Deo. Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, et charitatis augmentū: et, vt mereamur assequi qd promittis, fac nos amare, quod precipis. Per dñm.

Ad Galatas. Capi. v.

Fratres: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem aduersantur: vt nō quecunqz vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta sunt autē opa carnis.

Que sunt, fornicatio, immũdicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitie, contẽtiones, emulationes, ire, rixe, dissẽsiones, secte, inuidie, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: que predico vob, sicut predixi. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequẽtur. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, benignitas, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, continẽtia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sũt Christi, carnem suã crucifixerunt cum vitijs, et concupiscentijs. ℟. Bonũ est confidere in dño, quã confidere in homine. ℣. Bonũ est sperare in dño, quã sperare in principibus. Alla. ℣. Quoniam deus magnus dñs, & rex magnus super oẽm trrã. Secundũ Lucã. Cap. xvij.



In illo tẽpore: Dũ iret Jesus in Jerusalem, transibat per mediã Samariam, et Galileam. Et cum ingrederetur quoddã castellum, occurrerunt ei decẽ viri leprosi. Qui steterũt a longe, & leuauerunt vocẽ, dicẽtes. Jesu preceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce, magnificans deum, et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respõdens autem Jesus dixit. Nonne decem mũdati sunt? & nouẽ vbi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: surge, vade, quia fides tua te saluũ fecit. Credo. Offertorium. Immittit ãgelus dñi in circuitu timentium eum, et eripiet eos: gustate, & videte, quoniam suauis est dominus. Sacra.

Propitiare, quesumus, domine, populo tuo: propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, et indulgentiã nobis tribuas, et postulata cõcedas: p. Cõ. Panis, quẽ ego dẽdero, caro mea est

est pro seculi vita. Post comm.

Sumptis, dñe, celestibus sacramentis, ad redẽptionis eterne, quesum⁹, proficiamus augmentum. Per

Dñica xvij. Offm. Tonus. i.



Iñclina, dñe, aurem tuam ad me, et exaudi me, saluum fac seruum tuũ, deus me⁹, sperãtem in te: miserere mihi, domine, quoniam ad te clamaui tota die. ℣. Letifica animam meã serui tui, quoniam ad te, dñe, animam meã leuaui. ℣. Gloria pñi. Gloria in excelsis Deo. Oratio

Custodi, quesum⁹, dñe, ecclesiam tuã propitiatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs, et ad salutaria dirigat. Per. do.

Ad Galatas. Capit. v. ꝛ vj.

Fratres: Si spiritu viuimus, spiritu ꝛ ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi, inuicem prouocantes, inuidentes. Fratres, ꝛ si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: cõsiderans te ipsum, ne ꝛ tu tẽteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cũ nihil sit, ipse se seducit. Op⁹ autẽ suũ ꝓbet vnusquisq;, et sic in semetipso tantũ gloriam habebit, ꝛ non in altero. Unusquisq; enĩ on⁹ suũ portabit. Cõmunicet autẽ is, qui catechizat̃ verbo ei, qui se catechizat ĩ omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Que enim seminauerit homo, hec ꝛ metet. Quoniam qui seminat ĩ carne sua, de carne et metet corruptionem. Qui autem seminat ĩ spiritu, de spiritu metet vitam eternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. ℟. Bonum est confiteri domino, et psallere nõmini tuo, altissime. ℣. Ad annutiandũ mane misericordiam tuam, ꝛ veritatem tuã per noctẽ. Alla. ℣. Cantate dño canticum nouum, quia mirabilia fecit dñs.

Secundũ Matth. Ca. vi.



In illo tēpore: Dixit dominus Jesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, et alterum diliget: aut vnum sustinebit, et alterum contēnet. Non potestis deo seruire, et mammone. Ideo dico vobis, ne soliciti sitis anime vestre, quid mãducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est, q̃ʒ esca: et corpus, plusq̃ʒ vestimentum: Respicite volatilia celi, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis: Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum: Et de vestimento quid soliciti estis: Considerate lilia agri, quomodo crescunt: Non laborant, neque nēt. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si enim fenũ agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modice fidei: Nolite ergo soliciti esse, dicētes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enī pater vester, quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei, et iustitiam eius, et hec omnia adijcientur vobis. Credo. Offer.

Expectās expectaui dñs, et respexit me, et exaudiuit deprecationē meã, et immisit in os meũ canticũ nouũ, hymnum deo nr̃o. Sacra

Concede nob̃, dñe, que sumus, vt hec hostia salutaris et nostrorũ fiat purgatio delictorum, et tue propitiatio pietatis: Per dñm. Prefatio visualis. Commũ

Qui manducat meã carnem, et bibit meũ sanguinem, in me manet, et ego in eo, dicit dñs. Postcõ.

Purificēt sēper, et muniant tua sacramēta nos deus, et ad ppetue nos ducāt saluationis effectũ. Per do.

Ite, missa est. ¶ Dñica xviij. ad missam. Officiũ. Ton. 8.

Miserere mihi domine, quoniam ad te clamaui tota die, quia tu, domine, suauis, ac mitis es, et copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. ℣. Inclina, domine, aurem tuam mihi, et exaudi me: quoniam inops, et pauper sum ego. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Ecclesiam tuam, domine, miseratio cōtinuata mūdet, et muniat: et quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur: Per dominum

Ad Ephesios. Capite. iij.

Fratres: Obsecro vos, ne deficiatis in tribulationib⁹ meis pro vobis, que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in celo, et in terra nominatur: vt det vobis secundum diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine: Christum habitare per fidem in cordibus vestris. In charitate radicati, et fundati: vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, que sit latitudo, et lōgitudo, et sublimitas, et profundum. Scire etiam super eminentem scientie charitatē Christi. Ut impleamini in omnē plenitudinem dei. Ei autē, qui potens est, omnia facere super abūdanter, quam petimus aut intelligimus, secūdū virtutem, que operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, et in xpo Jesu, in ōnes generationes seculi seculorū, amē. ℟. Timebūt gentes nomē tuū, dñe, et omnes reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniam edificauit dñs Sion, et videbitur in maiestate sua. Alleluia. ℣. Timebunt gentes nomen tuum, domine, et omnes reges terre gloriam tuam.

Secundum Lucā. Ca. vij.



In illo tēpore: Ibat Jesus in ciuitatem, que vocatur Naim: et ibāt cū eo discipuli ei⁹, et turba copiosa. Cum autē appropinquaret porte ciuitatis, ecce, defunct⁹ efferebatur filius vnicus matris sue: Et hec vidua erat, et turba ciuitatis

multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit, et tetigit loculum. Hi, autem qui portabāt, steterunt. Et ait. Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus, et cepit loqui: Et dedit illum matri sue. Accepit autē omnes timor, ꝛ magnificabant Deum dicētes. Quia propheta magnus surrexit in nobis, ꝛ quia Deus visitauit plebem suā. Credo. Offertorium. Domine in auxilium meum respice: cōfundantur, et reuereantur, qui querūt animā meam, vt auferāt eam: domine, in auxilium meum respice. Sacra.

Tua nos, dñe, sacramēta custodiant, ꝛ contra diabolicos tueātur semper incursus: p. Prefa. vsua. Cō. Domine, memorabor iustitie tue solius, Deus, docuisti me a iuuētute mea, ꝛ vsque in senectam, et senium, Deus ne derelinquas me. Mentes nr̃as, Post cō. et corpora possideat, quesum⁹, dñe, doni celestis operatio: vt non noster sensus in nobis, sed eius iugiter preueniat effectus: Per do.

Ite, missa est. ¶ Dominica xx. Ad missam. Offiñ. To. i



Iustus es dñe, ꝛ rectū iudicium tuum, fac cū seruo tuo secūdum misericordiam tuam. ℣. Beati inmaculati in via, qui ambulāt in lege domini. ℣. Gloria. Gloria in excelsis deo. Oratio. Tua nos, dñe, quesum⁹, gratia semper preueniat, ꝛ sequatur, ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Per dominū nr̃m. Ad Ephesios. Capite iiij.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, ꝛ mā suetudine, cum patientia supportātes inuicem in charitate. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre: vnus domin⁹, vna fides, vnum baptisma, vnus deus, ꝛ pater omniū, qui est super omnes, et per omnia, ꝛ in omnibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum, amen. ℟. Beata gens, cuius est dñs deus eorum, popu

populus, quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Alla. ℣. Cõfitemini dño, et inuocate nomẽ eius, annuntiate inter gentes opa eius.

Secundũ Lucã. Capi. xiiij



In illo tẽpore: Cum intrasset Jesus in domũ cuiusdã principis Phariseorum sabbato manducare, et ipsi obseruabant eum. Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Jesus dixit ad legisperitos, et Phariseos, dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit. Cuius vestrũ asinus, aut bos in puteum cadet, et non cõtinuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autẽ et ad inuitatos parabolam, intẽdẽs, quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honorabilior te sit inuitatus ab illo, et veniens is, qui te et illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum. Et tũc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, et recũbe in nouissimo loco: vt cũ venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascẽde superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbẽtibus. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur. Credo. Offerto.

Oraui Deum meũ ego Daniel, dicẽs: exaudi, domine, preces serui tui, illumina super sactuarium tuum, et propitius intende populum istum, super quem inuocatus est nomẽ tuũ, deus. Sacra.

Mandanos, dñe, quesumus, sacrificij presẽtis effectu, et pfice miserat in nobis: vt eius mereamur esse participes: p. Prefa. vsua. Com.

Uouete, et reddite dño deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera, terribili, et ei, qui aufert spiritum principum, terribili apud õnes reges terre. Post cõ.

Purifica, quesumus, dñe, mentes nr̃as benignus,

et renoua celestib⁹ sacramē tis: vt consequēter ⁊ corpo rū, ⁊ animarū p̄sens pariter, et futurū capiam⁹ auxiliū p. Ite, missa est. Dominica xx. ad missam. Officiū. Ton⁹ i.

Da pacem, domine, sustinentibus te: vt ꝓphe tę tui fideles inueniantur: exaudi p̄ces serui tui, ⁊ pleb̄ tuę Israel. ℣. Dilexi, quoniā exaudiet dñs vocē orationis meę. ℣. Gloria Patri. Orō.

Da, quesumus, dñe, populo tuo diabolica vitare contagia, ⁊ te solum dominum pura mente sectari: Per. Ad Corinth. j. Cap. j.

Fratres: Gratias ago Deo meo sem per pro vobis in gratia dei, quę data est vobis in Christo Jesu: quod in omnibus diuites facti estis i illo in omni verbo, et in omni scientia. Sicut testimonium Christi cōfirmatum est in vobis ita, vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Jesu Christi: qui ⁊ confirmabit vos vsq; in finem sine crimine, In die aduentus dñi nr̄i Jesu x̄pi.

℟. Lętatus sum in ijs, quę dicta sunt mihi, in domū domini ibim⁹. ℣. Fiat pax in virtute tua, et abūdantia in turribus tuis. Alla. ℣. Paratum cor meū, deus, paratū cor meum, cātabo, ⁊ psallam tibi in gloria mea. Secūdū Mattheū Cap. xxij.



In illo tēpore. Accesserunt ad Jesum Pharisei: et interrogauit eum vnus ex eis legisdoctor, tentans eum. Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Jesus: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, ⁊ in tota anima tua, ⁊ in tota mente tua. Hoc est maximum, et primum mandatum. Secūdū autē simile est huic: Diliges proximum tuū sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, ⁊ prophetę. Congregatis autem phariseis, interrogauit eos Jesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominū, dicēs: Dixit dñs

domin⁹ domino meo, sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ? Si ergo David vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respõdere verbum, neque ausus fuit quisquã ex illa die eum amplius interrogare. Credo. Offerto. Sanctificauit Moyses altare domino, offerens super illud holocausta, & immolans victimas fecit sacrificium vespertinũ in odorẽ suauitatis dño deo, in cõspectu filiorum Israel. Secra. Maiestatem tuam, dñe, supplici ter depcamur: vt hec sancta, que gerimus, et a preteritis delictis nos exuant, & futuris: Per. Prefa. vsua. Cõ. Tollite hostias, & itroite ĩ atria eius: adorate dñz in aula sancta eius. Post com. Sanctificationib⁹ tuis, omnipotens deus, & vitia nr̃a curentur, & remedia nobis eterna proueniant. P. Dñi. xxj. ad miss. offi. Co. 4. Salus populi ego sum, dicit dñs, de quacũqз tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos, &ero illorũ dñs in perpetuũ. ℣. Attendite, popule meus, legẽ meam, iclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis deo. Oratio. Dirigat corda nr̃a, quesum⁹, dñe, tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possum⁹. P. Ad Ephesios. Capite. iiij. Frẽs: Renouamini spiritu mentis vr̃e, et induite nouũ hominem, qui secũdũ Deum creatus est in iustitia, et sanctitate veritatis. Propter quod deponẽtes mendaciũ, loquimini veritatem vnusquisqз cũ proximo suo: quoniã sumus inuicem membra. Irascimini, et nolite peccare. Sol non occidat sup iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam nõ furetur. Magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est: vt habeat, vnde tribuat necessitatem patienti. ℟. Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo, domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Alleluia. ℣. dixit Dominus domino meo, sede a dextris meis.

Secundũ Matth. Ca. ix.



In illo tēpore. Ascēdēs Iesus in nauiculam transfretauit, et venit ĩ ciuitatem suam. Et ecce, offerebant ei paralyticũ iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge, ꝛ ambula? Ut autem sciatis, quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata: tũc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, ꝛ uade in domum tuam. Et surrexit, et abijt in domum suam. Uidentes autem turbę timuerunt, ꝛ glorificauerunt deũ: qui dedit potestatem talem hominibꝰ. Credo. Offer. Si ãbulauero in medio tribulatiõis viuificabis me, dñe, ꝛ super iram inimicorũ meorũ extēdes manum tuã, ꝛ saluũ me fecit dextera tua.

Deus, qui nos Sacra. per huius sacrificij veneranda commercia vnius, summeq; diuinitatis participes efficis, presta, quesumus, vt sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur: Per. Cõ. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vię meę, ad custodiēdas iustificationes tuas. Post com.

Gratias tibi referimus, dñe, sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatiõe perficias: Per. Ite, missa est. ¶ Dñica xxiij. ad missã. Offiñ. Ton. 3.

Omnia, quę fecisti nobis, dñe, in vero iudicio fecisti: quia peccauimꝰ tibi, ꝛ mandatis tuis non obediuimꝰ: sed da gl'iã nomini tuo, ꝛ fac nobiscũ secũdũ multitudinē misericordię tuę. ℣. Magnꝰ dñs, ꝛ laudabilis nimis, ĩ ciuitate dei nr̃i, ĩ mõte sancto eius. ℣. Gl'ia pr̃i. Gl'ia in excelsis. Oĩo.

Omnipotens, ꝛ misericors deꝰ, vniuersa nobis aduer

aduersantia propitiatus exclude: vt mēte, et corpore pariter expediti, que tua sunt, liberis mētib⁹ exeqmur. p.

Ad Ephesios. Capite. v.

Fratres: Uidete itaque quomodo caute ambuletis, Nō quasi insipiētes, sed, ut sapientes, Redimentes tempus: quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes, sed intelligentes, que sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, ī quo est luxuria. Sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes, et psallentes in cordibus vestris domino. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Jesu Christi Deo, et patri, Subiecti inuicem ī timore Christi. R. Oculi omniū in te sperāt, domine, et tu das illis escam in tēpore opportūo. V. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione. Alleluia. V. In exitu Israel de Egypto, domus Jacob de populo barbaro. Secundum Matth. Cap. xxij



In illo tēpore: Loquebatur Jesus pricipib⁹ sacerdotū, et Phariseis in parabolis, dicens. Simile factum est regnum celorū homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui: tauri mei, et altilia occisa sunt, et omnia parata: venite ad nuptias. Illi autē neglexerunt: Et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suā. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, et contumelijs affectos occiderunt. Rex autem, cū audisset, iratus est, et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant, nōn fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarū, et quoscūqz inueneritis, vocate ad nuptias.

Et egressi serui eius in vias, cōgregauerūt omnes, quos inuenerūt malos, & bonos: et implete sunt nuptię discūbētium. Intrauit autē rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestē nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manibus, et pedibus eius, mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentiū. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo. Offertorium. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Sacra.

Hec munera, dñe, quesumus, que oculis tuę maiestatis offerimus, salutaria nobis esse concede. Per dominum. Prefa. vsua. Com. Memento verbi tui seruo tuo, domine, in quo mihi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. Post communionem.

Tua nos, domine, medicinalis operatio & a nostris peruersitatibus clemēter expurget: et tuis semper faciat inherere mandatis. Per. Ite, missa est. Dñica xxiij. Ad missam. Officium. Ton. 4.



In voluntate tua domine vniuersa sūt posita: & nō est, qui possit resistere volūtati tuę: tu enim fecisti omnia, cęlum, et terram, & vniuersa, quę celi ambitu continentur: dominus vniuersorū tu es: ℣. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. ℣. Gloria Patri, & Filio, &c. Gloria in excelsis Deo. Oratio

Largire, quesumus, domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus, & pacem: vt pariter ab omnibus mundētur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per. Ad Ephesios. Capite. vj.



Fratres: Confortamini ī domino, et in potentia virtutis ei⁹. Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam nō est nobis colluctatio aduersus carnem, et sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cōtra spiritualia nequitię in cęle-

celestibus. Propterea accipite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lũbos vestros in veritate, & induti loricam iustitie, et calceati pedes in preparatione euãgelij pacis. In õnibus sumẽtes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeã salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei. ℟. Domine, refugium factus es nobis a generatiõe, & progenie. ℣. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, a seculo vsque in seculum tu es Deus. Alleluia. ℣. Qui timẽt dominum, sperẽt in eo: adiutor, et protector eorum est. Secundum Joannem. Capite iiij.



In illo tẽpore. Erat quidã regulus, cuius filius infirmabaẗ Capharnaũ. Hic cum audisset, quia Jesus adueniret a Judeã Galileam, abijt ad eũ, & rogabat eum, vt descẽderet, & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum. Nisi signa, et prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus. Uade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus: & ibat. Jam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & renuntiauerũt, dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit: & dixerũt ei. Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: filius tu⁹ viuit. Et credidit ipse, et domus eius tota. Credo. Offr. Uir erat in terra Hus nomine Job simplex, & rectus, ac timens deũ, quem Sathã petijt, vt tentaret: & data est ei potestas a dño in facultatẽ, & ĩ carne ei⁹: perdiditque omnem substantiã ipsius, & filios, carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit. Sacra. Celestem nobis prebeãt hec mysteria, quesum⁹, domine, medicinã, & vitia cordis nostri expurgent. Per.

Prefa. vsua. Cō. In salutari tuo anima mea, et in verbum tuū speraui, quando facies de persequentibus me iudiciū: iniqui persecuti sunt me, adiuua me, domine Deus meus. Post commūio.

Ut sacris, domine, reddamur digni muneribus, fac nos, quesum⁹, tuis semper obedire mandatis: Per. Ite, missa est. Dominica xxiiij. Officium. Tonus 3.



Si iniquitates obseruaueris dñe, domine, quis sustinebit? quia apud te propitiatio est, deus Israel. ℣. De profūdis clamaui ad te, domine, domine, exaudi vocē meā. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Familiam tuam, quesumus, domine, cōtinua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus, te protegente, sit libera, ⁊ in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum nostrum. ⁊c. Pauli apo. Ad Phili. Ca. j.

Fratres. Confidimus in dño Jesu, quia, qui cepit in vobis opus bonū, pficiet vsq; in diē christi Jesu. Sicut est iustū mihi, hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeā vos in corde, et in vinculis meis, ⁊ in defensione, ⁊ confirmatione euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam vos omnes esse in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abūdet in omni scientia, et omni sensu. Ut probetis potiora, vt sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitie, per Christum Jesum in gloriā, et laudem Dei. ℟. Ecce, quā bonum, et quam iucundum, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descēdit in barbam, barbam Aaron. Alla. ℣. Qui cōfidunt in dño, sicut mōs Siō, nō cōmouebitur in eternū, qui habitat in Jerusalem. Secūdū Matth. Ca. xviij



In illo tēpore. Dixit dñs Jesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit rationē ponere cum

cum seruis suis. Et cum cepisset rationẽ ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cũ autẽ nõ haberet, vnde redderet: iussit eum dominus eius venundari, et vxorem eius, et filios, et omnia, quę habebat, ⁊ reddi. Procidẽs autem seruus ille, orabat eũ dicens. Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, ⁊ debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centũ denarios, et tenens suffocabat eum, dicẽs. Redde, quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens. Patiẽtiam habe in me, ⁊ õnia reddam tibi. Ille autẽ noluit, sed abijt, ⁊ misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Uidentes autem conserui eius, quę fiebant, contristati sunt valde. Et venerunt, ⁊ narrauerũt domino suo omnia, quę facta fuerãt. Tunc vocauit illũ dominus suus, ⁊ ait illi. Serue nequã, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Non ne ergo oportuit, ⁊ te misererĩ conserui tui, sicut ⁊ ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eũ tortoribus, quo adusq; redderet vniuersum debitũ. Sic et pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis, vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Credo. Offr.

Recordare mei, dõmine, omnipotentatui dominans, da sermonem rectum, ⁊ benesonantẽ in os meũ: vt placeant verba mea in conspectu principis, ⁊ euerte cor eius in odium repugnantium nobis, et in eos, qui consentiunt eis: nos autem libera in manu tua, Deus noster in ęternum. Sacra.

Suscipe, dñe, propitius hostias: quibus ⁊ te placari voluisti, ⁊ nobis salutem potẽti pietate restitui. Per dominũ. Præfa. vsua. Cõ. Dico vobis, gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Post communionẽ.

Immortalitatis alimoniã cõsecuti, quęsum⁹, domine, vt, quod ore percepimus, purã mẽte sectemur. Per. Ite, missa est. Dñica xxv. Officium. Tonus. 6.

Dicit dominus, ego cogito cogitationis pacis, et nõ afflictionis: inuocabitis me, et ego exaudiam vos, et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. ℣. Benedixisti, domine, terram tuam auertisti captiuitatē Jacob. ℣. Gloria Patri et Filio. Oro.

Deus refugium nostrū, et virtus, adesto pijs ecclesię tuę precibus auctor ipse pietatis: et presta, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominū

Ad Philippen. Capite. iij.

Fratres. Imitatores mei estote, et observate eos, qui ita ambulāt, sicut habetis formam nostram. Multi enim ābulant, quos sepe dicebam vobis. Nunc autem et flens dico inimicos crucis Christi, quorū finis interitus, quorum deus vēter est, et gloria in cōfusione ipsorū, qui terrena sapiunt: Nostra autem conuersatio in celis est. Unde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Jesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratū corpori claritatis suę. Secundum operationē virtutis suę: qua etiā possit subijcere sibi omnia. ℟. Liberasti nos, domine, ex affligentibus nos, et eos, qui nos oderunt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, et in nomine tuo confitebimur in secula. Alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te, domine, Domine, exaudi vocem meam.

Secūdū Matth. Cap. xxij



In illo tēpore. Abeuntes Pharisei, consiliū inierunt: vt caperent Jesū in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicētes. Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in ueritate doces, et nō est tibi cura de aliquo: Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur: Licet censū dare cesari, an nō? Cognita autē Jesus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypocrite? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus. Cuius est imago

imago hec, et superscriptio? Dicunt ei: Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo, que sunt Cesaris, Cesari, et que sũt Dei, Deo. Credo. Offer. De profũdis clamaui ad te, dñe, dñe, exaudi vocem meã: Sacra. Tua misericors Deus, vt hec salutaris oblatio et a proprijs nos reatibus indesineter expediat, et ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum. Prefa. vsua. Cõ. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, et fiet vobis. Post commu. Sumpsimus, domine, sacri dona mysterij, humiliter deprecantes, vt, que in tui commemoratione nos facere precepisti, in nr̃e proficiant infirmitatis auxiliũ: Qui vi. Ite, missa est. ¶ Dñica xxvj. ad missã. Officiũ. R. Alla. Offr. et cõmunicanda vt in dominica xxv. Oratio. Excita, quesumus, dñe, tuorum fidelium volũtates: ut diuini operis fructum propensius exequẽtes, pietatis tue remedia maiora percipiant: Per dominum. Ad Colosen. Capit. j. Fratres, non cessamus pro vobis orantes, et postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia, et intellectu spirituali: vt ambuletis digne Deo, per omnia placentes. In omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei. In omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius. In omni patientia, et longanimitate, cum gaudio gratias agentes Deo, et patri, qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctorũ in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij dilectionis sue: in quo habemus redemptionẽ, et remissionẽ peccatorũ in Christo Jesu dño nostro. Secundũ Mat. Capit. ix.



In illo tempore. Loquẽte Jesu ad turbas ecce princeps vnus accessit, et adorabat eum, dicens. Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni impone manũ tuam super eã, et viuet. Et surgens Jesus sequebatur

eum, et discipuli eius. Et ecce, mulier, que sanguinis fluxum patiebatur duodecim ãnis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tãtum vestimentum eius, salua ero. At Jesus cõuersus, et videns eam, dixit. Cõfide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Jesus in domũ principis, et vidisset tibicines, et turbam tumultuantem, dicit illis. Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebãt eum. Et cum eiecta esset turba, intrauit, et tenuit manũ eius, et dixit. Puella surge: Et surrexit puella, et exijt fama hec i vniuersã terrã. Credo. Sac.

Propitius esto, dñe, supplicationibus nostris, et populi tui oblationibus, precibusque susceptis, omnium fidelium ad te corda converte: vt a terrenis cupiditatib⁹ liberati, ad celestia desideria transeamus. Per dominum. Post communi.

Concede nobis, quesum⁹, domine: vt per hec sacramenta, que sumpsim⁹, quicquid in nostra mente vitiosũ est, tue medicationis dono curetur. Per dominũ Ite, missa est.

Dñica xxvij. ad missam. Offiñ. Et õnia dicãtur vt in dñica xxv. Epistola vt in dñica xxvj. Orõ

Adesto nob̃, misericors Deus, et tue pietatis nobis ppitius dona cõcede. p.

Secundum Joan. Cap. vj.



In illo tẽpore. Cũ subleuasset ergo oculos Jesus, et vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum. Unde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autẽ dicebat tentans eum, ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorũ panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt

sunt inter tantos? Dicit ergo Jesus. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. Accepit ergo Jesus panes, et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus, quantū volebāt. At autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite, quę superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinque panibus ordeaceis, quę superfuerunt iis, qui manducauerant. Illi ergo homines, cum vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant. Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. Credo. Sacra.

Adesto nobis, quesum⁹, dñe, et preces nostras benignus exaudi: vt quod fiducia non habet meritorū, placatio obtineat hostiarū. Per. Prefa. vsua. Post cō.

Mysteria sancta nos, quesumus, dñe, spiritualibus repleant alimentis, et corporalibus tueantur auxiliis. Per dominum nrm. Ite, missa est. ¶ Feria iiij. in quatuor tēporibus mensis septembris. Offiti. Ton⁹. 6.



Exultate deo adiutori nostro, iubilate Deo Jacob, sumite psalmum, iucundū cum cithara, et date timpanum, psalterium, buccinate ī neomenia tuba: quia preceptum in Israel est, et iudicium Deo Jacob. ℣. Testimonium in Joseph posuit illud, cū exiret de terra Egypti, linguā, quā nō nouerat, audiuit. ℣. Gloria Patri.

Sine salutatione. Oro

Misericordię tue, remedijs, quesumus, dñe, fragilitas nr̄a subsistat: vt que sua cōditiōe atterit, tua clemētia reparetur. Per. Lectio Amos proph. Ca. vltimo.



Hec dicit dominus. Ecce, dies veniūt, et comprehendet arator messorem, et calcator vue mittentem semen. Et stillabunt montes dulcedinem, et omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, et ędificabunt ciuitates

desertas, et inhabitabũt in eis, et plãtabunt vineas, et bibent vinum earum, et faciẽt hortos, et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: et nõ euellã eos vltra de terra sua, quã dedi eis. Dicit dominus omnipotens. ℟. Propitius esto domine, peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos, deus salutaris noster, et propter honorem nominis tui, domine, libera nos. Cũ salutatione. Oratio.

Presta, quesumus, domine, familie tue supplicãti: vt dum a cibis corporalibus se abstinet, a vitijs quoqz mente ieiunet: Per. Lectio libri Esdre prophete. cap.



In die- viij- bus illis. Cõgregatus est omnis populus, quasi vir vnus, ad plateam, que est ante portam aquarum, et dixerũt Esdre scribe, vt afferret librum legis Moysi, quam precepe rat dominus Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum, ac mulierũ, cũctisqz qui poterant intelligere, in die prima mẽsis septimi. Et legit in eo aperte in platea, que erat ante portam aquarũ, de mane vsqz ad mediã diem in conspectu virorum ac mulierum, et sapientium. Et aures omnis populi erãt erecte ad librum. Stetit autẽ Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum. Et steterũt iuxta eum scribe, et Leuite. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Et benedixit Esdras domino deo magno. Et respõdit omnis populus: Amen, amen. Et eleuans omnis populus manus suas, incuruati sunt, et adorauerũt deum proni in terram. Porro Leuite silentium faciebãt in populo, ad audiendam legem. Popul⁹ autem stabat in gradu suo: et legerunt in libro legis dei distincte, et aperte ad intelligendum. Dixit autem Neemias sacerdos, et Esdras Scriba, et Leuite interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est domino deo nostro. Nolite lugere, et nolite

nolite flere. Et dixit eis. Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, Et mittite partes eis, q nō pparauerūt sibi: q; sctūs dies dñi est. Et nolite cōtristari: Gaudiū etenim dñi est fortitudo vestra. R. Quis, sicut dñs de⁹ nr̄, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo, & in terra? V. Suscipit a terra inopē, & d stercore erigēs pauperē? Scdz Marc. Ca. ix.

In illo tēpe: Respōdens vn⁹ d turba dixit ad dñz Iesū. Magister attuli filiū meū ad te habētē spūm mutū: qui vbicūq; eū appbēderit, allidit illum, & spumat, & stridet dētib⁹, & arescit: & dixi discipulis tuis, vt eijcerēt illū, & nō potuerūt. Qui respōdens eis dixit. O generatio icredula, q̄mdiu apud vos ero? q̄mdiu vos patiar? Afferte illū ad me. Et attulerūt eum. Et cū vidisset eū, stati spūs cōturbauit illū: & elisus in tr̄ra volutabat spumās. Et interrogauit patrē ei⁹: Quātum tē poris est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infātia. Et frequenter eum in ignē et in aquā misit, vt eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos misert⁹ nr̄i. Ies⁹ autē ait illi. Si potes credere, oīa possibilia sunt credēti. Et cōtinuo exclamās pater pueri cū lachrymis, aiebat. Credo dñe: adiuua icredulitatē meā. Et cū vidisset Ies⁹ cōcurrētē turbā, cōminatus est spiritui immundo dicēs illi. Surde, & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo: & amplius ne intro eas in eum. Et exclamās, & multū discerpēs eū, exijt ab eo: Et fact⁹ est, sicut mortuus, ita vt multi dicerēt, quia mortuus est. Iesus autē tenens manū eius eleuabit eum: & surrexit. Et cū introisset in domū, discipuli eius secreto interrogabāt eum. Quare nos nō potuimus eijcere eum? Et dixit illis. Hoc gen⁹ in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. Off. Meditabor in mandatis tuis, que dilexi valde, et leuabo manus meas ad mandata tua, que dilexi. Sacra.

Hec ostia, q̄us, dñe, emundet nr̄a delicta, et ad sacrificium celebrandū subditorum tibi corpora,

mẽtesq; sanctificet: p. Cõ. Comedite pinguia, et bibite multum, et mittite partes eis, qui nõ preparauerunt sibi: sctũs enim dies domini est, nolite contristari: gaudiũ etenim domini est fortitudo vestra. Post cõm.

Sumentes, dñe, dona celestia suppliciter deprecamur, vt, quę sedula seruitute, donante te, gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus: per. ¶ Feria vj. in quatuor tẽporib⁹. offm.

Letetur cor, querentium dñm: querite dominũ, et confirmamini, querite faciem eius semper. ℣. Confitemini dño, et inuocate nomen eius, annunciate inter gentes opera ei⁹. ℟. Gloria Patri. &c. Oratio.

Presta, quęsumus, omnipotens deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes et corpore tibi placeamus, et mente: p. Lctõ Osee. pphe. Ca. xiiij.

Hec dicit dñs. Conuertere Israel ad dominũ deũ tuũ: quoniam corruisti ĩ iniquitate tua. Tollite vobiscũ verba, et cõuertimini ad dñm, et dicite ei. Omnẽ aufer iniquitatẽ, et accipe bonũ, et reddemus vitulos labiorũ nostrorũ. Assur nõ saluabit nos, super equos non ascendemus: nec dicemus vltra, Dij nostri opera manuum nostrarũ: quia eius, qui in te est, miserebe ris pupilli. Sanabo contritiones eorum, et diligã eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero, q̃si ros, Israeli, germinabit, q̃si lilium, et erumpet radix eius, vt Libani: ibunt rami eius, et erit quasi oliua gloria ei⁹, et odor eius, vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra ei⁹: viuẽt tritico, et germinabunt q̃si vinea, memoriale eius, sicut vinũ Libani. Ephraim quid mihi vltra idola? Ego exaudiam, et dirigam eum, vt abietem virẽtem: ex me fructus tuus inuent⁹ est. Quis sapiẽs, et intelliget ista? Intelligens, et sciet hec? Quia recte vię domini, et iusti ambulabunt in eis. ℟. Conuertere, domine, aliquantulum, et deprecabilis esto sup seruos tuos. ℣. Domine, refugium factus es nobis a generatione, et progenie.

Secũ-

Secūdū Lucā. Capite. vij



In illo tēpore: Rogabat Jesū quidā Pharisę⁹, vt mādu caret cū illo. Et igressꝰ domū Pharisei, discubuit. Et ecce mulier, q̄ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, qđ Jesus accubuit in domo Pharisei, attulit alabastrū vnguenti. Et stās retro secꝰ pedes eiꝰ, lachrymis cepit rigare pedes eiꝰ, ꝛ capillis capitis sui tergebat, ꝛ osculabatur pedes eiꝰ, ꝛ vnguēto vngebat. Uidens autem Phariseus, qui vocauerat eū, ait intra se, dicens. Hic, si esset ꝓpheta, sciret vtiq̄ꝫ, quę, et qualis est mulier, quę tāgit eum: quia peccatrix est. Et respōdens Jesus, dixit ad illū. Simō habeo tibi aliqđ dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erāt cuidā fęnratori, vnꝰ debebat denarios quingētos, ꝛ alius quinquaginta. Nō habentibꝰ illis vnde redderēt, donauit vtrisq̄ꝫ. Quis ergo eū plus diligit? Et respōdens Simon dixit: estimo, quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: recte iudicasti. Et cōuersus ad mulierē, dixit Simoni. Uides hāc mulierē? Intraui in domū tuā, aquā pedibus meis nō dedisti: hęc aūt lachrymis rigauit pedes meos, ꝛ capillis suis tersit. Osculū mihi non dedisti: hęc autē, ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti: hęc autē vnguēto vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi: remittuntur ei peccata multa, q̄m dilexi multum. Cui autē minus dimittitur, minꝰ diligit. Dixit autē ad illam. Remittūtur tibi peccata. Et cęperūt, qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiā peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: Uade in pace.

Offr. Benedic anima mea dn̄o, ꝛ noli obliuisci omnes retributiones eius, ꝛ renouabitur, sicut aquilę, iuuentus tua. Sacra.

Accepta tibi sint, dn̄e, quęsumus, nostri donaieiunij: quę et expiando

nos gratia tua dignos effi-
ciant, ⁊ ad sempiterna pro-
missa perducant: p. Prefa.
vsua. Cō. Aufer a me oppro-
briū, ⁊ cōtemptū: quia mandata
tua exquisiui, domine, nam ⁊ te-
stimonia tua meditatio mea est.

Quesum⁹ om- Post cō.
nipotens deus, vt de
perceptis muneribus gra-
tias exhibentes, beneficia
potiora sumamus: Per.

¶ Sabbato in quatuor tē-
poribus ad missam. Offi.


Enite, adorem⁹ deū,
⁊ procidamus āte dn̄m,
ploremus ante eum,
qui fecit nos: quia ip-
se est dn̄s de⁹ noster. V. Venite,
exultemus dn̄o, iubilemus Deo
salutari nostro. V. Gloria Pri.

De quinqȝ orationes sine salutatione. Oro.

Omnipotēs sempiter
ne deus, qui per cōtinentiā
salutarē et corporibus me-
deris, ⁊ mētibus, maiestatē
tuā supplices exoramus: vt
pia ieiunantiū deprecatio-
ne placat⁹, et p̄sentia nobis
subsidia p̄beas, ⁊ futura: p:

Lectio .i. Leuiti. Ca. xxiij.

In diebus illis, Locu-
t⁹ est dn̄s ad Moysē
dicēs. Decimo die mēsis hu
i⁹ septimi dies expiationū e-
rit celeberrim⁹, et vocabit
sctūs. Affligetisqȝ animas
vestras in eo, ⁊ offeretis ho-
locaustū dn̄o. Omne opus
seruile nō facietis in tēpore
diei hui⁹: quia dies ppitia-
tiōis est, vt propitiet vobis
dn̄s de⁹ vester. Omnis ani-
ma que afflicta nō fuerit die
hac, peribit d populis suis:
Et, que operis quippiā fe-
cerit, delebo eā de populo
suo. Nihil ergo operis facie
tis in eo. Legitimum sempi
ternū erit uobis in cūctis ge
neratiōib⁹, et habitatiōib⁹
nr̄is. Sabbatū requietiōis
est, ⁊ affligētis animas vr̄as.
Die nono mensis septimi a
vespere vsqȝ ad vesperā ce
lebrabitis sabbata vr̄a. Di
cit dn̄s ōnips. R. Propitius
esto, dn̄e, peccatis nr̄is, nequan-
do dicāt gentes, vbi est Deus eo-
rum? V. Adiuua nos, deus salu-
taris noster, ⁊ propter honorem
nominis tui, domine, libera nos.

Sine salutatio. Oro.

Da nobis, qs, omni-
potens de⁹, vt ieiunando,
tua gratia satiemur: ⁊ absti
nendo, cunctis efficiamur

hostibus fortiores. Lectio ij. Leuitic. Capitulo. xxiij.

In diebus illis. Locutus est dñs ad Moysen dicẽs. A quinto decimo die mensis septimi, quando cõgregaueritis omnes fructus terre vestre, celebrabitis ferias domini septem dieb⁹. Die primo, et die octauo erit sabbatũ, id est requies. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrime, spatulasq; palmarum, et ramos ligni densarum frondiũ et salices de torrẽte, et letabimini coram dño deo vestro. Celebrabitisq; solennitatẽ eius septẽ diebus per annũ. Legitimũ sempiternũ erit in generationibus vestris. Mẽse septimo festa celebrabitis, et habitabitis in vmbraculis septẽ diebus. Omnis, qui de genere est Israel manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri, qd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerẽ eos de terra Egypti, Ego dñs deus vester. ℟. Protector noster aspice deus, et respice super seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutũ, exaudi preces seruorũ tuorũ. Sine salu. Oratio.

Tuere, quesumus, dñe, familiam tuam: vt eterne salutis remedia, que, te aspirante, requirimus, te largiente, consequamur. Per. Lectio. iij. Michee prop. Ca. vlti.

Domine deus noster, pasce populum tuũ in virga tua, gregẽ hereditatis tue, habitãtes solos in saltu iuxta dies antiquos. Uidebũt gẽtes, et cõfundẽt super omni fortitudine sua. Quoniã quis de⁹ similis tui, qui aufers iniqtatẽ, et trãsfers peccatũ reliquiarum hereditatis tue? Nõ immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiã est. Reuertetur, et miserebitur nr̃i. Deponet iniquitates nr̃as, et proijciet in profundũ maris omnia peccata nr̃a. Dabis veritatem Iacob, misericordiã Abrahã, que iurasti patribus nostris a diebus antiquis, dñe de⁹ nr̃. ℟. Dirigatur oratio mea, sicut incẽsum in cõspectu tuo, dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Sine salutatione. Oratio.

Presta, q̃sumus dñe, sic nos ab epulis abstine-

re carnalibus: vt a vitijs irruētibus pariter ieiunem⁹. Per. Lectio. iiij. Zacharie prophete. Capitulo. viij.

In diebus illis. Factū est verbū dñi ad me dicēs. Hec dicit dominus exercituū. Sicut cogitaui, vt affligerem vos, cum ad iracūdiā me prouocassent patres vestri, & non sum misertus, sic conuersus cogitaui in diebus istis: vt benefaciam Jerusalē, & domui Juda. Nolite timere. Hec ergo sūt verba, que facietis. Loquimini veritatem, vnusquisq; cum proximo suo. Ueritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisq; malum contra amicū suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mēdax ne diligatis. Omnia enim hec que odi, dicit dominus. Et factum est verbum domini exercituū ad me dicēs. Hec dicit dominus exercituū, ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniū decimi erit domui Jude in gaudium, & in letitiam, & in solennitates preclaras. Ueritatem tantum, & pacem diligite. Dicit dñs omnipotens. R. Conuertere dñe, aliquantulum, & deprecare super seruos tuos. V. Domine, refugium factus es nobis a generatione, & progenie. Sine salutatione. Oro.

Te nobis domine, tribuis solēne tibi deferre ieiunium, sic nobis, quesumus, indulgentie presta subsidium. p. Lectio v. Danie. prophe. capi. iij.

Angelus domini descēdit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi vētum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore hymnum dicebant, laudabant, & glorificabant, & benedicebant deum in fornace, dicentes. Tractus. Omnipotentem semper adorāt, V. Et benedicunt omne

per

per eũ. ℟. Omnipotẽtẽ. ℣. O ia viua, que vehit equor, que vehit aer, terraqȝ nutrit. ℟. Omnipotẽtẽ semper adorãt. ℣. Sit genitori laus, genitoqȝ, sitqȝ beato flamini sancto. ℟. Omnipotẽtẽ semper adorãt. Hic dicitur. Dominus vobiscum. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flãmas ignium concede propitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorũ. Per. Dicatur alia clausula cum duabus orationibus, vt supra. Ad Hebreos. cap. ix.

Fratres: Tabernaculum factũ est primum: in quo erãt cãdelabra, & mensa, & propositio panum: que dicitur sancta. Post velamẽtum autem secũdum tabernaculũ, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habẽs thuribulũ, & arcã testamẽti circũtectã ex oĩ parte auro. In qua erat vrna aurea habẽs mãna, & virga Aarõ, que frõduerat & tabule testamenti. Supqȝ eam erãt Cherubim glorie obunbrantia propitiatoriũ: de quibus non est modo dicẽdum per singula. His vero ita compositis, in priori quidẽ tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia cõsumãtes. In secundo autem semel in anno solus pontifex, non sine sanguine: quem offerret pro sua, & populi ignorãtia. Hoc significãte spiritu sancto, nondũ propalatam esse sanctorũ viam, ad huc priori tabernaculo habente statum. Que parabola est temporis instãtis. Iuxta quam munera, & hostie offerũtur: que non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & in varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsqȝ ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorũ, per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, id est non huius creationis, neqȝ per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Tractus. Laudate dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniã cõfirmata est

super nos misericordia eius, ⁊ veritas dñi manet in eternū. Secū dum Lucam. Cap. xiij.

In illo tēpore: Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plantatā in vinea sua, ⁊ venit querens fructū in illa, ⁊ non inuenit. Dixit autem ad cultorem vinee, Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in ficulnea hac, ⁊ non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terrā occupat? At ille respondens, dicit illi. Dñe, dimitte illā ⁊ hoc anno, vsqꝫ duꝫ fodiā circa illā, ⁊ mittam stercora. Et siquidem fecerit fructum, sin autē in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorū sabbatis. Et ecce mulier, que habebat spiritū infirmitatis annis decem ⁊ octo, ⁊ erat iclinata, nec omnino poterat sursum respicere: quā cū videret Iesus, vocauit eam ad se. Et ait illi Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manꝰ: ⁊ cōfestim erecta est, ⁊ glorificabat deum. Respōdēs autē archisynagogus indignās, quia sabbato curasset Iesꝰ, dicebat turbe. Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite ⁊ curamini: ⁊ non in die sabbati. Respōdens autē ad illum dñs, dixit. Hypocrite, vnusquisqꝫ vestrum sabbato non soluit bouē suū, aut asinum a presepio, ⁊ ducit ad aquare? Hāc autē filiam Abrahe, quam alligauit Sathanas, ecce decem, ⁊ octo ānis: nō oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cū hec diceret, erubescebāt omnes aduersarij eius. Et omnis populus gaudebat in vniuersis, que gloriose fiebant ab eo. Offerto. Dñe deus salutis mee, in die clamaui, ⁊ nocte corā te: intret oratio mea in conspectu tuo dñe. Sacra.

In illo tempore: Dixit dominus Iesus discipulis suis. Vigilate: quia nescitis, qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia, qua nescitis, hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus, et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Offerto. Inueni dauid seruum meum, et oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Sacra.

S Anctorum tuorum, domine, nobis pia non desit oratio: que et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat: Per dominum nostrum Jesum Christum filium. Co. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Post co.

P Resta, quesumus, omnipotens deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Syluestro confessore tuo, atque pontifice beneficia potiora sumamus: Per dominum. Ite, missa est. Eodem die commemoratio de sancta Columba martyre fiat comme.

D Eus, qui nos Oratio. hodie beate Columbe martyris tue annua solennitate letificas, concede propitius, vt eius adiuuemur meritis, cuius irradiamur exemplis: Per dominum. Sacra.

Hostias tibi, dñe, Colū|be mř y ris tuę dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Postcō.

Diuina nos, quesumus, dñe, per hec sancta mysteria, q̄ sumpsimus: & beatę Colūbę mř y s tuę intercessio venerāda letificet, & tua in nobis dona cōciliet: Per

¶ In oct. die sācti Stepha. v. dig. ad missam oīa dicantur, sicut in die: sed nō dicat̄ Credo. nec Cōmunicantes. In octauo die sancti Joannis. v. digni. oīa dicantur, sicut in die, & dicatur. Credo. In octaua Innocentum v. dignita. omnia dicantur, vt in die, & dicatur. Gloria in excelsis: et Alleluia. et non dicat̄ Credo. nec cōmunicā. Juliani, & Basilissę martyrum v. dignita. Ad missam omnia dicātur de cōmuni. plimorū martyrū excepto. orōnib⁹: Qđ festū debet celebrari post octauas epiphanię.

Deus, qui nos cō- Orō. cedis sanctorū martyrum tuorū Juliani, & Basilissę natalitia colere, da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere: p.

Munera tibi, dñe, Sacr nostrę deuotionis offerimus: quę & pro sanctorū Juliani, et Basilissę grata sint honore in ſtorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur: Per dominum nostrum Jesum. Post cōm

Presta nobis, quesumus, domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Juliano, & Basilissa: vt que ore contigimus, pura mente capiamus: Per.

¶ Fulgētij episcopi, Astigitani quintę dignitat. omnia dicātur de cōmuni vni⁹ cōfes. pontifi. Quod festum etiā fiat post octa. Epipha.

Exaudi, q̄s, dñe, Orō. p̄ces nr̄as, q̄s in beati Fulgentij cōfessoris tui, atq̄ pōtificis solennitate deferim⁹: vt qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab oībus nos absolue peccatis: Per.

Pauli primi heremi. vj. dig. dr̄ missa de oct. epiph. Et in ij. clau. fiat cōmem. scti Pauli, & orōnes dicat̄ de cōmūi vnius confe. nō pōti. excepta oratione, q̄ sequit̄. Orō.

Presta

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt beati Pauli heremite confessoris tui, cuius humilitatis celebramus exordia, meritis beneficia sentiamus: Per.

¶ Hilarij episcopi cofesso. et doct. quinte dignita. Ad missam omnia dicantur de communi vnius confessor. pontifi. et docto. exceptis orationibus proprijs. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus, vt excellentiam verbi tui, quam beatus Hilarius confessor tuus, atq; pontifex gloriosus asseruit, et couenienter intelligere valeamus, et veraciter confiteri: Per dominum nostrum Jesum Christum filiu tuu, Qui. Sacra.

Sancti Hilarij, quesumus, domine, precibus grata reddat oblatio, pro cuius est dispositione immolanda: Per dnm. Post com

Sumpsimus, dne, pignus redemptionis eterne: sit nobis, quesumus, interueniente beato Hilario confessore tuo, atque pontifice, vite presentis auxilium pariter, et future: per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecu.

¶ Fiat commemoratio de sacto Felice martyre. Oro.

Concede, quesumus, omnipotens Deus, vt ad meliorem vitam sanctorum tuoru exempla nos prouocent: quatinus quorum solenia agimus, etiam actus immitemur: per dnm nostrum Jesum. etc. Sacra

Hostias tibi, domine, beati Felicis martyris tui dicatas meritis benignus assume, et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium: Per dominum nostrum Jesum. Post co.

Quesumus, domine, salutaribus repleti mysterijs, vt cuius solennia celebramus, eius orationibus adiuuemur: per dominum

Festu gliosi nominis Jesu est .j. dignit. ad missa. Offin.



In nomine Jesu one genu flectatur celestiu, terrestrium, et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quia dominus noster

Jesus Christus in gloria est Dei pris. ℣. Laudate dnm, quonia bonus dns: psallite nomini eius, quoniam suave est. ℣. Gloria pri. Gloria in excelsis. Oro.

Deus, qui gloriosissimu nomen unigeniti filij tui domini nostri Jesu Christi summo suavitatis affectu fidelibus fecisti amabile, et malignis spiritibus tremendum, atque terribile, concede propitius: ut omnes, qui hoc nomen devote venerantur in terris, divine fruitionis dulcedinem percipere mereantur in celis: Per eundem.

Lectio actuu apostolorum. Ca. iiij.

In diebus illis: Petrus replet⁹ Spiritu Sancto dixit. Principes populi et seniores audite. Si nos hodie diiudicamur i benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notum sit omnibus vobis, et omni plebi Israel: quod in nomine Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis: quem deus suscitavit a mortuis: in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobat⁹ est a vobis edificantibus, qui fact⁹ est in caput anguli, et non est in alio aliquo salus. Nec eni aliud nomen est sub celo datum hominib⁹, in quo oportet nos salvos fieri. ℟. Constituit Deus pater ad dexteram suam Jesum Christum in celestibus super omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen, quod nominatur, no solum in hoc seculo, sed etiam in futuro: et omnia subiecit sub pedibus eius. ℣. Adiuva nos Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui, domine, libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Alleluia. ℣. Dulce nomen nostri Jesu melos auri, mel in esucor, vertit in iubilum, et fugat mudi sibilum: alla, alleluia

Secudu Matt. Capite. j.



In illo tepore: Angelus Domini apparuit in somnis Joseph dicens. Joseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuā. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, pariet autē filiū, et vo

et vocabis nomen eius Jesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totũ factũ est, vt adimpleretur, quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ecce, virgo in vtero habebit, & pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatũ nobiscum Deus. Credo. Offertorium. In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super egros manus imponẽt, & bene habebũt, alleluia.

Pater miseri- Sacra. cordiarum, & deus totius consolationis, sanctifica, quesumus, per inuocationem dulcissimi nominis vnigẽiti filij tui, domini nostri Jesu Christi, huius oblationis hostiam: & cooperante Spiritu Sancto, per eam nos metipsos tibi perfice munus acceptum: Per eundem. Prefatio de natiuitate. Communio. Uincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum & in calculo nomen nouum scriptũ, quod nemo scit, nisi qui accepit: alleluia.

Sanctissimum Post cõ. nomen tuum, domine Jesu, solenniter recolentes suppliciter deprecamur, vt per hec salutaria sacramenta, que sumpsimus, veniam et gratiam consequamur, & ab hostium insidijs liberemur: Qui viuis, & regnas. Ista die fiat cõmemoratio beati Mauri abbatis. Oro.

Exaudi, domine, preces nostras, quas in bono re beati Mauri confessoris tui, atq3 abbatis deferim⁹, hunc solennitatis eiusdem diẽ humiliter celebrantes: vt sacra eius intercessio nobis proficiat in eternum: Per dominum nostrum Jesum Christum. &c. Sacra.

Intercessio, quesumus, domine, beati Mauri Abbatis munera nostra commendet, nosq3 eius patrocinio venerando sancte maiestati tue reddat acceptos: Per dominũ. Post cõ.

Quesumus, omnipotẽs Deus, vt, qui celestia alimenta percepimus, intercedente beato Mauro abbate, contra oĩa aduersa

muniamur, z ad eterna gaudia consequenda spes nobis suppetat, et facultas: p[er] Marcelli pape z martyris. v. dig. nita. Officiu[m]. Com. I



Tatuit ei dominus testamentum pacis, et p[ri]ncipem fecit eu[m]: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Inueni Dauid seruum meu[m], oleo sancto meo vnxi eum. ℣. Gloria Patri. Oro.

Preces populi tui, que sumus, domine, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui, atque po[n]tificis meritis adiuuemur, cuius passione letamur: per dominum nostrum Jesum. Epistola, et Euangeli. dicantur de communi vnius martyris. ℟. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, z brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, z filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum. Offertorium. Veritas mea, z misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra. Suscipe, quesumus d[omi]ne, munera dignanter oblata: z beati Marcelli suffraga[n]tibus meritis, ad nostre salutis auxilium prouenire co[n]cede. Comu. Domine quinq[ue] talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sum: euge, serue bone, z fidelis, q[ui]a in pauca fuisti fidelis, sup[er] multa te constituam, intra in gaudium d[omi]ni tui. Postc.

Satiasti, domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quesumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus: Per dominum nostru[m] Jesum Christum Filium. Ite, missa est. ¶ Antonij monachi. dupl. omnia dicantur de commu[n]i vnius confessoris abbatis: exceptis orationib[us] proprijs Oratio.

Deus, qui concedis obtentu beati Antonij confessoris tui morbidum ignem extingui, z membris egris refrigeria prestari: fac nos propitius ipsius meritis a gehenne incendijs libera

beratos, integro smente, et corpore tibi feliciter in gloria presentari: per. Sacra. Acrificium nrm, quesumus, dne, benignus intende: quod sicut beati Antonij precibus cruciatus temporales sanare non desinis, ita erui ab eternis etiam misericorditer impetremus: p. Postcõ Rosit nobis ad salute, dne, sacri muneris oblatio: per quam beati Antonij fulti suffragio, exemplo ipsius omnia tela nequissimi hostis ignea extinguentes sanctorum tuorum mereamur adiungi consortio: p. Prisce virginis vj. dig. Dicatur missa de cõi vnius virgi. exceptis orõnibus proprijs. Oratio. A, qms, omnipotens de, vt qui beate Prisce virginis, et martyris tue natalitia colimus, et annua solẽnitate letemur, et tante fidei proficiamus exemplo: Per. Ostia, dne, qms, Sac. quam in sanctorum tuorum natalitio recensentes offerimus, et vincula nostre prauitatis absoluat, et tue nobis misericordie dona cõciliet: Per dnm. Post cõm.

Uesumus, dne, salutarib9 repleti mysteris, vt cuius solẽnia celebram9, eius orationibus adiuuemur: per. ¶ Fabiani, et Sebastiani martyrum ij. digni. Ad missã. Offm. Tonus. 3.



Ntret in conspectu tuo, dne, gemitus cõpeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria Patri. etc. Gloria in excelsis deo. Oratio. Eus, qui beatos martyres tuos Fabianum, atque Sebastianum virtute constantie in passione roborasti, ex eorum nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla eius aduersa formidare: Per dominum nrm. Ad Hebreos. Capite. xi.



Ratres: Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiões. Obturaue-

runt ora Leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello: Castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres, de resurrectione mortuos suos. Alij autē distenti sunt, non suscipientes redemptionē: vt meliorem inuenirent resurrectionem: Alij vero ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierūt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quib⁹ dignus nō erat mundus: in solitudinibus errantes, in mōtibus, & speluncis, et in cauernis terrę. Et hi omnes testimonio fidei probati inuēti sunt, In Christo Jesu dño nro. ℟. Gloriosus deus in sāctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua, dñe, glorificata est in virtute, dextera manus tue confregit inimicos. Alleluia. ℣. Sancti tui, dñe, benedicent te, gloriam regni tui dicent. Secundū Lucā. Cap. vj.



In illo tēpore: Descendēs Jesus de monte stetit in loco campestri, & turba discipulorum ei⁹, et multitudo copiosa plebis ab omni Judea, & Jerusalē, et maritima, et Tyri, et Sidonis, qui venerant, vt audirent eum, et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omēs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat. Beati pauperes, quia vestrum est regnum dei. Beati, qui nūc esuritis, quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cū separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomē vrm, tanquā malū propter filiū hominis. Gaudete in illa die, & exultate. Ecce, em̄ merces vestra multa est in celo. Offertoriū. Letamini in dño, & exultate iusti, & gloriamini omēs

omnes recti corde. Sacra.

Hostias tibi, dñe, beato rum martirum tuorum Fabiani, et Sebastiani dicatas meritis benignus assume, et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidiũ. Per do. Cõmu. Multitudo languentium, et qui vexabantur a spiritibus immundis, veniebant ad eum, quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Post cõmu.

Refecti participatione muneris sacri, quesum⁹ domine deus noster: vt quorum exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrũ Jesum xpm.

¶ Agnetis virginis. v. dig: ad missã. officiũ. Tonus. 2.

Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua, domine, intellexi omnis consumationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. ℣. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui infirma mũdi eligis, vt fortia queqꝫ cõfundas, concede propitius: vt, qui beate Agnetis virginis, et martyris tue solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per domi.

Ista die in. ij. clau. fiat cõm. sanctorũ Fructuosi, Augurij, et eleuterij. Oratio.

Concede, quesum⁹, omnipotens deus, vt sanctorũ martyrũ tuorum Fructuosi Augurij, et Eleuterij, quorum festa celebramus, participemus victorijs. Per dominum nostrum Jesum.

Ecclesiastici. liber. capit. lj.

Confitebor tibi, domine rex, et collaudabo te deum saluatorem meũ. Cõfitebor nomini tuo, quoniã adiutor, et protector factus es mihi, et liberasti corpus meũ a perditione. A laqueo lingue inique, et a labijs operantium mendacium. Et in cõspectu persequẽtiũ factus es mihi adiutor, et liberasti me secũdũ multitudinẽ misericordie nominis tui. A rugiẽtibus preparatis ad escã, de manibus querẽtiũ animã meã, et de multis tribulationib⁹, que circũdederũt me. A pressura flãme, que circũdedit me, et in medio ignis nõ sum estuata. De altitudi

ne vētris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mēdacii, a rege iniquo, ⁊ a lingua iniusta liberasti me. Laudabit vsq; ad mortem anima mea dominum, ⁊ vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circūdederunt me vndiq;, ⁊ non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium dominum, ⁊ non erat, qui respiceret in me. Memorata sum misericordię tuę domine, ⁊ cooperationis tuę, quę a seculo sunt: quoniam eruis sustinentes te, ⁊ liberas eos de manu angustię, domine deus noster. ℞. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatem, ⁊ mansuetudinem, ⁊ iustitiā, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Pulchra facie, sed pulchrior fide beata es Agnes, respuēs mūdū lętaberis cū āgelis, ītercede pro nobis. Euāge. de cōmu. vii. vir. Offertorium.

Offerentur regi virgines post eā, proximę eius offerentur tibi in lętitia, ⁊ exultatione, adducētur in templum regi domino. Sacra.

Hostias, domine, quas tibi offerimus, propitius suscipe: ⁊ intercedēte beata Agnete martyre tua, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum no.

Munera tibi, domine, nostrę deuotionis offerimus: quę pro tuorum tibi grata sint honore iustorum ⁊ nobis salutaria, te miserāte, redādi. Per do. Cōmu.

Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lāpadibus, media autem nocte clamor factus est, ecce, spōsus venit, exite obuiā xp̄o dn̄o. Post cōm.

Refecti cibo, potuq; cęlesti, deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per dominum.

Presta, quesumus, nobis domine, intercedētibus sctīs martyribus Fructuoso, Augurio, ⁊ Eleuterio, vt, quę ore contigimus, pura mente capiamus. Per dominum no. Ite, missa est.

¶ Vincētii mar. ii. digni. ad missam oīa dicuntur de cōi vnius mar. excep. oratione sacra, euangelio. Oratio.

Adesto, quesumus, dn̄e supplicationibus n̄rīs: vt, qui

quiex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Uincētij martyris tui intercessione liberemur. Per do. Euangelium. Nisi granum frumēti. Require retro in natali sancti Thome Cantuarēsis. foli. cxc. Sacra.

Muneribus nostris que sumus, domine, precibusq3 susceptis, & celestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per. Post com.

Quesumus, omnipotēs deus, vt, qui celestia alimenta percepimus, intercedente beato Uincētio martyre tuo, per hec contra oīa aduersa muniamur. Per dominū nostrum Jesum xp̄m.

Ite, missa est. ¶ Illefonsi archiepiscopi & confes. ij. dig. omnia dicuntur de communi vnius confessoris pontifi. & doctor. excep. orationib9.

Omnipotēs sempiterne deus, qui beatū Illefonsum cōfessorem tuū, atq3 pōtificem mirabiliter in presenti seculo vestimētis glorie decorasti, & in futurū cū angelicis choris ad eternam sedem euexisti, cōcede nobis, quesumus: vt confessionis eius veridico vestiti decore, tibi presentemur in eterna requie. Per dominum nostrum Jesum xp̄m.

Presta nobis, Sacra. misericors deus: vt dig ne tuis semper altaribus seruire mereamur, & eorū perpetua participatione saluari. Per domin Post cōm.

Celestibus refecti sacramentis, & gaudijs supplices te, domine, deprecamur: vt intercedente beato Illefonso cōfessore tuo, atq3 pontifice, cuius gloriamur obitu, protegamur auxilio. Per dominū nostrum Jesū

¶ In cōuersio. sancti Pauli. ij. digni. Offi. Tonus. 7.

Etemur omnes in domino, hodiernum diē solenniter celebrem9, quo beatus Paulus conuersione sua presentem mundum decorauit. ℣. Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio. Gl'ia Patri. Gl'ia in.

Deus, qui vni Oratio. uersum mundum beati Pauli apostoli tui predicatione docuisti, da nobis, quesumus: vt qui eius hodie conuersionem colimus,

per eius ad te exempla gradiamur. Per dominũ no.

Lectio actuũ aposto. ca. ix.

In diebus illis, Saul⁹ adhuc spirãs minarũ, ⁊ cedis in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotũ, ⁊ petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius vie viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Et cum interfaceret, contigit, vt appropinquaret Damasco. Et subito circunfulsit eum lux de celo, ⁊ cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi. Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sum Jesus quem tu persequeris. Durũ est tibi, contra stimulum calcitrare. Et tremens, ac stupẽs dixit. Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum. Surge, ⁊ ingredere ciuitatem, ⁊ dicetur tibi, quid te oporteat facere. Uiri autẽ illi, qui comitabãtur cũ illo, stabant stupe facti, audiẽtes quidem vocem, neminẽ autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisq; oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non vidẽs, ⁊ nõ mãducauit neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias. Et dixit ad illum in visu dominus: Anania. At ille ait. Ecce ego, domine. Et domin⁹ ad eũ. Surge, ⁊ vade in vicum, qui vocatur rectus, ⁊ reqre in domo Jude Saulum nomine Tharsensem. Ecce, enim orat. Et vidit virũ Ananiã nomine introeũtem, ⁊ imponentem sibi manus, vt visum recipiat. Respondit autẽ Ananias. Dñe audiui a multis de viro hoc quanta mala fecerit sanctis tuis in Jerusalem. Et hic habet potestatem a principib⁹ sacerdotum alligandi omnes, qui inuocãt nomẽ tuũ. Dixit autem ad eum dominus. Uade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, ⁊ regibus, ⁊ filijs Jsrael. Ego enim ostẽdam illi, quãta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias

Ananias, ꝛ introiuit in domū, ꝛ īponēs ei manꝰ dixit. Saule frater, dn̄s misit me Jesꝰ, qui apparuit tibi ī via qua veniebas: vt videas, ꝛ implearis spū sctō. Et cōfestim ceciderūt ab oculis eius tāquā squame, ꝛ visū recepit Et surgēs baptizatꝰ est. Et cum accepisset cibum, cōfortatus est. Fuit autē cum discipulis, qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas pꝛedicabat Jesum, quoniā hic est filius dei. Stupebāt autem omnes, qui eum audiebant, ꝛ dicebant. Nonne hic est, qui expugnabat in Jerusalem eos, qui inuocabant nomen istud, ꝛ huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad pꝛincipis sacerdotum? Saulus autem multo magis cōualescebat, ꝛ cōfundebat Judeos, qui habitabant Damasci, affirmans, quoniam hic est Chꝛistus.

℟. A Chꝛisto de celo vocatus, ꝛ in terram pꝛostratus, ex persecutoꝛe effectꝰ est vas electionis. ℣. Inter apostolos vocatione nouissimus, pꝛedicatione pꝛimꝰ. Alla. ℣. Bonum certamē certaui, cursum consumaui, fidem seruaui.

Secundū Matthe. ca. xix.



In illo tēpore: Dixit Simon Petrꝰ ad Jesum. Ecce, nos reliquimus omnia, ꝛ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis ꝛ vos super sedes duodecī, iudicantes duodecim tribꝰ Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sororꝛes, aut patrem, aut matrem, aut vxoꝛem, aut filios, aut agros pꝛopter nomen meum, centuplum accipiet, ꝛ vitam eternam possidebit. Credo. Offer. Ingressus Paulꝰ in synagogam pꝛedicabat Judeis Jesum, affirmans quia hic est Chꝛistus. Secra.

Apostoli tui Pauli pꝛecibus, quesumus, domine, plebis tue dona sanctifica: vt, que tuo grata sunt instituto, gratioꝛa fiant patrocinio supplicantis. Per do.

Prefatio de Apost. Cōmu. Mirabantur omnes, que audiebant dicentes, nonne hic est, qui ad hoc venit, vt expugnaret nomē istud? et in eo glorificabāt Jesū. Sanctifica- Post cōmu. ti, domine, salutari my sterio, quesumus, vt beati Pauli apostoli tui pro nobis pia non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari. Per. Ite, missa est.

Polycarpi presbyteri et marty. vj. dig. omnia dicuntur de cōmuni vnius martyris. Exceptis orationibus.

Beati Polycar- Oro. pi martyris tui, atque pontificis, quesumus, domine, precibus adiuuemur: et eius digne solennia celebrātes tuo nomini facnos esse deuotos. Per. Sacra. Munera, domine, quesumus, tibi dicata sanctifica: et intercedente beato Polycarpo martyre tuo, atque pōtifice, per eadem nos placatus intēde. Post cōmunio. Sancti polycarpi Oro. martyris tui, atque pontificis, domine, intercessione placatus presta, quesumus: vt quod temporali celebramus actione, perpetua salutatione capiamus: Per do.

Agnetis secundo. vj. dignitatis. Ad missam. Officiū. Vultum tonus. 2. tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi in letitia, et exultatione. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio. Deus, qui nos annua beate Agnetis virginis et martyris tue solennitate letificas, da, quesumus: vt quā veneramur officio, etiā pie cōuersationis sequamur exemplo. Per. In. ij. clausula fiat commemora. sanctorū Thyrsi, cū socijs suis. Oro. Sancti Thyrsi martyris, et sociorum eius annua festa recolentes, quesumus, domine: vt que futurorū sunt instrumenta, presentiū fiant patrocinia premiorum. Per. Sacra, et post cōmunicanda de cōmuni plurimorum martyrū. Sapiē. Sapiētia vin- Cap. vij. cit malitiam. Attingit ergo a fine vsque ad finē fortiter,

titer, et disponit omnia suauiter. Hanc amaui, et exquisiui eam a iuuentute mea. Et quesiui sponsam mihi eam assumere, et amator fact⁹ sum forme illius. Generositatem illi⁹ glorificat contuberniũ habens dei. Sed et omnium dominus dilexit illam: doctrix enim est discipline dei. Re. Specie tua, et pulchritudine tua ĩtẽde prospere, procede, et regna. ℣. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Ueni electa mea, et ponã in te thronum meũ, quia concupiuit rex spe ciem tuam. Euange. Simile est regnum celorum decem virgi. Require in commune plurimarum virg. Offerto. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternum, et in seculum seculi. Sacra.

Uper has, quesumus, domine, hostias benedictio copiosa descẽdat, que et sanctificationem nobis clementer operetur, et de martyrium nos solennitate leti ficet. Per dominum. Cõm. Simile est regnum celorum homini negotiatori querẽti bonas margaritas, inuenta vna pretiosa margarita, dedit omnia sua, et comparauit eam. Post communio.

Umpsimus dñe, annue celebritatis votiua sacramenta, presta, quesum⁹: vt et temporalis nobis vite remedia, intercedente beata Agnete virgine, et martyre tua, prebeant, et future. Per dominum nostrum Je.

Ualerij Episcopi Cesar Auguste. v. dignitatis omnia dicantur de cõmuni vnius mar. excep. que sequũt.

Uesum⁹, om- Oratio. nipotens deus: vt intercedente beato Ualerio confessore tuo, atq₃ põtifice, qui eius beneficia poscimus, perpetuum sentiamus auxiliũ. Per dominum no. Sacra.

Blatum sacrificiũ omnipotens deus, dignãter intende, quod in honorẽ beati Ualerij confessoris tui atq₃ põtificis tibi offerim⁹: vt per hoc a cunctorum peccatorum nostrum sordibus emundari mereamur. Per.

Ratias ti- Post cõm. bi agimus, domine deus, qui nos diuinis dapibus satiasti: et intercedente beato Ualerio confessore tuo,

atqꝫ pontifice, quesumus, cunctorū percipere merea mur veniam delictorum. P.

¶ Ignatij episcopi, et marty. v. digni. officium, et omnia alia dicantur de communi vnius marty. pontifi. except. oratiōibꝰ, que sequūt.

Beati Ignatij Oratio. martyris tui, atqꝫ pontificis sacro sancta festiuitas tue nos, quesumus domine, conciliet pietati: in qua sanctitatis eius merita veneran tes, tua in sanctis omnibus mirabilia predicamꝰ. Per.

Ista die in. ii. clausula fiat cō me. Beate Brigide vir. Or.

Presta, quesumus, domine, mentibus nostrꝭ cum exultatione prouectū: vt beate Brigide virginis tue, Cuius diem festiuitatis annua deuotione recolimꝰ, etiam fidei cōstantiam subsequamur. Per do. Sacra, et post commu. dicantur de

Accipe, dñe, vna virgi. munera, que beati Ignatij martyris tui, atqꝫ pōtificis solennitate deferimꝰ, cuius nos scimꝰ patrocinio liberari. Per. Post cō.

Hec sancta in nobis, qsumꝰ, domine, gratia tua semper exerceat, et diuinis instau ret corda nostra mysterijs: et sancti Ignatij martyris tui, atqꝫ pontificis cōmemo ratione letificet. Per domi.

¶ In purificatione beate Marie. Si festum purific. sancte Marie euenerit in dominica, primitus cantetur tertia, deinde benedicā tur cerei. Et post aspergat aqua benedicta cum Aña. Asperges me, domine. Benedictio cādelarum. ℣. Adiutoriū nostrum in nomine domini. ℞. Qui fecit celum, et terrā. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℞. Ex hoc et nunc, et vsqꝫ in seculum.

Sine salutati. Oratio. Adesto supplicationibꝰ nostris, omnipotens deus, et has candelas tua benedic ✠ tione perfūde, quatenus fidelis populus eas in mani bus portans, non solum exteriori lumine gaudeat, sed cecitate cordis expulsa, sic lu men, quod in tenebris lucet, apprehendat: vt nequaquā a via veritatis oberret. P.

Sine salutatione. Oratio.

Domine deus creator celi, et terre, rex regum et dñs

et dominus dominantium, exaudi nos indignos famulos tuos clamantes, et orantes ad te: precamur te, sancte pater omnipotens, eterne deus, qui omnia ex nihilo creasti, et iussu tuo per opera apum hunc liquorem ad perfectionem cere venire fecisti, et qui hodierna die petitionem Simeonis iusti implesti, te humiliter deprecamur: vt has candelas ad vsus hominum, et ad sanitatem animarum, et corporum, siue in terris, siue in aquis, per inuocationem sanctissimi nominis tui, et per intercessionem beate, et gloriose, semper virginis Marie genitricis tue, cuius hodie festa deuote percolim⁹, et per preces omnium sanctorum tuorum benedi ✠ cere, et sanctifi ✠ care digneris: et huius plebis tue, que illas honorifice in manibus portare desyderat, teq; cantando laudare, tu exaudias voces illius de celo sancto tuo, et de sede maiestatis tue: propitiusque sis omnibus clamātibus ad te, quos redemisti pretioso sangui-


ne tuo, Saluator mundi. Qui cum Patre et sācto spū viuis, et regnas. Prefatio.



Per oīa secla seclorū. ℟.



Amē. Dñs vobiscū. ℟. Et



cū spū tuo. Sursū corda.




℟. Habem⁹ ad dñm. Gra-




tias agam⁹ dño deo nr̄o.




℟. Dignū, et iustū est. Vere



dignū, et iustum est, equū, et



salutare nos tibi semp,et



vbiqz gr̄as agere, Dn̄e sc̄tē




pr̄ omp̄s, et̄ne de⁹, Fō̄s, ⁊



origo toti⁹ lūinis, q mūdū




illūinasti lūine tue claritatꝫ,



mittēdo nobꝫ vnigēitū tuū



p vterū itemerate ꝟgīs ma




rie: ⁊ quē lōge āte ꝑmisisti



pphetaꝝ oraclis, tpib⁹ no-



uissimis ip̄m misisti lucē po



plis sedētib⁹ i tenebrꝭ, ⁊ in




regiōe vmbre mortꝭ ābulā-




tib⁹ ipsa claritas exorta




est. Per ip̄z, dn̄e, te dep̄ca-





mur, op̄s eterne de⁹, vt has





cādelas nomini tuo p̄pa-


ratas tua bñdictiõe digne-


ris bñ ✠ dicere, q̃ trãstulisti


nos a ptãte tenebraꝝ in lu-



cẽ, ⁊ regnũ eiusdẽ filij tui



dilecti: p quẽ ortũ in tene-



bris ẽ lumẽ rectꝫ corde, et



gaudiũ salutis ẽtnę. Et q̃ iu


stũ Simeonẽ fideli replesti


expectatione: vt pri⁹ nõ vi-



deret mortẽ, anteq̃z eundẽ


xp̃m dñi carne videret in-



dutũ toti⁹ lumẽ, ⁊ salutare:


ipse nos lũine tuę claritatꝫ



sic repleas, vt oẽs ĩfideli-


tatis tenebras a nobꝫ expel-



las. Et sicut puũ tuũ hodie




dimisisti in pace, ita nos in




pace scte ecclesię tuę digne




ris gubernare: vt portum



ęterne, qetis valeam⁹ in




trare: q̃ten⁹ radijs verę lu-




cis pfusi ibi in die exea-



mus leti, vt cum hymni-



dicis angelorum cho-



ris valeamus videre



faciem indefessi so lis. Qui tecum. &c. Deinde aq̃ bñdicta aspergatur super cereos, & ponatur incensũ, & tunc dentur cerei, et cãtor incipiat antiphonam. Lumen ad reuelationem: Psalm⁹. Nũc dimittis. Antiphona Lumẽ ad reuelatio. ℣. Quod pa. Antiphõa. Lumen adreuela. Tũc accẽdãtur cãdelę, et deinde incipiat. Añ. Venite, & accendite. Tribus vicibus. Finitis his añis, sacerdos benedicat lumen, deinde dicatur. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spũ. Oremus. Oro.

Domine deus pater omnipotens, lumen indeficiẽs, exaudi nos, qui es conditor omnium luminum, et benedic hoc lumen tuum a fidelibus in honore tui nominis portandũ: quatenus a te sanctificatum sit, atq3 benedictũ, & vt lumine claritatis tuę accendamur,

 et illum inemur: propitius concedere digneris: et veluti eodem igne quondam illuminasti Moysen famulum tuum, ita illumina corda nostra, et sensus nostros: ut ad visionem claritatis eterne, et ad vitam peruenire valeamus perpetuam. Per dominum.

Ad missam officium. Tonus. i.



Suscepimus, deus, misericordiam tuam in medio templi tui, secundum nomen tuum, deus, ita et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. ℣. Magnus dominus, et laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. ℣. Gloria patri, et. Dicantur. Kyrie. De rex virginum et. Gloria in excelsis Deo. De beata virgine Maria. Oratio.

Omnipotens, sempiterne deus, maiestatem tuam supplices exoramus: ut sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem dominum.

Malachie prophe. cap. iii.

Hec dicit dominus deus. Ecce ego mitto angelum meum, et preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos queritis, et angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce, venit: dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Leui. Et colabit eos, quasi aurum, et quasi argentum: et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda, et Jerusalem, sicut dies seculi, et sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens. ℟. Suscepimus, deus, misericordiam tuam in medio templi tui, secundum nomen tuum, deus, ita et laus tua in fines terre. ℣. Sicut audiuimus, ita et vidimus in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Dicatur pro. Angelus consi. ¶ Secundum Lucam. Capite. ii.



IN illo tēpore: Postq̄ impleti sunt dies purgationis Marię, secundum legem Moysi, tulerunt puerū Jesum in Jerusalem, vt sisterēt eum domino: sicut scriptum est in lege domini: quia omne masculinum adaperiens vuluā, sanctū domino vocabitur. Et vt darent hostiam, secundū quod dictum est in lege dn̄i: par turturum, aut duos pullos columbarū. Et ecce, homo erat in Jerusalē, cui nomen Simeō. Et homo iste iustus, et timoratus, expectans cōsolationem Jsrael, et Spiritus sanctus erat in eo. Et respōsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christū dn̄i. Et venit in spiritu in tēplum. Et cū inducerent puerum Jesum parentes eius, vt facerēt secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eū in vlnas suas, et benedixit deum, et dixit. Nūc dimittis seruum tuū, domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumē ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tuę Jsrael. Credo. Offr. Offerētur regi virgines post eā, proximę eius offerentur tibi in lętitia, et exultatione, adducētur in templum regi domino. Sacra.

EXaudi, quęsumus domine, preces nostras: et vt digna sint munera, quę oculis tuę maiestatis offerimus, subsidium nobis tuę pietatis impēde. Per dn̄m nostrū Jesum. Prefa. Quia per incarnati. vt supra in die natalis domini. Communicanda. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum domini. Post cōm.

PErfice in nobis, quęsumus dn̄e, gratiā tuā, qui iusti Simeonis expectationē implesti: vt sicut ille mortem nō vidit, priusquā Christū domini videre mereretur: ita et nos vitam obtineam⁹ ęternam. Per eūdem dn̄m.

¶ In sancti Blasij mar. ij. digni. omnia dicātur de cōi

vnius mar. excep. orationibus proprijs, & euāge. Nisi granum frumē. Require in sancto Thoma Canturiensis fo. cxc. Oratio.

Deus, qui beatum Blasium martyrem tuum, atqꝫ pontificem ita in petra fidei solidasti, vt nullo tormētorum genere posset superari, concede nobis propitius: vt a cunctis animę, & corporis molestijs eiꝰ pia intercessione liberemur. Per dominū nostrum Jesum. Sacra.

Hec, domine, sacro sancta oblatio, quę mundum ab ęternę mortis absoluit chirographo, sācto Blasio martyre tuo, atqꝫ pontifice intercedēte, nostrorum fiat remissio peccatorū. Per dominum nostrum Jesum Christum.. Post commu.

Corporis, et sanguinis tui, Jesu Christe, venerabile sacramentum, dilecti martyris tui Blasij, atqꝫ pontificis opitulātibus meritis, nos ad celestis mensę perducat conuiuium. Qui.

¶ Benedictio panis, et fructuum, et omniū aliorū. ℣. Adiutorium nostrū in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum, & terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nūc & vsqꝫ in seculum. Oratio.

Domine sctē pater, omnipotens, ęterne deus, per partum beatissimę virginis Marię, & per intercessionē serui tui Blasij martyris tui, atqꝫ pontificis, & omniū sanctorum bene ✠ dicere digneris hunc panem, et hos fructus, et has confectiones, & has candelas, & herbas tua sancta spirituali bene ✠ dictione: vt sit omnibus sumētibus salus mentis, & corporis, atqꝫ contra omnes morbos, & vniuersas inimicorū insidias tutamē. Per dñm nostrum Jesum Christū filium tuum, panem vitę, qui de celo descēdit, et dat vitā, & salutem mūdo: qui tecum, & cum sancto spiritu viuit, & regnat deus per omnia secula seculorū. Amen. Oratio.

Et benedictio dei ✠ patris omnipotentis, & fi ✠ lij, et spiritus ✠ sancti descendat, & maneat super hūc panem, & hos fructꝰ, & has confectiones, & has candelas, et herbas. Amen.

¶ Agathe virginis, et martyris. v. dignitatis ad missam officium. Tonus. i.



Gaudeamus omnes in domino diē festum celebrantes sub honore Agathe martyris: de cuius passione gaudent angeli, et collaudant filiū dei. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriā martyrij contulisti, cōcede propitius: vt, qui beate Agathe virginis, et martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dñm nostrum. Lectio libri Sapientie. Capite. lj.

Domine Deus meus, exaltasti super terrā habitationē meā, et pro morte defluēti deprecata sum. Inuocaui dñm patrem domini mei: vt nō derelinquat me in die tribulationis mee, et in tempore superbonum sine adiutorio. Laudabo nomē tuum assidue, et collaudabo illud in confessione: et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de pditione, et eripuisti me de tēpore iniquo. Propterea confitebor tibi, et laudem dicam nomini tuo, domine deus noster. ℟. Adiuuabit eā deus vultu suo, deus in medio eius non cōmouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Alleluia. ℣. Beata Agatha ingressa carcerem benedicebat dominum Jesum Christum. Si fuerit. lxx. loco. Alleluia. dicatur tractus: et iste tractus dicatur in festis martyrum, vel virginū: nisi sit. j. vel. ij. dig. tractus. Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, et flebant mittentes semina sua. ℣. Uenientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Secundum Mattheum. Ca. xxv.



In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnū celorum decem virginibus: que accipiētes

lampades suas exierũt obuiam sponso, ꝛ spõse. Quinq; autem ex eis erant fatue, et quinq; prudentes. Sed quinq; fatue, acceptis lãpadibus, nõ sumpserunt oleũ secum. Prudẽtes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, et dormierũt. Media autem nocte clamor fact⁹ est, ecce, spõsus venit, exite obuiam ei. Tũc surrexerũt omnes virgines ille, ꝛ ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerũt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguũtur. Responderunt prudentes, dicentes. Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite potius ad vendentes, ꝛ emite vobis. Dum autẽ irent emere, venit sponsus, ꝛ que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias: ꝛ clausa est ianua. Nouissime vero veniũt ꝛ relique virgines dicentes. Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis, nescio vos. Uigilate itaq;, quia nescitis diem, neq; horã. Off. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te de⁹ in eternum, ꝛ in seculũ seculi. Sacra.

Suscipe munera, domine, q̃ in beate Agathe virginis, ꝛ martyris tue solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum no. Commu. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, ꝛ mãmillã meã meo pectori restituere, ipsum inuoco deũ viuum. Postcõ.

Auxilientur nobis, domine, sumpta mysteria et intercedente beata Agatha virgine, ꝛ martyre tua, sempiterna protectione cõfirmet. Per dñm nostrum.

¶ Uedasti, ꝛ Amandi episcoporum. vj. dig. officiũ, ꝛ omnia alia dicãtur de cõmuni plur imoꝝ cõfessorũ. Oro.

Deus, qui nos beatorũm confessorũ tuorum, atq; pontificũ Uedasti, et Amandi instantia ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es, concede propitius: vt quorum solennia colimus, etiam patrocinia sentiamus. Per dominũ nostrũ Jesum Christũ.

¶ Dorothee virgi. et mar. vj. dig. omnia dicantur de commum vnius vir. Oro.

Deus, qui beate Dorothee virginis tue animam ad ostēdendam innocentie viam, in columbe specie celum penetrare fecisti: concede nobis, quesumus, ipsius meritis innocēter viuere: vt ad ei⁹ gaudia valeamus peruenire. Per domi.

¶ Scholastice virginis. vj. dig. officium totum dicatur de cōmuni vnius vir. Oro.

Familiam tuam, quesumus dñe, beate Scholastice virginis tue meritis ppitius respice: vt sicut ipsi⁹ precibus ad obtinendum, quod concupiuit, imbrē celitus descendere fecisti, ita ei⁹ supplicationibus ariditatē cordis nostri superne digneris gratie rore perfundere. Per dominū. Sacra.

Suscipe, quesumus domine, ob honorem sancte Scholastice virginis tue munus oblatū: et quod nostris assequi meritis non valemus, eiusdem suffragantibus meritis, largiare propitius. Per do. Post commu.

Quos celesti, domine, sacrificio satiasti, quesumus, beate Scholastice virginis tue meritis a cunctis erue propitiatus aduersis. Per do. Eodem die fiat cō Soteris virginis. Oro.

Presta, quesum⁹, omnipotens deus, vt sancte Soteris virginis, cuius hodierna die natalitia celebramus, eius oratione beneficia sentiam⁹. Per dominū.

¶ Eulalie barcinonēsis virginis et martyris. v. digni. ad missam omnia dicantur de communi vnius virgi. ex cep. orationibus. Oratio.

Deus, qui beatam Eulaliam ornasti virginitate, et martyrio cōsecrasti, presta, quesumus, vt, qui cō memorationis ei⁹ festa percolimus, ei⁹ apud te patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum. Sacra.

Hec oblatio, quesumus domine, populi tui in honore beate Eulalie virginis, et martyris tue sit tibi gratissima, et accepta: cuius meritis, et precibus cōcede remediū inuenire. Per dominum nostrū. Post cōm.

O Elestis, domine, panis nos dapibus satiasti: quesumus clementiam tuã, vt cui⁹ fide, ꝛ gustu fruimur, interueniẽte beata Eulalia virgine, ꝛ martyꝛe tua, a malis omnibus eruamur. Per dominum nostrũ. Eodem die Timothei Felicule, ꝛ Zenonis fiat commemo. Oro.

T Uorum nos, domine, pꝛecibus tuere sanctorum, vt festa martyꝛũ tuorũ Timothei, Uitalis, Feliculę, ꝛ Zenonis sine cessatione venerantes, et fideli muniamur auxilio, et magnifico pꝛoficiam⁹ exẽplo. Per.

¶ Ualentini pꝛesbyteri, et martyꝛis sexta dignitatis. Officium. Tonus. 7.



In virtute tua domine letabitur iustus, ꝛ super salutare tuum exultabit vehementer, desiderium anime ei⁹ tribuisti ei. ℣. Quoniam pꝛeuenisti eũ in benedictionib⁹ dulcedinis, posuisti in capite ei⁹ coꝛonam de lapide pꝛetioso. ℣. Gloꝛia patri. Oratio.

P Resta, q̃sumus, omnipotens de⁹: vt qui beati Ualẽtini martyꝛis tui natalitia colimus, a cũctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per.

Lectio Sapiẽ. ca. xiiij. ꝛ xv.

B Eat⁹ vir, qui in sapiẽtia moꝛabitur, ꝛ qui in iustitia meditabit, ꝛ in sensu cogitabit circunspectionem dei. Cibabit illũ pane vite, ꝛ intellectus, ꝛ aqua sapiẽtię salutaris potabit illũ, ꝛ firmabitur in illo, ꝛ nõ flectetur: ꝛ continebit illum, et non confundetur: ꝛ exaltabit illũ apud pꝛoximos suos. Et nomine eterno hereditabit illũ domin⁹ deus noster. ℟. Beatus vir, qui timet dominum, in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semẽ eius: generatio rectoꝛum benedicetur. Allʼa. Letabitur iust⁹ in dño, ꝛ sperabit in eo, et laudabũtur omnes recti coꝛde. Trac. Qui seminãt in lachꝛimis, in gaudio metẽt. Secundũ Lucam. cap. xiiij.



In illo tẽpore. Dixit dominus Jesus discipulis suis. Siq̃s venit ad me, ꝛ non odit patrem suũ, et

matrem, ⁊ vxorem, ⁊ filios, ⁊ fratres, ⁊ sorores, adhuc autem ⁊ animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea q̄z posuerit fundamentum, ⁊ nō potuerit perficere, omnes, qui vident incipiāt illudere ei dicētes: quia hic homo cepit edificare, ⁊ nō potuit cōsumare? Aut quis rex iturus cōmittere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millib⁹ occurrere ei, qui cum viginti millib⁹ venit ad se? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea, q̄ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, que possidet, nō potest meus esse discipulus. Offr. In virtute tua, dñe, letabitur iustus, et super salutare tuum exultabit vehemēter, desiderium anime eius tribuisti ei. Sacra.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: ⁊ intercedēte beato Valentino martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum Iesum Christum. Commu. Posuisti, dñe, in capite eius coronā de lapide pretioso. Post cō.

Sit nobis, domine, reparatio mentis, et corporis celeste mysteriū: vt beati Valētini martyris tui, cuius exequimur actionē, sentiamus effectum. Per dominum nostrum Iesum Chri.

¶ Cathedra sancti Petri. ii. digni. Officiū. Tonus. 7.



Tu es Petr⁹, et super hanc petrā edificabo ecclesiam meā, et porte inferi non preualebūt aduersus eam. ℣. Quodcunqz ligaueris super terram, erit ligatum ⁊ in celis. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Gloria in excelsis deo, ⁊ in terra pax. Oratio.

Deus, qui beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni celestis, animas ligandi, atqz soluendi pontificium tradidisti, con-

cede, vt intercessionis eius auxilio a peccatorũ nostrorum nexib⁹ liberemur. Qui viuis. Lectio epistole beati Petri apostoli. j. Capite. j.

Petr⁹ apostolus Jesu Christi electis aduenis dispersionis Ponti, Galatie, Cappadocie, Asie, & Bithynie, secundũ prescientiã dei patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Jesu Christi, gratia vobis, & pax a deo multiplicetur. Benedictus Deus & pater domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnã regenerauit nos in spem viuã per resurrectionẽ Jesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem, & incõtaminatam, & immarcessibilem, cõseruatam in celis, in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem, in salutem paratã reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis modicum nunc, si oportet cõtristari in varijs tẽtationib⁹: vt probatio vestre fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudẽ & gloriam, & honorem in reuelatione Jesu Christi domini nostri. ℟. Exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorũ laudent eum. ℣. Confiteãtur dño misericordie eius, & mirabilia eius filij hominum. Alla. ℣. Per manus autem apostolorum fiebãt signa, & prodigia multa in plebe. Secũdum Matheum. Capite. xvj.



In illo tẽpore: venit Jesus in partes Cesaree Philippi, & interrogabat discipulos suos dicẽs. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Joannem baptistam, alij autem Heliã, alij vero Jeremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Jesus. Vos autem, quem me esse dicitis? Respõdens Simon Petrus dixit. Tu es Christ⁹ filius dei viui. Respondẽs autem Jesus, dixit ei. Beatus es Simon Bariona, quia caro, et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in celis est. Et

ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meā. Et portę inferi non prevalebūt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum: Et qd̄cunqz ligaueris super terrā, erit ligatū ⁊ in celis. Et qd̄cunqz solueris super terrā, erit solutū ⁊ in celis. Credo.

Offi. Tu es Petr⁹, ⁊ super hāc petrā edificabo ecclesiam meam, ⁊ portę inferi non prevalebūt aduersus eam: ⁊ tibi dabo claues regni celorum. Sacra.

Ecclesię tuę, quęsumus dn̄e, preces, ⁊ hostias beati Petri apostoli tui cōmēdet oratio: vt quod pro illi⁹ gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dominū nostrum Jesum Christum.

Prefa. Te, domine, suppliciter exorare. Commu. Tu es Petrus, ⁊ super hāc petrā edificabo ecclesiam meam. Post cōmu.

Letificent nos, quęsumus domine, sacramēta, quę sumpsimus: vt sicut in apostolo tuo Petro te mirabilem predicamus, sic per illum tuę sumamus indulgētię largitatem. Per dominū nostrum Jesum Christum.

¶ Mathię apostoli. ij. dig. officium, ⁊ omnia alia dicantur de cōmuni apostolorū. exceptis, q̄ sequūtur. Oro.

Deus, qui beatū Mathiam apostolorum tuorū collegio sociasti, tribue, quęsumus: vt eius interuentione tuę circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum nostrum Jesum. Actuum aposto. cap. j.

In diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. Uiri fratres, oportet impleri scripturā, quā predixit Spiritus sanctus per os Dauid de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum, qui cōnumeratus erat in nobis, ⁊ sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidē possedit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem ita, vt appellaretur ager ille lingua eorū Hacel-dema (hoc est ager sanguinis) Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat commoratio

eorum

corum deserta, et nō sit, qui in habitet in ea, et episcopatū eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscū sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, et exiuit inter nos dominus Jesus, incipiens a baptismate Joannis, vsqȝ in diem, qua assumptus est a nobis, testē resurrectionis eius fieri nobiscum vnū ex istis. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, et Mathiam. Et orantes dixerūt. Tu dn̄e, qui corda omnium nosti, ostende, quem elegeris ex his duobus vnū accipere locū ministerij huius, et apostolatus, de quo preuaricatus est Judas, vt abiret in locum suum. Et dederūt sortes eis, et cecidit sors super Mathiā, et annumeratus est cum vndecim apostolis. Credo in vnū. Sacra.

Beati apostoli tui Mathie, domine, solennia recensentes quesumus, vt eius auxilio beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per dominū nostrū Jesum Christ.

Prefa. Te, domine, suppliciter exorare. Post commum.

Beati apostoli tui Mathie, dn̄e, quesumus, intercessio nos adiuuet, pro cuius solēnitate percepimus tua sancta letantes. Per do.

¶ Albini episcopi, et confess. ij. dig. offm̄, et omnia alia dicātur de cōmu. vnius cōfessoris pōti. excepta oratione. Oro.

Deus, qui es sanctorū tuorum gloria sacerdotum, presta, quesumus: vt sicut confessorem tuū, et episcopum Albinum ad laudē tui nominis dicatis muneribus honoramus, ita eius intercessione tue pietatis gratiam cōsequamur. Per do.

Eodē die Nicephori marti.

Deus ineffabilis, remunerator pie confessionis, presta, quesumus: vt beati Nicephori martyris tui adiuuemur meritis, cuius charitatis irradiamur exēplis. Per dominum nostrū.

¶ Emeterij, et Cheledonij martyrū. v. dig. omnia dicātur de cōi plurimorū martyrū excep. orationibus. Oro.

Sanctorū martyrū tuorum Emeterij, et Che-

lidonij, domine, nos festa letificent: et quorum celebramus meritum, experiamur auxilium. Per do. Sacra.

Quesumus, domine, de⁹ noster, vt quod in hoc altari munus offerimus tue maiestati, beatorum martyrũ tuorũ Emeterij, ꝛ Chelidonij supplicationib⁹ propitius assumere digneris. Per dominum. Post cõm.

Sanctorum martyrum tuoꝝ Emeterij, ꝛ Chelidonij supplicationib⁹, domine, cõfidentes quesumus immensam clementiam tuã: vt per ea, q̃ sumpsimus, eterna remedia capiamus. Per.

¶ Perpetue, ꝛ Felicitatis marty. v. dignita. officium, ꝛ omnia alia dicantur de cõmuni plurimorũ marty. exceptis orationibus. Oratio.

Da nobis, quesumus domine deus noster, sanctorum martyrum tuorum Perpetue, ꝛ Felicitatis palmas incessabili deuotiõe venerari: vt quas digna mente nón possumus celebrare, humilibus saltem frequẽtemus obsequiis. Per dominum nostrũ Jesum. Sacra.

Intende, domine, munera, quesumus, altaribus tuis pro sanctarum tuarum Perpetue, et Felicitatis cõmemoratione proposita: vt sicut per hec beata mysteria illis gloriam cõtulisti, sic nobis indulgentiam largiaris. Per. Post commu.

Presta nobis, quesum⁹ domine deus noster: vt intercedẽtibus sanctis martyribus Perpetua, ꝛ Felicitate, que ore cõtingim⁹, pura mẽte capiamus. Per do.

¶ Thome Aquinatis. ij. dignita. offĩi, ꝛ omnia alia dicãtur de cõi vnius confesso. non ponti. sed doctoris, excepta orationibus. Oratio.

Deus, qui ecclesiã tuã mira beati Thome cõfessoris tui, atqꝫ doctoris eruditione clarificas, ꝛ sancta operatione fecundas, da nobis, quesumus, et q̃ docuit, intellecta conspicere, ꝛ que egit, imitatione complere. Per dominum. Sacra.

Passionis filij tui, domine, memoriam recẽsentes deposcimus: vt quod tibi in beati Thome confessoris tui solẽnitate deferim⁹,

sacrificium sit acceptũ. Per dominum nostrũ. Postcō.

Ec nos cōmunio, dñe, sancta letificet: qua beati Thome cōfessoris tui suffragijs, et doctrinis virtutes roborētur interius, ⁊ actus exterius pie operationis excrescāt. Per dominum no.

¶ In dedicatione ecclesie, eandē dignitatis. Ad missam. Officium. Tonus. 2.



Erribilis est locus iste: hic dom⁹ dei est, ⁊ porta celi, ⁊ vocabitur aula dei. ℣. Fundamēta ei⁹ in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. ℣. Gloria patri. G loria in excelsis. Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos hui⁹ sancti templi tui consecrationis reparas diem, ⁊ sacris semper mysterijs reprẽsentas incolumes: exaudi preces populi tui, ⁊ prẽsta: vt quisquis hoc templũ beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse letetur. Per dñm.

¶ Apocalipsis beati Joannis Apostoli. Capite. xxj.

In dieb⁹ illis: Vidi sanctam ciuitatem Jerusalem nouam descēdentem de celo, a deo paratā, sicut spōsam: ornatā viro suo. Et audiui vocem magnā de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, ⁊ habitauit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, et ipse deus cum eis erit eorũ deus. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorũ. Et mors vltra nō erit, neqȝ luct⁹, neqȝ clamor, neqȝ dolor erit vltra, q̄ prima abierũt. Et dixit, qui sedebat in throno. Ecce, noua facio omnia. ℟. Locus iste a deo fact⁹ est inestimabile sacramentũ, irreprehensibilis est. ℣. Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruorũ tuorũ. Al lla. ℣. Fūdamēta eius in mōtibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

¶ Secundũ Lucā. cap. xix.



In illo tēpore: Ingress⁹ Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zache⁹: et hic prin

ceps erat publicanorum, et ipse diues. Et querebat videre Jesum, quis esset, et nõ poterat pre turba, quia statura pusill⁹ erat. Et precurrens ascẽdit in arborem sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illũ, ⁊ dixit ad eum. Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descẽdit, et excepit illum gaudẽs. Et cum viderent omnes murmurabãt dicentes, quod ad hominem peccatorẽ diuertisset. Stans autem Zache⁹ dixit ad Jesum. Ecce, dimidium bonorum meorũ dñe do pauperibus, ⁊ si quid alicuẽ defraudaui, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eũ, quia hodie sal⁹ domui huic facta est, eo quod et ipse fili⁹ sit Abrahe. Venit enim fili⁹ hominis querere, ⁊ saluum facere, quod perierat. Credo in vnum. Offerto. Domine deus meus, in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa, ⁊ populumtuum qui repertus est vidi cũ ingenti gaudio tibi offerre donaria: deus Israel custodi hanc voluntatem cordis eorũ. Sacra.

Annue, quesum⁹ domine, precibus nostris, vt quicunqȝ intra tẽpli huius cuius anniuersariũ et dedicationis diẽ celebram⁹ ambitum continemur, plena tibi atqȝ perfecta corporis, ⁊ anime deuotione placeam⁹: vt dum hec presentia vota reddimus, te adiuuante, ad gaudia eterna ptingere mereamur. Per. Cõm. Domus mea dom⁹ orationis vocabitur, dicit domin⁹, in ea omnis, qui petit accipit, ⁊ qui qrit, inuenit, ⁊ pulsanti aperietur. Post commu.

Deus, qui de viuis et electis lapidibus eterne maiestati tue preparas habitaculum, auxiliare populo tuo supplicanti: vt quod ecclesie tue proficit corporalib⁹ spatijs, spiritualibus amplificetur augmentis. Per.

¶ Gregorij pape. ij. dig. ad missam. Officiũ. Tonus. 6.



Sacerdotes Dei benedicite dominum, sancti et humiles corde laudate Deum. ℣. Benedicite omnia

nia opera domini domino, laudate, & super exaltate eum in secula. ℣. Gl'ia pri. G loria in excelsis.

Deus, qui animę famuli tui Gregorij cōfessoris tui, atq; pontificis ęternę beatitudinis pręmia contulisti, concede propiti⁹: vt, qui peccatorum nostrorum pōdere premimur, ei⁹ apud te precib⁹ subleuemur. Per.

Ecclesi. Sapien. capi. xlvij.

Dedit dn̄s confessionē sancto suo, & excelso in verbo glorię. De omni corde suo laudauit dominum, et dilexit deū, qui fecit illū. Et dedit illi cōtra inimicos potentiam: Et stare fecit cātores cōtra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tēpora vsq; ad consummationem vitę: vt laudarent sanctum nomē domini, et amplificarēt mane dei sanctitatē. Christus purgauit peccata ipsi⁹, et exaltauit in ęternum cornu eius. Sapiētia laudabit animam suam, et in dn̄o honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suū, & in conspectu virtutis illius gloriabitur. Et in plenitudine sancta admirabitur, et in plenitudine electorū habebit laudem, et inter benedictos benedicetur. ℟. Iurauit dominus, & nō penitebit eum, tu es sacerdos in ęternum secūdū ordinem Melchisedec. ℣. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Alleluia. ℣. Inveni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum. Secundum Mattheum. Capite. v.



In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Uos estis sal terrę: qd̄ si sal euanuerit, in quo salief? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, et conculcetur ab hominib⁹. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neq; accendūt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super cādelabrum: vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominib⁹, vt videant opera vestra bona, et glorificēt patrem vestrum,

qui in celis est. Dicit. Credo. Offr. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabit cornu ei9. Sacra.

Annue nobis, quesum9 domine, vt intercessione beati Gregorij cõfessoris tui, atqz põtificis hec nobis prosit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per do. Cõm Fidelis seru9, et prudẽs, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Post cõm.

Deus, qui beatum Gregoriũ confessorem tuũ, atqz pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti, concede propitius: vt, qui cõmemorationis eius festa percolim9, vite quoqz imitemur exẽpla. Per. ¶ Leãdri archiepiscopi Hispalẽ. confessoris, et docto. ij. dig. Ad missam omnia dicantur de communi vnius cõfesso. pontifi. et doctoris. Oratio.

Deus, qui beatissimũ confessorem tuũ, atqz pontificem Leandrũ heretice prauitatis excludere fecisti dogma, eius interuentu, quesumus, omnium cogitationum nostrarum malarũ, facinorumqz facias extinguere flammas. Per dñm nostrum Jesum. Et dicatur. Credo. Sacra.

Annue nobis, quesum9 domine, vt intercessione famuli tui Leãdri hec nobis prosit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum. Post commu.

Prosit nobis, domine, huius sacramenti libatio: et beati Leandri confessoris tui, atqz põtificis nos apud te gl'iosa subleuet intercessio. Per. ¶ Florentine virginis. v. dignita. omnia dicãtur de cõmuni vni9 virginis, exceptis orationibus, Et in secunda clausula fiat commemoratio octa. sancti Leandri. Oratio.

Omnipotẽs, sempiterne deus, qui beatã Florentinam virginem in horto virtutũ fecisti crescere cũ decore, cõcede: vt eiu9 fragãtia odoris adiuti, campi florẽ, qui Christ9 est attingere valeam9: Qui tecũ. Sacra.

Suscipe domine, munera, que in beate Florentine

tine virginis tue solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum. Post cōmu.

Auxilientur nobis, dñe, sumpta mysteria, et intercedente beata Florētina virgine tua, sempiterna protectione confirment. Per.

¶ Gabrielis archangeli. ij. dignitatis. Offici. Tonus. 3.



Benedicite dominum omnes angeli eius, potentes virtute: qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermonum eius. ℣. Benedic anima mea dño, et omnia, que intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria Pri, et Filio. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, qui inter ceteros angelos ad annuntiandum incarnationis tue mysterium Gabrielem archangelum elegisti, concede clementius: vt, qui festum eius celebramus in terris, ipsius patrocinium sortiamur in celis: Qui viuis et regnas. Danielis prophete. Cap. ix.

Ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, et docuit me, et locutus est mihi, dixitque. Daniel, nunc egressus sum, vt docerem te, et intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autem veni: vt indicarē tibi, quia vir desyderiorum es. Tu autem animaduerte sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreuiate sunt super populū tuum, et super vrbem sanctam tuam: vt consumetur preuaricatio, et finem accipiat peccatum. Et deleatur iniquitas, et adducatur iustitia sempiterna. Et impleatur visio, et prophetia, et vngatur sanctus sanctorum. ℟. Benedicite dominum omnes angeli eius, potentes virtute: qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermonum eius. ℣. Benedic anima mea dominum, et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alla. ℣. Sancte Gabriel archāgele, defende nos in prelio: vt non pereamus in tremendo iudicio. Euange. Missus est angelus Gabriel. Require infra in festo annuntia. fo. ccxj. Offer.

D

Stetit angelus iuxta aram tepli habens thuribulum aureũ in manu sua, & data sunt ei incensa multa: et ascendit fumus aromatum in cõspectu Dei, alleluia. Sacra.

Acceptum sit in tuo conspectu, domine, fragilitatis nostrę munus beati archangeli tui Gabrielis oratione: vt idem a nobis veneratus in terris, apud te pro nobis aduocatus existat in celis. Per dominũ. Cõmu. Benedicite omnes angeli domini domino, hymnum dicite, & super exaltate eum in secula. Post cõ.

Corporis, et sanguinis tui sumptis mysterijs, tuam, domine deus noster, deprecamur clementiam: vt sicut Gabriele nuntiãte, incarnationem tuam cognouimus, ita, ipso adiuuante, incarnationis eiusdẽ beneficia consequemur: Qui vi.

¶Sancti Joseph spõsi virginis Marię. ij. dignitatis. Ad missam. Offi. Ton⁹. 7.



Joseph fili Dauid, noli timere recipere coniugem tuã: quod enim in ea natũ est de spũ sancto est. ℣. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Jesum. ℣. Gloria Patri, & Filio. &c. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ĩ celis eternaliter patrẽ omnipotentẽ habẽs, et in terris specialiter Joseph sanctissimum in patrẽ, et nutricium elegisti, da nobis quesumus: vt, sicut ipse tibi infãti adhuc, & puerulo ministrauit fideliter, ita eius meritis, et precibus serueamus in tuo sancto seruitio perseueranter: Qui viuis, et regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus Sancti deus, Per omnia secula.

Libri sapientię. Capite. xlv



Dilectus Deo, et hominibus cuius memoria in benedictione est. Similẽ illum fecit in gloria sanctorum, et magnificauit eũ in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in cõspectu regum, et iussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam. Jn fide, et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne

carne. Audiuit enim vocem ipsius, & induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad precepta, et legem vite et discipline, dominus deus noster. ℟. Cum esset desponsata mater Jesu Joseph, ante quam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. ℣. Joseph autem vir eius, cum esset iustus, nolebat eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Alleluia. Alleluia. ℣. Ascendit Joseph a Galilea de Nazareth in Bethlehem, ciuitatem David, eo quod esset de domo, et familia David: vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore pregnante.

Secundum Mat. Capi. j.



In illo tempore: Cum esset desponsata mater domini Jesu maria Joseph: ante quam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Joseph autem vir eius, cum esset iustus, et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante, ecce, angelus domini in somnis apparuit ei, dicens. Joseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Jesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Offertorium. Angelus domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem eius, et fuge in Egyptum, et esto ibi, vsque dum dicam tibi. Secreta.

Deus, qui legalium differentiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti, accipe sacrificium a deuotis tibi famulis, et pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt, quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per dominum nostrum Jesum Christum, &c. Communio. Tolle puerum, et matrem eius, et vade in terram Israel, defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri. Post communionem.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: vt

quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Joseph nutricio filij tui, tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas: Qui tecum viuit, et regnat.
¶ In octauo die sancti Leādri omnia dicantur sicut in die, sed simpliciter, et dicatur. Credo in vnum Deum. &c.
¶ Benedicti abbatis. v. digni. Ad missā. Offiñ. Eo. 6.



Ir Dei Benedict⁹ mundi gloriam despexit, & reliquit, quoniam Spiritus Dei erat in eo. ℣ Recessit igitur sciēter nescius, et sapienter indoctus. ℣ Gloria Patri, & Filio, &c. Gloria in excelsis Deo. Oratio.



Mnipotens, sempiterne Deus, qui hodierna die carnis eductū de ergastulo beatissimum confessorem tuum Benedictum, atque abbatē subleuasti ad celum, cōcede, quesumus, hec festa tuis famulis celebrantibus cuncto rum veniam delictorum: vt, qui exultantibus animis ei⁹ claritate congaudent, ipso apud te interueniente, consocientur et meritis. Per.
Libri sapientie. Capite. xlv.

Dlectus Deo, et hominibus, cuius memoria in benedictiōe est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, et in verbis suis mostra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam. In fide, et lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eū ex omni carne. Audiuit enim vocem ipsius, et induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad precepta, et legem vite, et discipline, dominus deus noster.
℟ Repletus spiritu sancto beatus Benedictus inter multa miracula, que fecerat, suscitauit puerū ℣ Illusione regis cognoscens ei postmodū vētura predixit. Tra. In columbe specie vidit beatus Benedictus celsa ōnipotētis ethera. ℣ Et aīam scte Scholastice: mox nūtiat illud fratrib⁹, deogrās egit. Secūdū Mat. Ca. xix.

In illo tempore: Dixit Simon Petr⁹ ad dñm Jesum

Jesum. Ecce, nos relinquimus omnia, et secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit eis. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam eternam possidebit. Offerto. In tempeste noctis hora vidit sanctus Benedictus fusam desuper lucem cuncte noctis tenebras effugasse. Secre.



Oblatis, domine, ad honorem beati cōfessoris tui Benedicti, atque abbatis placare muneribus: et ipsius interuentu famulis tuis cunctorum tribue indulgentiā peccatorum. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. &c. Commu. Hodie dilectus domini Benedictus celum ascendens in gloria susceptus est. Post communionem.

Perceptis, domine, Deus noster, salutaribus sacramentis, humiliter deprecamur: vt, intercedente beato Benedicto confessore tuo, atque abbate, que pro illius veneran do gerimꝰ obitu, nobis proficiant ad medelā. Per dn̄m

In annuntiatione sancte Marie. j. dignitatis. Officiū. Tonus. j.



Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet saluatorē. V. Et iustitia oriatur simul: ego dominus creaui eum. V. Gloria patri. Dicantur Kyrie de rex vir. et Gloria in excelsis. de beata virgine Maria. Oro.



Deus, qui de beate Marie virginis vtero verbum tuum, angelo nūtiāte, carnem suscipere voluisti, presta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibꝰ adiuuemur. Per eundem dominum. &c.

Esaie prophete. Capi. vij.

In diebus illis, Locutus est dñs ad Achaz, dicens. Pete tibi signũ a domino Deo tuo in profundũ inferni, siue inexcelsũ supra: & dixit Achaz. Non petam, et nõ tẽtabo dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid. Nũquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo: Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrũ, & mel comedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonum ℞. Tollite portas principes vestras, et eleuamini portæ ęternales, et introibit rex glorię. ℣. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius: innocens manibus, & mundo corde. Alleluia. ℣. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium Jesum Christum. Secundũ Lucã. Capite. j.



In illo tempore. Missus est angel' Gabriel a Deo, in ciuitatem Galileę, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen Erat Joseph de domo Dauid, et nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eã dixit. Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius: et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiã apud Deum. Ecce, concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Jacob in eternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco: Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Helisabeth cognata tua, et ipsa con-

cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quę vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundū verbum tuum. Credo in vnū. Offertoriū. Aue Maria gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Sacra.

In mentibus nostris, quesumus, domine, vere fidei sacramenta confirma: vt qui cōceptum de virgine deum verum, et hominem confitemur, per eiusdē salutiferę resurrectionis potentiam ad ęternam mereamur peruenire lętitiā. Per eundem dominum nostrū. Pręf. Quia per incarnati verbi. Cōmu. Ecce, virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcōm.

Gratiam tuā, quesum⁹, domine, mentibus nostris infunde: vt qui angelo nūtiante Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, et crucē ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem.

dominum nostrum Jesum. Marię Egyptiacę. Ad missam. Officium. Tonus. 1.



Gaudeamus omnes in domino, diem festum celebrantes sub honore beatę Marię Egyptiacę: de cuius solennitate gaudent angeli, et collaudant filium Dei. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, et Filio, etc. Orō.



Omnipotens, sempiterne Deus, qui hodierna die beatissimam Mariā Egyptiacam ęterna regna penetrare fecisti, da, quesumus supplicibus tuis digne illius solennia celebrare: vt per eius venerandam festiuitatem salutem consequamur, et pacem. Per dominum nostrum Jesum xp̄m. Sapien. puer. Capite vlti.



Mulierem fortē quis inuenietur? Procul, et de vltimis finibus pretium eius: confidit in ea cor viri sui, et spolijs non indegebit. Reddet ei bonum, et non

malum omnibus diebus vite sue: quesiuit lanam, et linũ, et operata est consilio manuũ suarum: facta est quasi nauis institoris de lõge portans panem suum. De nocte surrexit, deditque predã domesticis suis. Considerauit agrum, et emit eum: et de fructu manuum suarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roborauit brachium suũ. Gustauit, et vidit, quoniã bona est negotiatio eius: nõ extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia, et digiti ei⁹ apprehenderũt fusum. Manum suam apperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Nõ timebit domui sue a frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus, et purpura indumẽtum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cũ senatoribus terre. Sindonẽ fecit, et vendidit, et cingulũ tradidit chananeo: Fortitudo, et decor indumẽtũ eius, et ridebit in die nouissimo.

Os suum aperuit sapientie, et lex clementie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue, et panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii eius, et beatissimam predicauerunt: vir eius laudauit eam. Multe filie congregauerũt diuitias, tu supgressa es vniuersas. Falax gratia, et vana est pulchritudo: mulier timẽs deum ipsa laudabit. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eã in portis opera eius. ℞. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus Deus tuus oleo letitie. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in eternum. Alleluia. Secundum Matth. Cap. xiij.



In illo tẽpore: Dixit dominus Iesu discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorũ thesauro abscondito in agro: quem qui ĩuenit homo, abscondit, et pre gaudio illius vadit, et vendit vniuersa, que habet, et emit agrũ illũ.

Ite-

Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas: inuēta vna pretiosa margarita, abijt, et vēdidit omnia, que habuit, et emit eā. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare, et ex omni genere piscium congregāti. Quam, cum impleta esset, educentes, et secus littus sedentes, elegerūt bonos in vasa, malos autē foras miserunt. Sic erit in cōsumatione seculi. Exibunt angeli, et separabunt malos de medio iustorum, et mittēt eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, et stridor dentiū. Intellexistis hec omnia? Dicūt ei etiā dñe. Ait illis, ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patri familias: qui profert de thesauro suo noua, et vetera. Offer. Filie regū in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu de aurato circūdata varietate. Sacra

Munera tibi, domine, dicata sanctifica: et intercedente beata Maria Egyptiaca, per eadem nos placatus intende. Per. Cōmu.

Feci iudicium, et iustitiam, domine, nō calūnientur me superbi, ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui. Post commu.

Spiritū nobis, domine, tue charitatis infunde: vt quos vno pane celesti satiasti, itercedēte beata Maria egyptiaca, tua facias pietate concordes. ¶ In festo sancti Francisci de Paula omnia dicantur de communi vnius confesso. non pōti. Exceptis orationib⁹. Oro.

Deus humiliū celsitudo, qui beatū Franciscum de Paula confessorē tuū sanctorū tuorū gloria sublimasti, tribue, q̄s, vt eius meritis, et intercessione, promissa humilibus premia feliciter consequamur. Per. Sacra.

Intercessio nos, quesumus, dñe, beati Francisci de Paula munera nostra cōmendet, nosque eius patrocinio venerando sancte maiestatis tue reddat acceptos. Per dñm. Post cō.

Quesumus, omnipotēs deus, vt qui celestia alimenta percepim⁹, intercedēte

beato Francisco de Paula, contra omnia aduersa muniamur, et ad eterna gaudia consequeda spes nobis suppetat, et facultas. Per dnm.

¶ Ambrosij episcopi, et conf. ij. dignita. Ad missam officiu, et omnia alia dir de cōi vni⁹ cōfes. pōti. et docto. excep. oronib⁹, et epistola. Oro

Deus, qui nos annua beati Ambrosij confessoris tui, atque pontificis solēnia celebrare cōcedis, presta, quesumus: vt quod ille nostris aurib⁹ excellēter infudit, intelligentie tue cōpetēti eruditione capiam⁹. p.

Lectio libri Sapiē. Ca. vij.

Optaui, et datus est mihi sensus: et inuocaui, et venit in me spiritus sapientie. Et preposui illā regnis, et sedibus, et diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Nec comparaui illi omnem lapidē pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua: et tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutē, et speciem dilexi illā, et proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Uenerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sum in omnibus: quoniā antecedebat me ista sapiētia, et ignorabam, quoniam omnium bonorū mater est. Quam sine fictione didici, et sine inuidia communico, et honestatem illius nō abscōdo. Infinit⁹ enim thesaur⁹ est hominib⁹: quo qui vsi sūt, participes facti sunt amicitie dei. Of. Credo. Se.

Hostias tibi, dñe, beati Ambrosij cōfessoris tui, atque pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. p. Post co.

Repleti, domine, muneribus sacris quesumus, vt, intercedente beato Ambrosio confessore tuo, atque pontifice, in gratiarum semper actione maneam⁹. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Isidori archiepiscopi. j. dig. officiū, et ōnia alia dicantur de comuni vnius confessoris pontificis, et docto. excep. orationibus. Oratio.

Protegat nos, quesumus, dñe, beati Isidori confessoris tui, atque pontificis intercessio gloriosa: vt cuius sumus illuminati doctrinis, eius semper muniamur auxilijs. Per dominũ. Et dicatur Credo. Et in tribus primis dieb⁹, & in octa. Tamen si venerit in xl. dicatur tantum in die festi, et in alia die sequẽti. Sacra.

Hostias tibi, dñe, beati Isidori confessoris tui, atq3 pontificis dicatas meritis benignus assume, et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum. Post comm.

Repleti, domine, muneribus sacris quesumus, vt, intercedente beato Isidoro confessore tuo, atq3 põtifice, in gratiarum semper actione maneamus. Per. Et nota, quod per octa. et in octa. die beati Isidori omnia dicũtur, sicut in die, excepto, quod in tempore resurrectio. in die, et per octa. et in oct. die euãge. sit. Ego sum vitis vera, & vos palmites. Et omnia alia dicantur de cõmuni resurrectionis.

¶ In trãslatiõe sancti Leãdri. iiij. dignitat. omnia dicantur de commune vnius confesso. ponti. et doc. exceptis orationibus. Oratio.

Deus, qui beatum Leãdrum doctorẽ ecclesie tue, atque pontificẽ sanctorum tuorum meritis coequasti, concede propitius: vt, qui translationis eius festa percolim⁹, virtutũ quoq3 imitemur exempla. Per dñm. Dicit. Credo. Sacra.

Annue nobis, quesum⁹, domine, vt itercessione famuli tui Leandri hec nobis prosit oblatio, quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum nrm. Post cõmu.

Prosit nobis, domine, huius sacramenti libatio: vt beati Leandri cõfessoris tui, atq3 põtificis nos apud te gloriosa subleuet intercessio. Per dominum. &c.

¶ In octauo die scti Isidori. est festũ. ij. digni. oĩa dicãt, sicut ĩ dic. Dicat. Credo

¶ In trãslatione sanctorũ Seruandi, et Germani. iiij. dig. õnia dicant de comuni

plurimorum martyrum, exceptis orationibus. Oratio.

Concede familie tue, q̃sumus, omnipotens, Deus, beatorum Seruãdi, et Germani martyrum tuorum, quorum translationẽ salutiferã digne veneratur, intercessione in õnibus, que a te postulat, adiuuari. Per

Dicit. Credo. Sacra.

Sanctorum martyrum tuorum Seruandi, et Germani suffragia, quesumus, domine, iugiter nobis veniam postulent, et profectũ. Per dominum. Postcom.

Sanctorum Seruandi, et Germani martyrum tuorum nos, quesumus domine, patrocinia collata nõ deserant, que fragilitatem nostram meritis eorũ tueantur, et precibus. Per dñm.

¶ Emergildi mar. ij. digni. oĩa dicãtur de cõi vni⁹ mar. excep. orationibus. Oratio.

Deus, pro cui⁹ nomine beatus Emergild⁹ rex, et martyr manibus impiorum occubuit, presta, quesumus, vt eius intercessione ab omnibus periculis liberemur. Per dñm. Sacra.

Sacrificium nostrum tibi, domine, quesumus, beati Emergildi Regis, et martyris precatio sancta cõciliet: vt in cuius honore solenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per dominum. Postcommuni.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, vt, quos donis celestibus satiasti, intercedẽte beato Emergildo rege, et martyre tuo, perpetua protectione custodias. Per dominum nostrũ.

¶ Tyburtij, et Valeriani, et Maximi martyrum. vj. digni. omnia dicantur de cõi plurimorum martyrum, exceptis orationibus. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus, vt, qui sanctorum martyrum tuorum Tyburtij, Valeriani, et Maximi solẽnia colim⁹, eorum etiam virtutes imitemur. Per dominũ. Sacra.

Hec hostia, quesumus, domine, quam in sanctorum martyrum tuorum Tyburtij, et Valeriani, et Maximi natalitijs recensẽtes offerimus, et vincula nostre prauitatis absoluat, et tue

tuę nobis misericordię dona conciliet. Per. Post com

Sacro munere satiati supplices te, domine, deprecamur: vt, quod debitę seruitutis celebramus officio, intercedentibus sanctis martyribus tuis Tyburtio, et Valeriano, et Maximo, saluatiōis tuę sentiam⁹ augmentum. Per dominū.

¶ Encratię, et sociorum ei⁹ mar. v. dig. omnia dicantur de cōi plurimorū martyrū, excepta oratione. Oratio.

Respice, quesumus, domine, familiam tuam, et presta, vt beatę Encratię, et sociorum eius martyrum intercessiōe munita ab omni sit culpa defensa. Per.

¶ Thoribij Asturicē. cōfes. v. dig. omnia dicuntur de comuni vnius confes. ponti. excepta oratione. Oratio.

Deus, qui es tuorū gloria confessorum, splendorq; animarum sanctarū, vota nostra placat⁹ suscipe: ac beati Thoribij cōfessoris tui, atque pontificis meritis ab omni nos perturbatione fac permanere illesos, atque peruenire ad honores ęternę vitę promissos. p. Sacra, et post cōmunican. dicunt. de communi vnius cōf. ponti.

¶ In festo sancti Leonis papę. v. dignitatis omnia dicantur de communi vnius confesso. ponti. excepta oratione propria. Oratio.

Exaudi, domine, preces nostras, quas in sancti Leonis confessoris tui, atque pōtificis solennitate deferim⁹: vt, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedētibus meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominū.

¶ Georgij mar. ij. dignitatis omnia dicantur de communi vnius mart. exceptis que sequūtur. Oratio.

Deus, qui nos beati Georgij martyris tui meritis, et intercessiōne letificas, cōcede propitius: vt qui eius beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. p.

Ad Heb. Capi. x.

Fratres, rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamē sustinuistis passionū. Et in altero quidē opprobrijs, et tribulatiōibus spetaculum

facti: in altero autem socij ta liter conuersantium effecti. Nam et vinctis compassi es tis, et rapinam bonorum vestrorum cũ gaudio suscepistis, cognoscẽtes vos habere meliorem, et manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, que magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum, aliquãtulũq;, qui vẽturus est veniet, & nõ tardabit. Just' autem ex fide viuit. Sacra.

Munera, domine, oblata sanctifica: & intercedẽte beato martyre tuo Georgio, nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Postcõmu.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, vt, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo, tibi etiã placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per do. Eodem die Felicis, Fortunati, et sociorum eius mart. vj. dignitatis, omnia dicantur, vt ĩ cõi plurimorũ mar. excepta oratione. Oratio.

Fraterna nos, quesumus, domine, martyrum tuorũ corona letificet: que et fidei nostre prebeat incrementa virtutũ, et multiplici nos suffragio consoletur. Per dominũ nostrũ. Sacra, & post cõmu. dicunt de cõi plurimorum marty r.

¶ Marci euãgeliste. ij. dig. Ad missã. Officiũ. Ton᷑. 7.



Rotexisti me, Deus, a conuẽtu malignãtiũ, alla, a multitudine operantiũ iniquitatem alluia, all'. ℣. Exaudi deus orationem meam, cum deprecor, a timore inimici eripe animam meã. ℣. Gloria patri. Sicut erat. Orõ.

Deus, qui beatũ Marcum euangelistam tuũ euãgelice predicationis gratia sublimasti, tribue quesumus eius nos semper et eruditione proficere, et oratione defendi. Per dominũ nrm. Ezechielis proph. Capi. j.

Similitudo vultus quatuor animaliũ: Facies hominis, et facies leonis a dextris

dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor: & facies aquile desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & penne eorum extente desuper. Due penne singulorum iungebantur, et due tegebant corpora eorum. Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur, cum ambularent. Et similitudo animaliū, et aspectus eorum, quasi carbonū ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrens in medio animaliū, splēdor ignis, et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinē fulguris coruscantis. In loco R. dicitur. Alleluia. In die resurrectionis mee, dicit dominus, precedam vos in Galileam. Alr. Primus ad Sion dicet, ecce, adsum, & Jerusalē euāgelistā dabo. Secundū Mat. Cap. xix.



In illo tēpore: Dixit dominus Jesus discipulis suis. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum celorum. Et iterum dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum celorū. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse. Aspiciens autem Jesus dixit illis. Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autē omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei. Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Jsrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplū accipiet, et vitam eternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Dicat. Credo

Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua, domine, et veritatem tuam in ecclesia sanctorum: alleluia, alleluia. Sacra

Hanc, quesumus, domine, oblationem pro commemoratione beati Marci euangeliste tui tibi oblatam benigne intuere: et presta, ut nomini tuo ad gloriam, et nobis proficiat ad medelam. P.

Prefa. de com. aplorum. Com. Uos estis sal terre, et lux mundi: vos videtis, quod prophete, et reges non viderunt: gratis accepistis, gratis date, dicit dominus. Post commu.

Satiati cibo spiritualis alimonie, quesumus, domine deus noster, vt, quod mysterio frequentamus, intercedente beato Marco euangelista tuo, plena virtute consequamur. Per do.

¶ Cleti pape, et mar. v. dig. omnia necessaria dicantur de com. vnius mar. ponti. except. orationibus proprijs. Oro.

Adesto, Domine, populo tuo, et beati Cleti martyris tui, atque pontificis merita preclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrocinijs adiuuet. Per. Sacra.

Suscipe, Domine, munera propitiatus oblata: que maiestati tue beati martyris tui, atque pontificis Cleti commendet oro. Per. Post co.

Purificent nos, domine, sacramenta, que sumpsimus: et intercedente beato Cleto martyre tuo, atque pontifice, a cunctis efficiant vitijs absolutos. Per dominum.

¶ Uitalis mar. vj. digni. ad missam omnia dicantur de com. vnius mar. exceptis orationibus, et epistola. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens Deus, vt intercedente beato Uitale martyre tuo, et a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per

Ad Timoth. ij. Capite. ij.

Charissime, Memor esto dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum: in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans. Sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, vt et ipsi salutem consequantur: que est in Christo Jesu

Jesu cum gloria celesti. Tu autem assecutus es meã doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochie, Iconij, Lystris, quales persecutiones sustinui: et ex omnibus eripuit me dñs. Et omnes, qui pie volunt vivere i Christo Jesu, persecutionem patientur.

Accepta sit in Sacra. cõspectu tuo, dñe, nr̃a devotio, et beati Vitalis martyris tui nobis fiat supplicatione salutaris: pro cuius solẽnitate defertur. p. Post cõ.

Refecti participatione muneris sacri q̃sumus, domine deus noster, vt beati Vitalis martyris tui, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominũ

¶ Petri Mar. d. ordine pdicatorum. v. digni. omnia dicantur de cõmuni vnius martyris, exceptis orationibus propriis. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens Deus, vt Beati Petri martyris tui fidẽ congrua devotione sectemur: qui pro eiusdem fidei dilatatione martyrij palmam meruit obtinere: Per. Sacra.

Preces, quas tibi, dñe, offerimus, intercedẽte beato Petro martyre tuo, benignus intende: et pugiles fidei sub tua protectiõe custodi: Per. Post cõmun.

Fideles tuos, domine Deus, custodiant sacramenta, que sumpsimus: et intercedente beato Petro martyre tuo, cõtra omnes adversos tueantur incursus: per dñm. ¶ Philippi, et Jacobi. ij. dignitatis. Ad missam. Offiñ. Tonus. 7.

Exclamauerunt ad te, dñe, in tempore afflictionis sue, et tu de celo exaudisti eos, alleluia, alleluia. V. Exultate iusti in dño, rectos decet collaudatio. V. Gloria patri. Gloria in ex. Oratio.

Deus, qui nos annua beatorum apostolorũ tuorum Philippi, et Jacobi solennitate letificas, presta, quesumus: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominũ

Sapientie. Capite. v.

Stabũt iusti in magna

E

constātia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorū. Uidentes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperate salutis dicentes intra se, penitentiam agentes, et pre angustia spiritus gementes. Hi sunt, quos habuim⁹ aliquando in derisum, et in similitudinē improperij. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, et finē illorum sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. In loco. R. dicatur. All. V. In die resurrectionis mee (dicit Dñs) precedam vos in Galileam. All. V. Per man⁹ autem apostolorū fiebant signa, et prodigia multa in plebe. Post ascensionem. R. dicantur de ascensione. Secūdū Joanē. Cap. xiiij.



In illo tempore, Dixit dñs Jesus discipulis suis. Non turbetur cor vrm. Creditis in deum: et ī me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quominus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Et si abiero, et preparauero vobis locū: iterum venio, & accipiā vos ad me ipsū: vt vbi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado, scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas. Dñe, nescimus, quo vadis: & quomodo possumus viā scire? Dicit ei Jesus. Ego sum via, veritas, & vita. Nemo vēit ad Patrem nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum vtiqz cognouissetis. Et amodo cognoscitis eū, et vidistis eū. Dicit ei Philippus. Dñe, ostende nobis Patrē, & sufficit nobis. Dicit ei Jesus. Tanto tempore vobiscum sum, et non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem? Nō credis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Uerba, que ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Pater autē in me manens, ipse facit opera. Non creditis, qz ego in Patre, & Pater in me

me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, que ego facio, et ipse faciet, et maiora horū faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcunque petieritis Patrē in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in filio. Si quid petieritis me ī nomine meo, hoc faciam. Credo. Offertoriū. Confitebūtur celi mirabilia tua dñe, et veritatem tuam in ecclesia sanctorū, Alleluia, alla. Sacra

Munera dñe, q̄ pro beatorum apostolorū tuorum Philippi, et Jacobi solennitate deferimus, propitius respice: et mala omnia, que meremur auerte. Per. Prefa. de cōi apostolorum. Communi. Tāto tempore vobiscū sum, et non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem: alleluia: non creditis, quia ego in Patre, et pater in me est? alla, alla. Post commun.

Quesumus domine salutaribus repleti mysterijs, vt beatorum apostolorum Philippi, et Jacobi, quorum solēnia celebramus, orationibus adiuuemur. p.

¶ Athanasij episcopi. v. digni. Ad missam ōnia dicantur de cōmuni vnius confe. pontifi. et docto. excep. orationibus, et epistola. Oro.

Deus, qui ore famuli tui Athanasij confessoris tui, atque pontificis documētis sancte trinitatis nos instruxisti, cōcede, vt intercessionis eius auxilio in eadem fide, te donāte, permanere possimus. Per dominū. Epistola. Rememoramini. Require supra in festo sācti Georgij. fol. ccxv. Sacra.

Suscipe, dñe, munera, que in solēnitate sancti Athanasij cōfessoris tui, atque pōtificis tibi deferimus, cuius nos scimus patrocinio liberari. Per. Post cō.

Sumpto, dñe, sacrificio in honorē scti Athanasij cōfessoris tui, atque pōtificis, qms, vt dulcedo doctrine eius inhereat visceribus nrīs. p. ¶ Inuētio scte cruci j. dig. ad miss. Offīn. Con. 3.

Nos autē gl'ari oportet in cruce dñi nrī Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nrā: p quē saluati, et liberati

sumus, alleluia, alleluia. ℣. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui. Gloria i excelsis deo. Oratio.

Deus, qui in preclara salutifere crucis inuētione passionis tue miracula suscitasti, concede, vt vitalis ligni pretio eterne vite suffragia consequamur: Qui viuis, et regnas cum.

Ad Galatas. Capite. v.

Fratres, Cōfido de vobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudiciū, quicunq; est ille. Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc predico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam abscindantur, qui vos cōturbant. Quicūque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circūcidi tantum: vt crucis Christi persecutionem non patiantur. Neq; enim qui circuncidūtur, legē custodiūt. Sed volūt vos circuncidi: vt in carne vr̄a glorientur. Mihi autē absit gloriari, nisi i cruce dn̄i nr̄i Jesu xp̄i. Per quē mihi mūdus crucifixus est, et ego mūdo. Loco ℟. dicat. All. ℣. In die resurrectionis mee (dicit dn̄s) precedā vos in Galileā. Post ascēsionē loco. ℟. dicat. Alla. ℣. Ascendit deus in iubilatione, dominus in voce tube. Alla. ℣. Dulce lignū, dulces clauos, dulcia ferens pōdera: que sola fuisti digna sustinere regem celorum, et dn̄m.

Secundū Joānē. Cap. xij.



In illo tēpore: Dixit dominus Jesus discipulis suis, et turbis iudeorū. Ego si exaltatus fuero a terra, ōnia trahā ad me ipsum. Hoc autem dicebat, significās, qua morte esset moriturus. Respōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in eternum: Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filiū hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habe-

habetis: vt nō vos tenebre comprehendāt. Et qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem: vt filij lucis sitis. Credo. Offerto. Protege, domine, plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidijs inimicorum omniū: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum: alla. Sacra.

Sacrificium, Domine, quod tibi immolamus, placatus intende: vt ab omni nos eruat bellorum nequitia: et per vexillum sancte crucis filij tui, ad conterendas aduersariorum insidias, nos in tue protectionis securitate constituat: Per eundem. Prefa. Qui salutem humani generis. Comu. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster: alleluia. Post communionē.

Repleti alimonia celesti, et spirituali poculo recreati quesumus, omnipotens Deus, vt ab hoste maligno nos defēdas: quos per lignum sancte crucis filij tui armis iustitie pro salute mundi triumphare iussisti. Per eundem dominū.

¶ Eodem die Alexandri, Euentij, et Theoduli mar. sexte dignitatis, omnia dicantur de communi plurimorum martyrum, exceptis orōnibus proprijs. Orō.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Alexandri, Euentij, et Theoduli natalitia colim⁹, a cūctis malis imminentib⁹ eorum intercessionibus liberemur. Per dnm. Sacra

Super has, quesumus, domine, hostias benedictio copiosa descendat: que et sanctificationem nobis clementer operetur, et de martyrum tuorum Alexandri, et Euentij, et Theoduli nos solennitate letificet. Per dnm. Post cōmu.

Refecti participatione muneris sacri quesumus, domine deus noster: vt beatorū martyrum tuorum Alexandri, Euentij, et Theoduli, quorum exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum.

¶ Corone dñi. j. dignitatis Admissam. Offin. Tonus. j.


Gaudeamus omnes in dño diem festum celebrantes sub honore corone domini: de cuius solennitate gaudent angeli, et collaudãt filium dei, alla. ℣. Omnes gẽtes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. ℣. Gloria Pri, et Filio. Gloria in ex. Oro

Presta, quesumus, omnipotens deus, vt qui in memoriam passionis domini nostri Jesu Christi coronam eius spineam veneramur in terris, ab ipso gloria, et honore coronari mereamur in celis. Qui tecum.

Sapiẽtie, cãticorũ. Ca. iij.


Ectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi. Uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex salomõ de lignis Libani. Columnas eius fecit argẽteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureũ, media charitate cõstrauit, ppter filias Jerusalem. Egredimini, et videte filie Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, et in die letitie cordis eius. Quam pulchra es amica mea: quã pulchra es: Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet. Ueni de Libano sponsa mea, veni de Libano veni coronaberis. In loco. R. Dicatur Alla. ℣. In die resurrectionis mee (dicit Dominus) precedam vos in Galileam. vel ℣. Ascendit deus in iubilatione, dominus in voce tube. Alleluia. ℣. Diadema spineum veneremur hodie, cuius per aculeum sertum datur glorie. Secundum Joannem. Capit. xix.


In illo tẽpore, Apphẽdit Pilatus Jesũ, et flagellauit. Et milites plectẽtes coronã de spinis posuerunt capiti ei9, et veste purpurea circũdederũt eũ. Et veniebãt ad eũ, et dicebãt. Aue rex iudeorum: et dabãt ei alapas. Exiuit iterũ Pila-

Pilatus, et dicit eis. Ecce, adduco vobis eum foras: ut cognoscatis, quod in eo nullã inuenio causam. Exiuit ergo Jesus foras portãs coronã spineã, et purpureũ vestimẽtũ. Credo. Offe. Gloria, et honore coronasti eum domine, et constituisti eũ super opera manuũ tuarũ, dñe, alla. Sacra

Tuorũ militũ, rex omnipotẽs, virtutẽ corrobora: vt quos in hui⁹ mortalitatis stadio vnigẽiti filij tui corona letificat, cõsumato cursu certaminis, immortalitatis brauiũ apprehẽdat. per. Prefa. Qui salutem humani generis. Cõ. Posuisti, dñe, super caput eius coronã de lapide pretioso. alleluia. Post comm.

Supplices te rogamus, omnipotens deus, vt hec sacramẽta, que sumpsimus, per sacrosãcte filij tui corone, cui⁹ solenia recẽsemus, virtutem, nobis prosiciant ad medelã. Per eun.

¶ In fe. scti Joã. ãte portã lati. ij. dig. Offiũ. Ton⁹. 6.

In medio ecclesie apervuit os eius, et impleuit eum dominus spiritu sapientie, et intellectus, stola glorie induit eum. ℣. Jucunditatẽ, et exultationem thesaurizauit super eum. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sctõ. Gloria i excelsis deo. Oratio.

Deus, qui conspicis, quia nos vndiq̃ mala nostra perturbant, presta, quesumus: vt beati Joãnis apostoli tui, et euangeliste intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum Epistola. Qui timet deum. Require in communi vnius docto. Loco. ℟. dicat alla. ℣. In die resurrectionis mee (dicit domin⁹) precedam vos in Galileam. Et si venerit post ascensionem loco. ℟. dicatur Alla ℣. Ascẽdit de⁹ in iubilatione, dominus in voce tube. Alla. Prim⁹ ad Siõ dicet, ecce, assum: Jerusalem euangelistam dabo. Euangel. Ego sũ vitis vera. Require in commũi resurr. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua etenim veritatẽ tuã in ecclesia sctorũ: alluia, all. Sacra.

Muneribus nostris, q̃sumus domine, precibusque susceptis, et celestibus nos munda mysterijs, et clementer exaudi. Per dominum nr̃z. Prefa.

de apostolis. Cōmu. Ego sum vitis vera, et vos palmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: Alla, alla.

Refecti, dñe, Post com pane celesti, et intercedente beato Joanne apostolo tuo, et euangelista, ad vitam, quesumus, nutriamur eternā. Per dominū.

¶ Reuelatio Sancti Michaelis est festum secunde dignitatis. Require in alio festo mensis Septembris.

¶ Translatio sancti Nicolai episcopi quinte dignitatis: omnia dicantur de communi vnius confessoris pontificis, exceptis orationibus proprijs. Oratio

Deus, qui tuorum pro salute fidelium beatissimi Nicolai corpus Barū de Myrra trāsferri voluisti, tuamque dispositionem mirabilem, illiusqz meritū venerabile miraculis innumer; affirmasti, tribue, que sumus nobis, vt mereamur in presenti a te meritis illius adiuuari, et in futuro cū ipso letari. Per dñm. Sacra.

Sanctifica, quesumus, domine, oblata munera, que in veneratione sancti antistitis tui Nicolai offeruntur: vt per ea vita nostra iter aduersa, et prospera vbiqz dirigat. p. Post com

Oncede familie tue, q̄sumus ōnipotens de9, vt beati Nicolai, cuius trāslationem salutiferā celebramus, digne mereatur intercessione in omnibus, que in re postulat, adiuuari. Per.

¶ Gordiani, et Epimachij mar. vj. dignitatis, ad missam omnia dicantur de cōmuni plurimorum martyrum, exceptis orationibus proprijs et epistola. Oratio.

Da quesumus, omnipotens deus, vt qui beatorum martyrum tuorum Gordiani, atque Epimachij solennia colimus, eorū apud te intercessionib9 adiuuemur. Per dominum.

Lctō li. Sapiē. puer. ca. x.

Expectatio iustorū letitia: spes autem impiorū peribit. Fortitudo simplicis via domini: et pauor his qui operantur malum. Iustus in eternum non cōmouebitur: impij autem non habi-

habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapiẽtiã: ꝛ lingua prauorum peribit. Labia iusti cõsiderant placita, ꝛ os impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos, et supplantatio peruersorum vastabit illos. Justitia rectorũ liberabit eos, et in insidijs suis capientur iniqui. Justus de angustia liberatus est: ꝛ tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autẽ liberabuntur sciẽtia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: ꝛ ĩ perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas. Sacra.

Hostias tibi, domine, beatorũ martyrũ tuorum Gordiani, atque Epimachij dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue peruenire subsidium. p. Post cõ.

Quesumus, omnipotẽs Deus, vt, qui celestia alimẽta percepimus, intercedentib᷑ martyribus tuis Gordiano, atque Epimacho, per hec contra omnia aduersa muniamur. Per.

Dñici Calciat ẽsis. ij. dig. officiũ, ꝛ omnia alia dicant de cõi vni᷑ cõfesso. non pontifi. excepta oratione. Orõ.

Deus, qui ecclesiam tuã meritis sãctorum tuorum mirabiliter semper illustras, presta, quesumus: vt precibus sancti dominici confessoris tui adiuuemur, et ad vitam peruenire mereamur eternam. Per dñm

Eodẽ die Nerei ꝛ Achillei, atq; Pãcratij martyꝝ. orõ

Presta, quesumus, omnipotens De᷑, vt qui beatorum martyrum tuorum Nerei, ꝛ Achillei, atq; Pãcratij natalitia colim᷑, a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur: per dñ;. Sacra.

Munera, quesumus, domine, tibi dicata sanctifica: ꝛ intercedentib᷑ beatis martyribus tuis Nereo, ꝛ Achilleo, atque Pancratio, per hec eadẽ nos a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Post cõ.

Sanctorum martyrum tuorum Nerei, Achillei, atque Pancratij, domine, intercessione placatus,

presta, quesumus: ut, qd tēporali celebramus actione, perpetua salvatione capiamus. per

¶ Victoris, et Corone martyrum sexte dignitatis omnia dicant de commun pluri morū martyrū, excep. orationibus proprijs. Oratio.

SAnctorum martyrum tuorum, dñe, Victoris, et Corone nos adiuva meritis, quorū devoti triumphis gloriamur assiduis. p.

BEatorū mar- Sacra. tyrum, dñe, Victoris, et Corone solenia recolentes, supplices te rogamus: ut quos celesti gloria sublimasti, tuis adesse concedas fidelibus: Per. Post com.

SAcrificiū, domine, pro sctis martyribus tuis defertur: quesumus, ut eorum merita nobis augeant, te donāte, suffragium. per.

Torquati, et sociorum eius v. digni. omnia dicātur de communi plurimorum cōfes. excep. orōnibus pprijs. Orō.

DEus, qui per beatissimos confessores tuos, atque pontifices Torquatum, Indolētiū, Ctesiphōtem, Cecilium, Hesychiū, et Euphrasium, innumerum Hispanie populū adte accersiri voluisti, presta quesumus: ut ecclesia tua eisdē rectoribus gubernetur, quos ei voluisti preesse pastores.

HOstias, Dñe, Sacra. tue plebis intende: et quas ī honore beatissimorū pontificum tuorum devotamente celebrat, proficere sibi sentiat ad medelam. per

DEus vita fide- Post cō. lium, exultatio sanctorum, indefessa laudatio angelorum, per ea, q̄ sumpsimus, prōptuaria pectoris nostri, ad instar tuorū pōtificum, repleas sancti Spiritus septēplici dono charismatū, per dūm nrm Jesū christum filium tum: qui tecū vivit et regnat in unitate eiusdē spūs sancti deus per omnia secula seculorum. etc

¶ In traslatione sācti Antonini marty. vj. digni. omnia dicuntur, ut in communi unius mar. excepta oratione, que sequitur. oratio.

SIt nobis, quesumus, dñe, beatissimus martyr Antoninus custos actuū nostrorū: et omnia lutulēta

opera, que nostra fragilitas superare nõ potest, eius pia intercessione, tuaq3 benignitate vincantur. Per dñz.

¶ Petri de murrõ cõfesso. v. dig. oĩa dicãt de cõi vnĩ cõf. nõ põtifi. excep. oĩone.

Concede, q̃sumus, Ozo. omnipotens deus, sancti Petri confessoris tui exultare meritis, et beneficiorũ eius attolli suffragijs. p.

Eodem die in ij. clausu. fiat cõme. sctẽ Potẽtianẽ. Ozo.

Da, quesumus, omnipotens Deus: vt qui beate Potentianẽ virginis tuẽ solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominũ. Sacra.

Accipe munera, quesumus, domine, dignanter oblata: et beatẽ Potentianẽ virginis tuẽ suffragãtibus meritis, ad nostrẽ salutis auxiliũ prouenire concede. Per dñm. Post cõmu

Satiasti, dñe, familiam tuã muneribus sacris: eius, quesumus, interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per do.

¶ Bernardini cõfes. ij. dig. omnia dicantur de commu ni vnius confess. non põtifi. exceptis orationibus. Ozo.

Deus qui ecclesiam tuã dispositione mirabili semper illustras sanctorum splendoribus, tribue, quesumus: vt qui beati Bernardini confessoris tui, ac diuini verbi predicatorum eximij solennitatem colimus, eius meritis, et intercessiõe ẽterni regni gaudia consequamur. Per dñm. Sacra.

Munera tibi grata, dñe, quẽ preclari confessoris tui, beati Bernardini meritis ecclesiam tuam multiplici miraculorũ irradiãt virtute misericors admitte: et eo intercedente ab huius seculi laqueis propitius nos eruere digneris. p. Post cõ.

Sacra huius diei solennitas, dñe, nos a criminẽ purget: et intercedente beato Bernardino euangelici verbi predicatore egregio, sic viam mandatorum tuorum curramus, vt (quẽ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis ascẽdit) gaudia eterna, te miserante, capiamus. Per dominum nostrum Jesum. &c.

¶ Eodē die fiat cōme. sācti Baudulij martyris. Oro.

Misericordiam tuam, domine, nobis, quesumus, interueniente beato Baudilio martyre tuo, clemēter impende: et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragijs. Per do. Sacra.

Presta, quesumus, omnipotēs, et misericors deus: vt intercessione beati Baudulij martyris tui hec sācta oblata ad profectum animarū nostrarū sanctificare digneris. p. Post com.

Da, quesumus, omnipotens Deus, vt per hec sancta, que sumpsim⁹, beati Baudulij martyris tui intercessione a cunctis aduersitatibus eruamur: et celestis vite consortia consequi mereamur. Per dn̄s.

¶ Urbani pape, et mart. vj. dignitat. ad missam omnia dicantur de cōmuni vnius marty. ponti. exceptis orationibus proprijs. Oratio.

Da, quesumus, omnipotens Deus: vt, qui beati Urbani martyris tui, atq; pontificis solennia colimus, ei⁹ apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrum. Sacra

Hec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta: et ad sacrificiū celebrādū subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per dn̄m. Post comu

Refecti participatione muneris sacri quesum⁹ domine De⁹ noster: vt beati Urbani martyris tui, atq; pōtificis, cuius exequimur cultū, sentiam⁹ effectum. p.

¶ Petronille virgi. vj. dig. omnia dicantur de cōi vni⁹ virgis, excep. oratiōe. Oro.

Concede, quesum⁹ domine, fidelibus tuis, digne sancte virginis tue Petronille celebrare solennia: vt qui eius fideliter exequūtur exempla, ij experiantur eius auxilium, et eternitatis effectum apprehēdāt: per.

¶ Nicomedis, et Reueriani mar. vj. dignitatis ad missam omnia dicātur de communi plurimorum martyrum exceptis orationibus proprijs, et euange. Oratio

Deus, qui nos beatorum Nicomedis, et Reueriani martyrum tuorum meri-

meritis, et intercessione letificas, concede propitius: vt qui eorum beneficia poscimus, dono tue gratie consequamur. Per dominum. Secundum Matth. Capit. xxiiij.



In illo tempore: Sedente domino Jesu sup montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli eius secreto, dicentes. Dic nobis, quando hec erunt? et quod signum aduentus tui, et consumationis seculi? Et respondens Jesus, dixit eis. Uidete, ne quis vos seducat: Multi enim venient in nomine meo, dicentes. Ego sum Christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia, et opiniones preliorum: videte, ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum, et erunt pestilentie, et fames, et terremotus per loca: hec autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, et occident vos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, et inuicem tradent, et odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophete surgent, et multos seducent: et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. p.

Munera, quesumus Domine, oblata sanctifica: et intercedentibus beatis martyribus tuis Nicomede, et Reueriano, nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum. Sacre. Post cõ.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus, vt quos tuis reficis sacramentis, intercedentibus beatis martyribus tuis Nicomede, et Reueriano, tibi etiam placitis moribus dignater deseruire cõcedas. Per do.

¶ Marcel. et Petri mart. v. dig. Ad missam. Tonus .2.



Clamauerunt iusti, et Dominus exaudiuit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum

liberabit eos. ℣. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui. Oratio.

Deus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Marcellini, et Petri solennitate letificas, presta, quesumus: ut quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per Epistola. Sancti per fidem. Require in cõmuni plurimorũ mar. ℟. Clamauerunt iusti, et dñs exaudiuit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est dominus iis, qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu saluabit. Alla. ℣. Iudicabunt sancti nationes, et dñabuntur populis: et regnabit illorum rex in eternum. Euangeliũ. Cum audieritis. Offr. Letamini in dño. Require in cõi plurimorũ marty. Sacra.

Hec hostia, quesumus domine, quam in sanctorum martyrum tuorum Marcellini, et Petri natalitiis recensentes offerimus, et vincula nostre prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona conciliet. p. Cõ. Iustorũ anime. Require in cõi plurimorũ mar. Post cõ.

Sacro munere satiati supplices te, domine, deprecamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio, intercedentibus sanctis martyribus tuis Marcellino, et Petro, saluatiõis tue sentiamus augmentũ: p

¶ Presbyteri, Euentij, et Theodulij, et aliorũ trium marty. vj. dig. õnia dicant de cõi plurimorum martyrũ, excepta oratiõe. Oratio.

Maiestati tue nos, domine, martyrum supplicatio beata conciliet: vt, qui quotidie nostris actib⁹ te offendimus, iustorũ precibus adiuuemur: per dñm

¶ Medardi episcopi, et cõfes. vj. dig. Ad missam offiñ. Statuit ei dominus. Require in cõi vni⁹ cõfes. põti. Orõ.

Deus, qui sanctam nobis huius diei solennitatem in honore sancti confessoris tui Medardi consecrasti, adesto familie tue precibus, et dona: vt cuius festa celebramus, eius meritis, et auxilio subleuemur. p Epistola, et euangeliũ, et lacra, et post cõmunicãda dicãtur

c.xi. d cōi vni⁹ cōfes. pōti. ℞. Jurauit dñs, ꝛ non penitebit eū, tu es sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis. Alla. ℣. Iste cognouit iustitiā, ꝛ vidit mirabilia magna: ꝛ exorauit altissimum, ꝛ inuentus est in numero sanctorum. Offerto. Ueritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso, ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Cōmu. Domine, quinqꝫ talenta tradidisti mihi, ecce, alia quinque superlucratus sum: euge serue bone, ꝛ fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium dñi tui.

¶ Primi, et Feliciani mar. vi. dignitatis. Ad missam. Officium. Quere i cōmuni plurimorum mart. Oratio.

Fac nos, quesum⁹, domine, sanctorum martyrum tuorū Primi, et Feliciani deuotis mentibus festa celebrare: quorū suffragijs suffulti protectionis tuę dona sentiamus. Per dñm Epistola. Justorum animę Quere in communi. ℞. Cōfitebuntur cęli mirabilia tua, domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorū. ℣. Misericordias tuas, Domine, in ęternum cantabo in generatione, et progenie. Alleluia. ℣. Justi epulentur, et exultent in conspectu Dei, ꝛ delectentur in lętitia. Secundum Joanē. Capi. xv.



In illo tempore, dixit dñs Jes⁹ discipulis suis. Hoc mādo vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mund⁹ quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mūdo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quē ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, ꝛ vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, et vestrū seruabūt. Sed hęc omnia facient vobis, propter nomen meum: quia nesciūt eum, qui misit me. Si non venissem, ꝛ locutus fuissem eis, peccatū non haberent. Nunc autem excusationem non habent de

peccato suo. Qui me odit, & patrem meũ odit. Si opera nõ fecissem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum nõ haberẽt. Nunc autem et viderunt, & oderunt & me, et patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorũ scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel, ipse dabit virtutẽ, et fortitudinem plebi suę, benedictus deus, all. Sacra.

Fiat tibi, quęsumus, domine, hostia sacranda placabilis pretiosi celebritate martyrij: quę et peccata nostra purificet, et intercedentibus sanctis martyribus tuis Primo, et Feliciano, tuorum tibi vota cõciliet famulorum. p. Cõmu. Ego vos elegi de mũdo: vt eatis, et fructum afferatis, & fructus vester maneat. Postcommunio.

Quęsumus omnipotẽs Deus, vt sanctorum martyrum tuorum Primi, et Feliciani celestibus mysterijs celebrata solennitas indulgentiã nobis tuę propitiationis acquirat. Per dominum nostrum Jesum.

Getulij, & Cerealis mar. vj. dig. oĩa dñr de cõi plimo rum mar. excepta oratione.

Augiter nos dñe sanctorum martyrum tuorũ Getulij, & Cerealis vota lętificent: & patrocinia nobis martyrum ipsa semper festiuitas ad virtutum custodiã conciliet: per dominũ nrm.

Barnabę apli. ij. dig. oĩa dicãtur de cõi aplorum, excep. orõnibus pprijs. Oro.

Concede, quęsumus, omnipotens Deus, vt, sicut beati Barnabę apostoli tui natalitia gloriosa celebrare concedis, ita etiam ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam pro nobis ipse exoret: per dominum. Dicatur. Credo in. Sacra.

Beati Barnabę apostoli tui, domine, solennia recensentes quęsumus: vt, eius auxilio beneficia capiamus: pro quo tibi hostiam laudis offerimus. p. Postcõ.

Adiuuet familiam tuã, quęsumus, dñe, tibi supplicãdo venerandus Barnabas apostolus tuus, & pius ingiter interuẽtor existat: qui tui nominis extitit pdicator. p.

Ba-

¶ Basilidis, Cyrini, Naboris, et Nazarij. vj. digni. Ad missam. Offi. Ton⁹. 3.



Intret in conspectu tuo, dñe, gemitus cōpeditorū, redde vicinis nřis septuplum in sinu eorū: vindica sanguinem sāctorum tuorū; qui effusus est. V. Deus venerūt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerūt Jerusalē in pomorū custodiā. V. Glia Patri. Oratio.

Sanctorum Basilidis, Cyrini, Naboris, Nazarij, et Celsi martyrū tuorū, quesumus dñe, natalitia nobis votiua resplendeant: et quod illis cōtulit excellētia sempiterna, nobis per fructum nostri laboris cum deuotione accrescat: Per. Epistola, et euangelium dicantur de communi plurimorum martyrum. R. Uindica domine sanguinē sanctorū, tuorum, qui effusus est. V. Posuerūt mortalia seruorum tuorū, dñe, escas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorū bestijs terre. Alla. V. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, et nomina eorū viuent in generatione, et generationem. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum. Sacra.

Pro sanctorum tuorū Basilid, Cyrini, Nabor, Nazarij, et Celsi sāguine venerando hostias tibi, dñe, solēniter immolamus, tua mirabilia pertractātes: per quem talis est perfecta victoria: p. Com. Posuerunt mortalia seruorum tuorum, domine, escas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorum bestijs terre: secūdum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum.

Sump, dñe, sāc Postcō. torum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, Nazarij, et Celsi solēnia colimus: vt eorū patrocinia sentiam⁹: per dominū.

¶ Fernādi, alias Antonij ordi. mino. ij. dig. oīa dūr ō cōi vir⁹ cōfes. nō pōtif. except. orationib⁹. Orō.

Ecclesiā tuā, de⁹, beati Antonij cōfessoris tui solēnitas votiua letificet: vt spiritualib⁹ semper muniat auxilijs, et gaudijs perfrui mereatur eternis: per. Sacra.

Preces oblatio fiat, domine, populo salutaris: pro quo dignatus es patri tuo te viuentem hostiam immolare: Qui. Post com.

Diuinis domine, munere ribus satiati quesum°, vt beati Antonij cōfessoris tui meritis gloriosis salutaris victime desideratū sentiamus effectum: per dñm.

¶ Victi, Modesti, & Crescētie. vj. digni. oīa dicanī de cōiplurimorum mar. exceptis orationibus proprijs. Oro.

Da ecclesie tue, domine quesum°, sanctis martyrib° tuis Victo, Modesto, & Crescētia intercedentibus, superba non sapere, sed que tibi placita sunt humilimente perficere: vt proterua despiciens, quecunqz matura sūt, libera exerceat charitate: Per dñz. Sacra.

Sicut gloriā diuine potentie munera pro sanctis oblata testantur, sic nobis effectum, Domine, tue saluationis impendāt: per

Refecti, dñe, Post com. benedictiōe solenni q̄sumus: vt per intercessionē sanctorū tuorū Victi, Modesti, & Crescētie medicina sacramenti & corporib° nostris prosit, & mentibus: p.

¶ Cyrici, & Julite mart. v. dignita. Officiū. Tonus. 3.



Timete dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timētibus eum: diuites eguerunt, & esurierunt, inquirentes autem dominum non deficiēt omni bono. ℣. Benedicam dominum in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Exaudi nos omnipotēs, & misericors De° (qui sancto Cyrico, & Julite matri eius, vna cum socijs eorum in passione largitus es, vt omnia tormenta pena rū clemēter susciperent, & pro persecutoribus exorarent) misericordiam tuam, & pietatem suppliciter deprecamur: vt dum illorum gloriosam recolimus passionem, pacem, & securitatem, & peccatorum veniam consequamur: Per dominum nřm.

Epistola, & euange. de cant de cōiplurimorū marty. ℟.

Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens

pro-

prodigia. ℣. Dextera tua, dñe, glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos. Alla. ℣. Timete dominũ omnes sancti eius: quoniam nihil deest ti mẽtibus eum. Offer. Letamini in dño. Require in communi plurimorum mart. Sacra.

Presta, quesumus dñe, vt hoc sacrificium singulare, quod in honore sanctorum martyrum tuorum Cyrici, & Julite matris ei⁹, sociorumque eorum tibi solenniter offerimus, charitatem nobis infundat, & inpugnatione presidium fiat. p. Comu. Justorum anime. Require in communi plurimorum martyrum. Post cõm.

Concede, quesum⁹ omnipotens deus: vt sanctorum martyrum tuorum Cyrici, & Julite matris ei⁹ intercessione, quorum celebramus victorias, participemus et premijs: per dñm

¶ Marci, & Marcelliani mar. vj. dig. Offi. Con⁹. j.

Salus autem iustorum a domino, & protector eorum est in tempore tribulationis. ℣. Noli emulari in malignãtibus, neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oro.

Presta, quesumus omnipotẽs Deus, vt qui sanctorũ Marci, et Marcelliani martyrum tuorum natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus: eorũ intercessione liberemur: p. Epistola dicatur de cõi plurimorũ mar. ℟. Anima nr̃a, sicut passer, erepta est ð laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: adiutorium nostrũ in nomine dñi, qui fecit celum, & terrã. Alla. ℣. Fulgebunt iusti, et tanq̃ꝫ scintille in arundineto discurrent in eternũ. Euãge. Hoc mãdo vobis. Requere retro i festo Primi, & Feliciãi. fo. ccxxiiij. Offer. Anima nr̃a, sicut passer, erepta est ð laq̃o venãtiũ, laque⁹ cõtrit⁹ est, & nos liberati sum⁹ Sacra.

Munera domine, tibi dicata sanctifica: & intercedentibus beatis martyribus tuis Marco, & Marcelliano, per eadem nos placatus intende: p. Commu. Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti patris mei, possidete preparatum vobis regnũ

ab initio seculi. Post cōmun.

SAlutaris tui, dn̄e, munere satiati supplices exoramꝰ: vt cuiꝰ letamur gustu, renouemur effectu: per

¶ Geruasij & Proth. mar. v. dig. n. Officium. Tonꝰ. 3.

LOquetur dn̄s pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos, qui conuertūtur ad ipsum. ℣. Benedixisti, Dn̄e, terram tuam, auertisti captiuitatē Jacob. ℣. Gloria Pri. Orō.

DEus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum Geruasij, & Protasij solennitate letificas, concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. per dn̄m.

Ad Corī. hios. ij. Cap. iiij.

FRatres, Sciētes, quoniam qui suscitauit dn̄z Jesū, & nos cū Jesu suscitabit: & cōstituet vobiscū. Omnia enim propter vos: vt gratia abundās per multos, in gratiarum actione abūdet in gloriam dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renouatur de die ī diē. Id enim, quod in presenti est momētaneum, & leue tribulatiōis nostre, supra modum in sublimitate eternū glorie pōdus operatur in nobis. Nō contemplantibus nobis, que vidētur, sed que nō videntur. Que enim vidētur, temporalia sunt: que autem non videntur, eterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod edificationem ex Deo habemus, domum nō manufactam, eternam in celis. Per Jesum Christū.

℟. Justorum anime in manu Dei sunt, et non tanget illos tormētum malitie. ℣. Uisi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Alleluia. ℣. Isti sūt, qui venerunt ex magna tribulatione, et lauerunt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine Ag

¶ Euange. de cōmuni plurimo. mar. Offert. Letamini in dn̄o, & exultate iusti, et gloriamini omnes recti corde. Sacra.

OBlatis, dn̄e, quesumꝰ, placare mūeribꝰ: & intercedentibꝰ beatis martyribꝰ

tuis

tuis Geruasio, atq; Protasio, a cunctis nos defende periculis: Per dominum. Communi. Posuerunt mortalia seruorum tuorum, domine, escas volatilib⁹ celi, carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre: secũdũ magnitudinẽ brachij tui posside filios mortificatorum. Post cõmun.

Hec nos cõmunio, domine, purget a crimine: et intercedentibus sanctis martyribus tuis Geruasio, atq; Prothasio, celestis remedij faciat esse cõsortes. P.

¶ Syluerij pape, et mar. vj dig. oĩa dñr de cõi vnius mar. põti. excepta. oratiõe.

Deus, qui presentem diem beati Syluerij martyris tui, atque pontificis merito facis esse solennẽ, presta ecclesię tuę: vt, cuius meritis gloriatur, eius precibus adiuuetur: Per dominum nostrum Jesum.

¶ Acatij, et decem milium martyrum: est festum. v. digni. ad missam omnia dicantur de communi plurimorum martyrum, excepta oratione propria. Oratio.

Deus, qui nos cõcedis sanctorum martyrum tuorum Acatij, et sociorum eius natalitia colere, da nobis in eterna beatitudine de eorũ societate gaudere: per

Et in. ij. clausula fiat cõmemoratio de sãcto Paulino confessore, et ponti. excepta propria oratione. Oratio.

Ecclesiam tuam, deus, beati Paulini confessoris tui, atque põtificis solennitas votiua letificet: vt spiritualib⁹ semper muniatur auxilijs, et gaudijs perfruatur eternis: Per dñm.

¶ In vigilia beati Joã. baptiste. iij. dig. Offiu. To. 7.

Ne timeas, Zacharia, exaudita est oratio tua: et Elisabeth vxor tua pariet tibi filiũ; et vocabis nomen eius Joannẽ: et erit magnus coram domino, et Spiritu sãcto replebitur adhuc ex vtero matris suę, et multi in natiuitate eius gaudebunt. ℣. Domine in virtute tua letabitur rex, et super salutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Non dicatur Glia ĩ excelsis. Nisi sit dies dñica. Oratio.

Presta, quesum⁹ omnipotẽs de⁹, vt, familia

tua per viã salutis incedat: et beati Joannis precursoris hortamenta sectando, ad eum, quem predixit, secura perueniat, dñz. n. i. x. f. tuum: Qui tecum viuit et.

Hieremi. prophe. Capi. j.

In diebus illis, Factũ est verbum dñi ad me dicens. Priusq̃z te formarẽ in vtero, noui te: et ante quã exires de vulua, sanctificaui te, et prophetam in gentib⁹ dedi te. Et dixi. A. a. a. Domine deus, Ecce, nescio loqui: quia puer ego sũ. Et dixit dñs ad me. Noli dicere q: puer sũ: quoniã ad õnia, q̃ mittã te, ibis: et vniuersa, quecũq̃z mãdauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorũ, q: ego tecũ sum: vt eruã te, dicit dominus. Et misit dominus manũ suam, et tetigit os meum: et dixit dominus ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, constitui te hodie super gentes, et super regna: vt euellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et edifices, et plantes. Dicit domin⁹ omnipotẽs. R. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes: hic venit. V. Ut testimoniũ perhiberet de lumine, et parare domino plebem perfectam. Et loco all'a repetatur dictum. R. Siue nerit in die dominica dicat. Alleluia. V. Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne baptista. Initium sancti euãgelij. Secũdũ Lucã. Ca. j.



Fuit i diebus Herodis Regis Judee sacerdos quidam nomie Zacharias d vice Abia: et vxor illius de filiabus Aaron, et nomine eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius: eo quod esset Elisabeth sterilis, et ambo processissent ĩ dieb⁹ suis. Factũ est autẽ, cũ sacerdotio fũgeret Zacharias in ordine vicis sue ante deũ, secundũ cõsuetudinẽ sacerdotij, sorte exijt: vt incẽsum poneret ingressus in templum dñi. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incẽsi.

Ap-

Apparuit autē illi angelus domini stans a dextris altaris incēsi. Et Zacharias turbatus est videns, et timor irruit super eum. Ait autē ad illum angelus. Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabis nomē eius Joannem. Et erit gaudium tibi, et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, et vinū, et siceram non bibet, et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suę. Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum. Et ipse pręcedet ante illum in spiritu, et virtute Elię: vt cōuertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebē perfectam. Offertorium. Gloria, et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum, domine. Sacra.

Munera tibi, domine oblata sanctifica, et intercedente beato Joanne baptista, nos per hęc a peccatorum nostrorū maculis emūda: Per dominum nostrū Jesum. Cōm. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, et magnum decorem impones super eum domine. Postcō.

Beati Joannis baptistę, nos domine, pręclara comitetur oratio: et quē venturum esse pręd ixit, poscat nobis fore placatū, dominum nostrū Jesum Christum filium tuum: qui tecū. Non dicatur Ite, missa est, Nisi sit dies dominica. In die sancti Joannis baptistę. j. digni. Officiū. Ton. j.

De ventre matris meę vocauit me Dñs nōie meo, et posuit os meū vt gladium acutū: sub tegumento manus suę protexit me, et posuit me quasi sagittam electam. ℣. Bonum est confiteri domino, et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis Deo. Oratio.

Deus, qui pręsentē diē honorabilē nobis in beati Joānis baptistę natiuitate fecisti, da populis tuis spiritualiū gratiam gaudiorū: et omnium fidelium mentes dirige in viā salutis ęternę,

dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ. Qui.

Esaie proph. Capite. xlix.



Ec dicit domin⁹ De⁹. Audite insule, et attendite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me, de vẽtre matris meę recordat⁹ es nominis mei. Et posuit os meũ quasi gladium acutũ. In umbra manus suę ꝓtexit me: et posuit me sicut sagittam electã. In pharetra sua abscõdit me: et dixit mihi. Seruus meus es tu Israel: quia ĩ te gloriabor. Et nunc hęc dicit dñs formans me ex vtero seruũ sibi. Dedi te i lucem gentiũ: vt sis sal⁹ mea vsque ad extremum terrę. Reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt dominũ Deum tuum: ⁊ sanctum Israel, qui elegit te. ℟. Priusq̃ȝ te formarem in vtero, noui te: et ante quã exires de ventre, sanctificaui te. ℣. Misit dñs manũ suã, ⁊ tetigit os meũ, ⁊ dixit mihi ✠ ℟. ℣. Tu puer, propheta altissimi vocaberis: preibis enim ãte dominum parare vias eius. Secundum Lucam. Capit. j.



N illo tempore, Elisabeth impletum est tẽpus pariendi, ⁊ peperit filiũ. Et audierunt vicini, ⁊ cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum et vocabant eũ nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit. Nequaquam: sed vocabitᷣ Joannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua, qui vocetᷣ hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarẽ, scripsit, dicens. Joãnes est nomen eius. Et mirati sunt vniuẽrsi. Apertũ est autem illico os eius, ⁊ lingua eius loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, ⁊ super omnia montana Judeę diuulgabantur omnia verba hęc. Et posuerunt omnes, qui audierãt,

in corde suo, dicentes. Quis putas, puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, et prophetauit dicens. Benedictus dñs deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionis plebis sue. Credo. Offert. Iustus, vt palma, florebit, sicut cedrus, que in Libano est, multiplicabitur. Sacra.

Tua, domine, muneribus altaria cumulamus, illius natiuitatem honore debito celebrantes, qui saluatorem mundi & cecinit affuturum, et adesse mõstrauit, dominum nostrum Iesum Christum filium. Commu. Tu, puer, propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciẽ dñi parare vias eius. Post cõmu.

Sumat ecclesia tua, deus, beati Ioannis Baptiste generatiõe letitiam: per quẽ sue regenerationis cognouit auctorẽ dñm nr̃m Iesum xp̃m. Ite missa est. ¶ Ioã. & Pauli. v. dig. Offiti. Io. 2.



Multe tribulatiões iustorum, et de his omnibus liberauit eos dominus: custodit dñs omnia ossa eorum, vnũ ex his nõ conteretur. ℣. Benedicam dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri. &c. Et dr̃. Gloria ĩ excelsis. Orõ.

Quesumus, omnipotẽs Deus, vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorum Ioannis, & Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides, & passio vere fecit esse germanos: Per dñm nr̃m. ¶ In. ij. clausula fiat cõmẽ. sancti Pelagij marty. Orõ.

Sancti Pelagij martyris tui, domine, veneranda solennitate multiplicatis gaudijs, quesumus, ecclesia tua repleta pficiat: et eius presidijs adiuti, protectione salutis auxilij tui sẽper multipliceter sentiamus. p. Finiatur cũ orõne de octaua sancte Ioannis baptiste. Apocalypsis beati Ioannis apostoli. Capite. vij.



In diebus illis, Respondit vnus de senioribus, & dixit mihi. Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sũt,

& vnde venerunt? Et dixi il li: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt, qui venerunt de tribulatiõe magna, et lauerũt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ideo sũt ãte thronum Dei, et seruiunt ei die, ac nocte in templo eius. Et qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esuriẽt, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus estus: quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, et deducet eos ad vite fontes aquarũ. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. ℟. Ecce, quam bonum, et quam iucundum habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descẽdit in barbam, barbã Aaron. Alleluia. ℣. Isti sunt due oliue, et duo candelabra lucentia ante dominum: habent potestatem claudere celum nubibus, et aperire portas eius: quia lingue eorum claues celi facte sunt. Secundum Lucam. Capi. xij.

In illo tẽpore, Dixit dñs Jesus discipulis suis. Attẽdite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est, quod nõ reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam, que in tenebris dixistis, ĩ lumine dicentur. Et quod in aure locuti estis ĩ cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis, ne terreamini ab ijs, qui occidunt corpus: et post hec non habent amplius, quid faciant. Ostendam autẽ vobis, quẽ timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehẽnam. Ita dico vobis hunc timete. Nonne quinq; passeres veneunt dipondio, et vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed & ea pilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis, omnis, quicunq; cõfessus fuerit me coram hominibus, et filius hominis cõfitebitur illum coram angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur corã angelis dei. Offer. Gloriabũtur in te omnes, qui

qui diligunt nomẽ tuũ: quoniã tu, dñe, benedices iusto: dñe, vt scuto bone volũtatis tue coronasti nos.

Hostias tibi, dñe, Sacra sanctorum martyrum tuorum Joannis, et Pauli dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium: Per dominum nřm. Commu. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, deus temtauit eos: tanq̃ aurũ in fornace, probauit eos, et sicut holocausta, acce pit illos. Post communio.

Sumpsimus, domine, sanctorum martyrum tuorum Joannis, et Pauli solennia celebrantes, sacramenta celestia: presta, quesumus, vt quod temporaliter agimus, eternis gaudijs consequamur: Per. ¶ Zoili martyris. ij. dignitatis. Ad missam. Officium. Ton. 7.

Gloria, et honore coronasti eum Domine, et constituisti eum super opera manuũ tuarũ. ℣. Domine dominus noster, q̃ admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria patri, etc. Gloria in excelsis. Oro. Da nobis, quesumus, domine, de tribulatione letitiam: vt, qui diu pro peccatis nostris affligimur, intercedẽte beato Zoilo martyre tuo, in tua misericordia respiremus. Per dominũ. Epistola, et. ℟. et euange. sacra, et post cõmuni. dicat de communi vnius marty. Alla. ℣. Gloria, et honore coronasti eum, et cõstituisti eum super opera manuum tuarum domine. Offerto. Gloria, et honore coronasti eum, et cõstituisti eum super opera manuum tuarum domine. allř. Cõ. Glia, et honore coronasti eũ, dñe, in secula. ¶ In vigi. apostolorũ Petri, et Pauli ij. dignitatis. offi. Ton. 3.



Dicit Dominus Petro, cum esses iunior, cingebas te, et ambulabas, vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet, quo tu non vis. Hoc autem dixit significans, qua morte clarificaturus esset Deum. ℣. Celi enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annũtiat firmamentum. ℣. Gloria Patri, et Filio. Nõ dr. Gloria in. nisi sit dies dñica.

Presta, quesumus. Omnipotens deus, vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti: per dominum

Actuum apostolorum. Cap. iij



In diebus illis, Petrus, et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi que dicitur speciosa: vt peteret eleemosinam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum, et Joannem incipientes introire in templum: rogabat, vt eleemosinam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum, et aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula. Et apprehensa manu eius dextera alleuauit eum. Et protinus consolidate sunt bases eius, et plante. Et exiliens stetit, et ambulabat, et intrauit cum illis in templum ambulans, et exiliens, et laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem, et laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt omnes stupore, et extasi in eo, quod contigerat illi.

℟. In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Loco alla reiteretur. ℟. vt supra. Si vero sit dies dnica dicatur. All. ℣. Nimis honorati sunt amici tui, deus, nimis confortatus est principatus eorum.

Secundum Matth. Ca. xix



In illo tempore, Dixit Simon Petrus ad dominum Jesum. Ecce, nos relinquimus omnia

nia, et secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Jesus autẽ dixit illis. Amẽ dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitã eternam possidebit. Non dicatur. Credo. nisi sit dies dñi. Offr. Mihi autem nimis honorati sũt amici tui deus, nimis cõfortatus est p̃ncipat⁹ eorũ. Sac.

Q Unus populi tui, quesumus domine, apostolica intercessione sanctifica: nosqz a peccatorũ nostrorum maculis emunda: per. Prefa. de communi apostolorum. Commun. Tu es Petr⁹, et super hanc petrã edificabo ecclesiam meam. Post cõmu.

O Uos celesti, Domine, alimento satiasti, apostolicis ĩtercessionib⁹ ab õni nos aduersitate custodi: p.

Non dicitur. Ite, missa est, nisi sit dies dominica. ¶ Eodem die fiat cõmeñ. Leonis pape cum orõnibus vigil. sub vna clausula. Oratio.

D Eus, qui beatũ Leonem confessorem tuũ, atque pontificem sanctorũ tuorum numero coequasti, concede propitius: vt, qui commemoratiõnis eius festa percolimus, vite quoqz imitemur exempla: Per dominum nostrum, etc. Sacra

A Nnue nobis, quesum⁹ domine, vt intercessione beati Leonis confessoris tui, atque pontificis hec nobis prosit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta: Per dominum nostrum Jesum Christum. Post cõmunio.

D Eus, qui anime famuli tui Leonis confessoris tui, atque põtificis eterne beatitudinis premia cõtulisti, concede propitius: vt, qui peccatorum nostrorum pondere premimur, eius apud te precibus sublevemur: Per dominum nostrũ Jesum. ¶ In die apostolorum Petri, et Pauli.

dis. Ad missã. Offm̃. To.3.



Nunc scio vere, quia misit dominus angelũ suũ: et eripuit me d̃ manu Herodis, et de omni expectatione plebis Iudeorũ. ℣. Domine, probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Gloria i. Orõ.

Deus, qui hodiernam diem apostolorũ tuorum Petri, et Pauli martyrio consecrasti, da ecclesie tue eorũ in omnibus sequi preceptum, per quos religionis sumpsit exordium. p

Ad Ephesios. Capite. ij.



Fratres, Jam nõ estis hospites, et aduene: sed estis ciues sanctorum, et domestici Dei. Superedificati super fundamentũ apostolorum, et prophetarum ipso summo ãgulari lapide Christo Jesu. In quo omnis edificatio cõstructa crescit in templum sanctum in domino. In quo et vos coedificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

℟. Cõstitues eos principes sup omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Secundum Mattheum. Capite. xvj.



In illo tẽpore, Venit Jesus in partes Cesaree Philippi: et interrogabat discipulos suos, dicẽs. Quẽ dicũt homĩes esse filiũ hominis? At illi dixerunt: Alij Joannem baptistam, alij autem Eliam, alij vero Jeremiam, aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Jesus. Uos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respõdens autem Jesus, dixit ei. Beatus es simõ Bar-iona, quia caro, et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in celis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petrã edificabo ecclesiam meam: Et porte infe-

in sceri non preualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni celorũ. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in celis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum et in celis. Dicatur. Credo. Offer. Cõstitues eos principes super õnem terrã: memores erũt nominis tui, domine, ĩ omni progenie, & generatione. Sacra.

Hostias, quesumus domine, quas nomini tuo consecrandas offerimus, apostolica prosequtur oratio: per quã nos expiari tribuas, & defendi: per. Prefa Te dñe, suppliciter. Cõ. Simõ Joannis, diligis me plus his? Domine, tu omnia nosti, tu scis, quia amo te. Post cõm.

Uos celesti, dñe, alimẽto satiasti, apostolicis intercessiõibus ab omni nos aduersitate custodi: Per dñm

¶ In cõmemo. sancti Pauli ij. dignit. Officiũ. Tonus. j.



Scio, cui credidi, et cert⁹ sum, quia potens est depositum meũ seruare in illum diem. V. Dñe, probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. V. Gloria Pri. Gloria in excelsis. Oro.

Deus, qui multitudinẽ gẽtium beati apostoli tui Pauli predicatione docuisti, da nobis, quesumus: vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiam⁹: p. Ad Galatas. Ca. j



Fratres, Notum vobis facio euangeliũ, quod euangelizatũ est a me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, nec didici, sed per reuelationem Jesu Christi. Audistis enĩ conuersationem meam aliquando in Judaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam: & proficiebã in Judaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundãtius emulator existens paternarum mearum traditionum. Cũ autẽ placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris mee, et vocauit per gratiam suã, vt reuelaret filiũ suũ in me:

vt euangelizarem illū in gē-tibus, continuo non acquie-ui carni, & sanguini, neq; ve-ni Jerosolymam ad ātecessores meos apostolos, sed abij in Arabiam: & iterū re-uersus sum Damascū. De-inde post annos tres veni Jerosolymam videre Pe-trum: et mansi apud eū die-bus quindecim. Alium au-tē apostolorum vidi nemi-nem, nisi Jacobum fratrem domini. Que autem scribo vobis, ecce corā Deo, quia nō mentior. ℟. Qui operat⁹ est Petro in apostolatum, opera-tus est & mihi inter gentes: & cog-nouerunt gratiam Dei, que data est mihi. ℣. Gratia Dei in me va-cua non fuit, sed gratia eius semp in me manet. Alla. ℣. Bonum certamen certaui, cursum consu-maui, fidem seruaui. Euange. Dixit Simon Petrus. Ut supra in vigi. aplorū. Offer. Mihi autē nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis conforta-tus est pricipatus eorū. Sacra.

Ecclesie tue, quesumus domine, preces, & ho-stias apostolica commēdet oratio: vt quod pro illorū gloria celebram⁹, nobis p-sit ad veniam: p. Prefa. Te, dne, suppliciter exora. Comu. Amen dico vobis: quod vos, qui reliquistis oīa, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam e-ternam possidebitis. Post cō.

Perceptis, domine, di-uinis sacramentis, bea-tis apostolis tuis interue-nientibus deprecamur: vt, que pro illorū celebrata sūt gloria, nobis proficiant ad medelam: Per dominum.

¶ In octa. die sancti Joan-nis omnia dicātur, sicut in die. Dicatur. Credo. ¶ In festo visitatio. beate Ma-rie ad Elisabeth prime dig-nitatis. Officium. Tonus. j.



Transite ad me omnes, qui cō-cupiscitis me, et a generatio-nib⁹ meis īple-mini. ℣. In me gratia omnis vie, et veritatis: in me omnis spes vite, et virtutis. ℣. Gloria. Dicant Kyrie de rege virgine. & Gloria in. De san-cta Maria. Oratio.

Deus, cuius vnigenit⁹ vtero adhuc virginis clau-sus Joannem baptistam, Maria salutante, spiritu scō,

sancto, priusq̄3 nasceretur, impleuit, da ecclesię tuę: vt, quos spirituali regeneratione concepit, purificatos tibi filios pariat adoptionis: Per eundem. Lectio libri sapiē. Ecclesia. Capi. xxiiij.

Ego, quasi terebinthus, extendi ramos meos: et rami mei honoris, et gratię. Ego, quasi vitis, fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris, et honestatis. Ego mater pulchrę dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctę spei. In me gratia ōnis vię, et veritatis: in me ōnis spes vitę, et virtutis. Trāsite ad me omnes, qui cōcupiscitis me, et a generationib9 meis adimplemini. Spiritus enī meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel, et fauum. Memoria mea in generatione seculorum. ℟. Ego effudi flumina, ego, quasi trames aquę imensę, ego, q̄si fluuij orix, et sicut aquęductus exiui a paradiso. ℣. Rigabo hortū plantationum, et inebriabo partus mei fructus, Alleluia. ℣. Ut facta est vox salutationis tuę ī auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: Secundum Lucam. Capite. j.



In illo tempore: exurgens Maria abijt in mōtana cum festinatione in ciuitatē Juda: et intrauit in domū Zacharię, et salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Marię Elisabeth, exultauit infās in vtero eius. Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, et exclamauit voce magna, et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fruct9 vētris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, q̄ credidisti: quoniam perficientur in te ea, quę dicta sunt tibi a domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominū. Et exultauit spūs meus in deo salutari meo. Dicat Credo. Offer. Unde hoc mihi,

vt veniat mater dñi mei ad me? beata, que credidisti: quoniã perficiẽtur i te, q̃ dicta sũt tibi a dño, et ait Maria: magnificat aĩa mea dñm, et exultauit spiritus me⁹ in deo salutari meo. Sacra.

Suscipe, quesumus domine fidelis populi vota: vt qui te ab vtero inuiolate virginis precursorem in vtero sanctificasse congaudet, ipse quoq; a te i vtero matris ecclesie sanctificari mereatur. Qui viuis. Cõ. Mansit autem Maria cum illa quasi mẽsibus tribus, et reuersa est in domum suam. Post communio

Sacra libantes mysteria, te, domine, suppliciter deprecamur: vt ecclesia tua visitatiõis mysteria recolens, visitantis, et visitate meritis subleuata ab instantibus malis, et periculis eruatur: per. Eodẽ die fiat cõme. Processi, et Martiniani martyris. Orõ.

Deus, qui nos sãctorũ tuorũ Processi, et martiniani confessionibus gloriosis circundas, et protegis, da nobis et eorum imitatione proficere, et itercessione gaudere: Per dominũ. Sacra.

Suscipe, dñe, preces, et munera: que vt tuo digna sint conspectu, sanctorum martyrum tuorũ precibus adiuuemur: Per dominum nostrũ. Post com.

Corporis sacri, et pretiosi sanguinis repleti libamine quesumus dñe Deus noster, vt quod pia deuotione gerimus, intercedentib⁹ sãctis martyribus tuis Processo, et Martiniano, certa redẽptiõe capiam⁹: p. Alia vero die dicat de octa. aplõrũ, et ceremonie fiãt, vt in festis. v. dig. Ad missam omnia dñr vt in cõi aplorum ercep. orõne et euange. Orõ

Deus, qui ecclesiam tuã apostolorum tuorum Petri, et Pauli predicatiõe docuisti, da nobis, quesum⁹ eorũ in õnibus sequi preceptum, per quos religionis sumpsit exordium: Per do. Secundũ Lucã. Capit. ix.



In illo tẽpore, Conuocatis Jesus duodecim apostolis, dedit illis virtutẽ, et potestatem super om-

omnia demonia, et vt languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei, et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via, neqꝫ virgam, neqꝫ peram, neqꝫ panem, neqꝫ pecuniã, neque duas tunicas habeatis. Et in quãcunqꝫ domũ intraueritis, ibi manete, et inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos, exeũtes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimoniũ supra illos. Egressi autem circuibant per castella, euãgelizantes vbiqꝫ. ¶ Laureani archiepiscopi Hispalensis. ij. dignitatis omnia dicantur de cõi vnius mar. põti. excep. orõnibus. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui hũc diem nobꝫ i beati Laureani martyris tui, atque pontificis passione cõsecrasti, presta, quesumus, vt cuius martyrij gloriam predicamus in terris, eius consortes fieri mereamur i celis. p. Sacra.

Hostias, domĩe, tue plebis intende: quas in honore sancti Laureani martyris tui, atqꝫ pontificis offerimus: tu eas, quesumus, illo intercedẽte benedictione spirituali sanctifica: Per dominum nr̃m. Post com.

Diuina, domine, libantes mysteria, in honore sancti Laureani martyris tui, atque pontificis tue obtulim⁹ maiestati: presta, quesum⁹, vt ipso intercedente, per ea veniam mereamur peccatorum, et celestis gratie donis reficiamur. Per dominum nostrum. Ista die fiat cõmemo. trãsl. sctĩ Martini conf. Oratio.

Deus, qui p pplo tuo eterne salutis beatũ Martinũ ministrũ cõcessisti, presta, qm̃s: vt quẽ doctorẽ vite habuim⁹ in terris, intercessorem semper habere mereamur in celis: p. Sacra.

Omnipotens, sempiterne de⁹, munera tue maiestati oblata p intercessionẽ beati Martini cõfessoris tui, atqꝫ põtificis ad ppetuã nobꝫ fac pficere salutẽ: p. Post com.

Sacramenta salutis nostre suscipientes, concede qm̃s de⁹ noster, vt beati Martini cõfessoris tui, atqꝫ

pontificis nos vbique oratio adiuuet: in cuius veneratione hec tue obtulim⁹ maiestati: Per dn. ¶ Alia die, post festu͂ sancti Laurenti, dicitur oct. Apostolorum: et omnia dicant, ut in quarta die post festum cum ceremonijs .v. digni. Euangelium dicatur, vt in vigilia. ¶ Octaua die Apostoloru͂ Petri, et Pauli ad missa͂ omnia dicantur de co͂i aplo͂ru͂, exceptis que sequunt. Oro.

Deus, cui⁹ dextera beatum Petrum ambula͂tem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, et coapostolu͂ eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, et concede: vt amboru͂ meritis eternitatis gloriam consequamur: Qui viuis. Ad Galatas. Capite. ij.

Fratres: De⁹ persona͂ hominis no͂ accipit. Mihi enim, qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed contra, cum vidissent, quod creditum est mihi euangelium preputij, sicut et Petro circu͂cisionis (qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est et mihi inter gentes) Et cum cognouissent gratiam, que data est mihi, Jacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur colu͂ne esse: dextras dederu͂t mihi, et Barnabe societatis: vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisione͂ tantum: vt pauperum memores essemus. Quod etia͂ solicitus fui hoc ipsu͂ facere i͂ Christo Jesu dn̄o nostro. Secu͂du͂ Matth. Ca. xiiij.



In illo te͂pore: Jussit Jesus discipulos suos ascendere in nauiculam, et precedere eum tra͂s fretum: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, asce͂dit in montem solus orare. Uespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim ventus co͂trari⁹. Quarta aute͂ vigilia noctis ve͂it ad eos ambula͂s super mare. Et videntes eu͂ super mare ambulantem, tur-

turbati sunt dicentes: quia phantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimq; Jesus locutus est eis dicens. Habete fiduciam, ego sum: nolite timere. Respondens autem Petrus dixit. Dñe, si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Ueni. Et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam: vt veniret ad Jesum. Uidens vero ventum validum, timuit. Et cum cepisset mergi, clamauit dicens. Domine saluum me fac. Et continuo Jesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erāt, venerunt, et adorauerūt eum dicentes. Uere filius dei es.

Offertorium. Credo in deum. Sacra. Offerimus tibi, dñe, preces, et munera: que vt tuo digna sint conspectu apostolorum tuorum Petri, et Pauli precib⁹ adiuuemur: per dñm. Prefatio. Te domine suppliciter. Post com. Protege, dñe, populū tuum: et apostolorum tuorū Petri, et Pauli patrocinio confidentem perpetua defensione conserua: per dñm.

Martialis episcopi, et confessor: pontifi. exceptis que sequūtur. Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, solennitatem diei huius propitius intuere: et ecclesiam tuam intercedēte beato Martiale cōfessore tuo, atq; pontifice, cōtinua fac celebritate gaudere: atq; omnium in te credētiū vota perficias: Per.

Secundū Lucā. Capit. xi.



In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Nemo lucernam ascēdit, et in abscōdito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum: vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tu⁹ fuerit simplex, totum corp⁹ tuum lucidum erit: si autem nequā fuerit, etiam corpus tuū tenebrosum erit. Uide ergo, ne lumē, quod ī te est,

tenebre sint. Si ergo corp⁹ tuũ totũ lucidum fuerit, nõ habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Secre.

Suscipe munera, que sumus domine, que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosãcta mysteria, intercedente beato Martiale confessore tuo, atq3 põtifice, et presentis vite conuersatione nos sanctificẽt, et ad gaudia eterna perducant. Per dñm. Postcom.

Presta, quesum⁹ Dñe, vt sacramenti tui participatione vegetati, sancti quoq3 Martialis confessoris tui, atque põtificis precibus adiuuemur: Per do.

¶ Zenonis, & aliorũ decem milliũ ducentorũ triũ mar. vj. dig. oĩa dñr de cõi plurimorũ mar. exce. orõne. Orõ.

Magnificentiã tuã, dñe, deprecamur suppliciter implorãtes, vt qui nos sanctorũ martyrũ tuorũ facis natalitijs interesse, perpetuis tribuas gaudere cõsortijs. p

Septẽ fratrũ. vj. dig. Offm Ad missam. Officiũ. Ton. i

Laudate pueri dñm, laudate nomen dñi: qui habitare facit sterilem in domo matrẽ filiorum letantem. ℣. Sit nomẽ dñi benedictũ ex hoc nunc, & vsq3 in seculum. ℣. Glia Patri. Orõ

Presta, quesumus omnipotẽs Deus: vt qui gloriosos martyres tuos Philippũ, Vitalẽ, Martialem, Alexandrum, Syluanum, atq3 Januariũ fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiam⁹: Per dominũ nostrũ. Dicat epistola de cõi plurimorum marty. ℟. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtium. ℣. Laqueus contritus est, et nos liberati sumus: adiutoriũ nostrum in nomine domini, qui fecit celum, et terram. Alleluia. ℣. Laudate pueri Dominum, laudate nomen domini. Secundum Mattheũ. Capi. xij.



In illo tẽpore: Loqnte Jesu ad turbas, ecce mater ei⁹ & fratres stabãt forĩs querẽtes loqui ei. Di-

Dixit autē ei quidam. Ecce mater tua, et fratres tui foris stāt querētes te alloqui. At ipse respondens dicenti sibi ait. Que est mater mea? et qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea, et fratres mei. Quicūqz enī fecerit volūtatē patris mei, qui in celis est, ipse me⁹ frater, soror, et mat est. Offer. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venātiū, laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Sacra.

Sacrificijs presentibus, quesumus domine, placatus intende: et intercedentibus sanctis martyribus tuis, deuotioni nostre proficiant, et saluti: per. Cōmu. Quicūqz fecerit voluntatē patris mei, qui ī celis est, ipse me⁹ frater, et soror, et mater est: dicit dñs. Post cō.

Quesum⁹, omnipotens deus, vt intercedentibus sanctis martyrib⁹ tuis, illi⁹ salutaris capiam⁹ effectum cuius per hec mysteria pignus accepim⁹: Per do.

¶ In trāslatione sancti Benedicti. v. digni. oīa dīir de cōi vnius cōfesso. nō pōtifi. Exceptis, q̄ sequūtur. Oro

Intercessio nos, quesum⁹ dñe, beati Benedicti abbatis commendet: vt quod nostris meritis nō valemus, eius patrocinio assequamur: Per. Epistola. Dilectus deo. vt supra ī mēse Martij fol. ccx. Alluia. V. Cōfessor dñi Benedicte pater, et dux noster, ora pro nobis. Euāge. Dixit Simō Petr⁹. vt ī cōi vnı⁹ cōfe. nō pō. Sacra.

Sacris altaribus, dñe, hostias superpositas sāctus cōfessor tuus Benedictus in salutē nobis prouenire deposcat: per. Post cō.

Protegat nos, dñe, cū tui perceptione sacramenti beatus Benedictus abbas pro nobis intercedēdo: vt et conuersationis ei⁹ experiamur insignia, et intercessionis eius percipiamus suffragia: Per dominum.

¶ Naboris, et Felicis mar. vj. dig. ad missā oīa dicāt vt in cōi plurimorū marty. excepti oīone, et R. et all. oīo.

Exaudi, quesumus dñe, preces nostras: vt sanctorum martyrum tuorum

Naboris, et Felicis, quorum festa solenni celebramus obsequio, continuis adiuuemur auxilijs. p. ℟. Iustorum anime in manu Dei sunt: et non tāget illos tormentum malitię. ℣. Uisi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia. ℣. Uenite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos. ¶ Margarite virginis. sexte dignitatis omnia dicantur de communi vnius virginis. Oratio.

Assit plebi tuę omnipotens Deus, beatę Margaritę virginis, et martyris tuę supplicatio: vt quicunque eius gaudent honore, ipsius protegātur auxilio: per. Sacra

Suscipe, quesumus dn̄e, ob honorē sācte Margaritę virginis, et martyris tuę munus oblatum: et quod nostris meritis non valemus, eiusdem suffragantibus meritis, largire propitius. Per dn̄m. Postcōmunio.

Prosit plebi tuę, omnipotens Deus, beatę Margaritę virginis, et martyris tuę veneranda festiuitas: vt cuius meritis gaudemus, ipsius protegamur auxilio: Per dominū nostrum.

¶ Heraclij episcopi, et cōfes. vj. dig. ōnia dicantur de cōmuni vnius confessoris pōtifi. excepta oratione. Oratio.

Deus, qui venerabilē beati Heraclij confessoris tui, atque pōtificis festiuitatem populo tuo dedicasti, concede nobis, quesumus: vt quod in eius confidentes patrocinio deposcimus, eo suffragante, consequi mereamur: Per dn̄m.

¶ Eutropij, Zosime, Bonose mar. vj. dig. oīa dn̄r de cōi plior mr. except. orōne.

Protege, Dn̄e populū tuū, et festiuitatem sanctorum martyrum tuorum Eutropij, Zosime, et Bonose: quā nobis tradis assidue, debitis tibi psolui precibus cōcede sāctorū: Per. ¶ Triūphus sancte crucis. iij. dig. Ad missam. Offm. Ton. 4.



Nos autem gloriari oportet in cruce dn̄i nostri Iesu Christi: in quo est salus vita, et resurrectio nostra, per quem saluati, et liberati sumus: alla, alla. ℣. Deus mi-

misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. ℣. Gloria patri. Gloria in excel. Oro.

Deus, qui per crucem tuam populo in te credenti triumphum contra inimicos cócedere voluisti, presta, quesumus: vt tua pietate credentibus in crucem victoriam semper tribuas, et honorem: Qui viuis. etc.

Ad Galatas. Capite. v. vj.



Fratres: Cófido de vobis in domino, quod nihil aliud sapietis. Qui autem cóturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille. Ego autem, fratres, si circuncisionem adhuc predico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam et abscindátur, qui vos conturbant. Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi tantum: vt crucis Christi persecutionem nó patiantur. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circuncidi tantum, vt in carne vestra glorietur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce dñi nři Jesu Christi: per qué mihi mundus crucifixus est, et ego mũdo. ℟. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem auté crucis. ℣. Propter quod et Deus exaltauit illum, et donauit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Alleluia. ℣. Dulce lignũ, dulces clauos, dulcia ferens pondera, que sola fuisti digna sustinere regem celorum, et dominum

Secundum Lucã. Capi. j.



In illo tempore: Dixit dominus Jesus discipulis suis. Cum audieritis prelia, et seditiones, nolite terreri. Oportet primũ hec fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens cótra gentem, et regnũ aduersus regnum: et terremotus magni erunt per loca, pestilentie, et fames, terroresque de celo, et signa magna erũt. Sed ante hec õnia iniiciẽt vobis manus suas, et persequntur, tradẽtes in synagogas,

et custodias, trahentes ad reges, et presides propter nomē meum. Cōtinget autem vobis in testimonium. Ponite ergo ī cordibus vestris, nō premeditari, quēadmodum respondeatis: Ego enim dabo vobis os, et sapientiam: cui non poterūt resistere, et contradicere ōnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentib⁹, et fratribus, et cognatis, et amicis, et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro nō peribit. In patiētia vestra possidebitis animas vr̄as. Dicat. Credo. Offerto. Protege, domine, plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, et acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrum, Alleluia. Sacra. Gratias tibi agimus, domine, de tanto munere, et triūpho, quem christiāo nomini contulisti: proinde a cunctis fidelibus nomen tuū exaltetur, et glorificet. Qui viuis. Prefa. Qui salutē humani generis. Communi. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. Alleluia. Post commu. Celesti gratia, quesum⁹ domine, sumptis cibis spiritualibus reficiamur: et cruci dominice multitudo infidelium semper subijciatur. Per eūdē. Eodē die fiat cō me. Eustachij cōfes. et pōti.

Deus, cui⁹ sacro- Oro. sanctam hodierna die admirabilis splendor illustrat ecclesiam, cōcede propitius: vt beati Eustachij confessoris tui, atque pontificis illuminata doctrinis eius meritis, et intercessionib⁹ augeatur: per. Sacra. Benedictio tua, domine, super nos larga descendat: que et munera nr̄a deprecatione sancti confessoris tui, atq; pōtificis Eustachij tibi reddat accepta, et nobis sacramentum redēptionis efficiat: p. Post cō. Sacro munere satiati supplices te, domine, depcamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio, intercedente beato Eustachio confessore tuo, atque pon-

pōtifice, saluationis tue sentiamus augmentum: Per.

¶ Juste, et Rufine virgi. et mar. j. dig. oia dicāt de cōi plurimorum virginum, exceptis orationibus. Oratio

Omnipotens, sempiterne Deus, da nobis in festiuitate beatarum virginum, et martyrum tuarū Juste, et Rufine cōgrua deuotione gaudere: vt et potētiam tuam in earum passione laudemus, et promissum nobis percipiamus auxiliū: per dominum nrm. Sacra.

Suscipe, domine, sacrificium placationis, et laudis: et interuenientibus sanctis martyribus tuis Justa, et Rufina, quarum nos festiuitatem celebram⁹, perpetuam gratiarum continuem⁹ actionē. p. Post cō

Presta, quesumus, domine, mentib⁹ nostris cum exultatione prouentū: vt beatarum virginum, et martyrum tuarum Juste, et Rufine, quarum diē passionis annua deuotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur. Per dominum nostrum Jesum. etc.

¶ Marine virginis. ij. dignitatis. ōnia dicātur de cōi vnius uirginis: exceptis orationibus propriis. Orō.

Da, quesumus, omnipotens De⁹, nos beate virginis, et martyris tue Marine orationib⁹ subleuari: que laudabilē vite cursum glorioso martyrii fine cōpleuit. Per. Sacra.

Pro sancte virginis, et martyris tue Marine meritis, domine, plebs tua munus hoc offert: quod ad salutem corporum, et animarum sanctificare digneris: Per dominum. Post cōm.

Corpore, et sanguine filij tui, quesumus domine, presentem deprecamur clementiam: vt beate Marine virginis, et martyris tue, cuius festiuitatem celebramus, intercessione adiuti ad eternam mereamur peruenire letitiam: p. cun.

¶ Sperati, et comitum eius marty. vj. digni. ōnia dicāt de cōi plurimorum martyrum, excepta oratione. Orō

Adiuuet ecclesiam tuā, deus, gloriosa martyrum obsecratio sanctorum.

vt quorū hodierna die mirabilem excepimus martyrij triumphum, eorum interuentione apud te tuam sentiamus clementiā: Per.

¶ Seuerij epi, et cōfessoris vj. dig. oīa dñr de cōi vnius confess. ponti. excep. orōne.

Deus bonitatis auctor, et bonorum omnium dispensator, concede propitius: vt, qui beati Seuerij confessoris tui, atque pontificis solennia colūt, eius patrocinio, atque suffragio diuine maiestatis tue propitiationem assequantur: per

¶ Praxedis virgi. ij. dign. oīa dñr de cōmuni vnius virgi. excep. orōnibus. Orō

Deus, q nos beate Praxedis virginis tue annua solennitate letificas, cōcede propitius: vt eius adiuuemur meritis, cuius castitatis irradiamur exemplis: Per dominū. Secreta.

Preces nostras quesumus dñe, propitiatus admitte: et dicandum tibi sacrificium beata Praxedis virgo cōmēdet. p. Post cō.

Adiuuēt nos, quesumus domine, hec mysteria sancta, que sumpsimus, et beate Praxedꝫ virginis tue intercessio veneranda: per.

¶ Marie Magdalene. ij. dignita. Officium. Ton⁹. i.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore Marie Magdalene: de cuius festiuitate gaudent angeli, et collaudant filium Dei.

℣ Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

℣ Gl'ia pri. Gl'ia in ex. Orō.

Largire nobis clementissime pater: quod sicut beata Maria Magdalena dominum nostrum Jesum Christum super ōnia diligēdo, suorum obtinuit veniam peccaminū, ita nobis apud misericordiā tuā sempiternam impetret beatitudinem: Per dominum.

Sapiē. prouer. Ca. vltimo

Mulierē fortē quis inueniet? Procul et de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri sui: et spolijs nō indigebit. Reddet ei bonum, et non malum omnibus diebus vite sue. Quesiuit lanam et linum, et ope-

operata est consilio manuũ suarum. Facta est, quasi navis institoris de longe portans panem suũ. De nocte surrexit, deditque prędam domesticis suis, et cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, et emit eum, et de fructu manuum suarũ plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suũ. Gustavit, et vidit, quoniam bona est negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: et digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extẽdit ad pauperem. Nõ timebit domui suę a frigoribus nivis: omnes enim domestici ęius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestẽ fecit sibi: byssus et purpura indumentũ eius. Nobilis in portis vir eius, quãdo sederit cum senatoribus terrę. Sindonẽ fecit, et vendidit, et cingulũ tradidit Chananeo. Fortitudo, et decor indumentum eius: et ridebit in die novissimo. Os suũ aperuit sapientię, et lex clemẽtię in lingua eius. Consideravit semitas domus suę, et panem otiosa nõ comedit. Surrexerunt filij eius, et beatissimam prędicaverunt: vir eius laudavit eam. Multę filię congregaverũt divitias: tu sup gressa es universas. Fallax gratia, et vana est pulchritudo: mulier timens dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuũ suarũ: et laudent eã in portis opera eius. ℟. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem. ℣. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię. Alleluia. ℣. Optimam partẽ elegit sibi Maria Magdalena: quę nõ auferetur ab ea in eternũ.

Secundũ Lucã. Capi. vij.



In illo tempore: Rogabat Jesũ quidã de Phariseis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domũ Pharisei, discubuit. Et ecce mulier, quę erat in civitate peccatrix, ut cognovit, quod Jesus accubuit in domo Pharisei, attulit alabastrum unguẽti, et stãs

retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes eius, et vnguento vngebat. Vides autē Phariseus, qui vocauerat eū, ait intra se dicēs. Hic, si esset propheta, sciret vtiq; que, et qualis est mulier, que tangit eū: quia peccatrix est. Et respōdens Jesus dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erāt cuidam feneratori, vn⁹ debebat denarios quingētos, et alius quinquaginta. Nō habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eū plus diligit? Respondens Simon dixit. Estimo, quia is, cui pl⁹ donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuā, aquā pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi nō dedisti: hec autē ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt, qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic, qui etiā peccata dimittit? Dixit autem Jesus ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Credo in vnum deum. Offerto

Diffusa est gratia in labijs tuis: ppterea benedixit te de⁹ in eternum, et in seculum seculi. Secra

Hanc oblationem, terribilis, et pijssime De⁹, beata Maria Magdalena suarum cumulet precum incrementis, et ad nostre restaurationis principium flagitet pro futuram: per dn̄m

Commu. Feci iudicium, et iustitiam, domine: non calumnientur me superbi: ad ōnia mandata tua dirigebar, omnē viā iniquitatis odio habui. Post cōmu.

Sanctificent nos, quesum⁹ domine, et mūiat, inter-

intercedente beata Maria Magdalena, diuini muneris sacra libatio: et celestiũ virtutũ coheredes efficiat. p. ¶ Apollinaris mart. vi. digni. Officium. Tonus. 6.

Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti, et humiles corde laudate Deum. ℣. Benedicite õnia opera dñi dño, laudate, ⁊ super exaltate eũ in secula. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Sancti Apollinaris, domine, cõfessio recẽsita cõferat nobis pię deuotionis augmentum: qui in tuo nomine perseuerãs meruit coronari: per. Ep'la de cõi vni' mart. ℟. Inueni Dauid seruum meum, oleo sãcto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. All'a. ℣. Letabitur iustus in dño, ⁊ sperabit in eo, ⁊ laudabũtur õnes recti corde

Secundũ Lucã. Capi. xxij.

In illo tẽpore: Facta est cõtentio inter discipulos Jesu: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis Jesus. Reges gẽtium dominantur eorum, ⁊ qui potestatẽ habent super eos, benefici vocãtur. Vos autem non sic: Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. Et qui pręcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ: vt edatis, et bibatis super mensam meã in regno meo. Et sedeatis super thronos iudicantes duodecim trib' Israel. Offertoriũ. Veritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sacra.

Hostias tibi, dñe, pro commemoratione sancti Apollinaris offerimus: quem a tui corporis vnitate nulla tẽtatio separauit. Per do. Cõ. Beatus seruus, quem cum venerit dñs, inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis, super õnia bona

sua constituet eum. Post cōm.

REpleti cibo, potuque celesti, deus noster, te suplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percepimus, eius muniamur et precibus: Per dñm.

¶ In vigilia sancti Jacobi ij. dig. Ad missam. Officiū. Mihi autem. Et in cōi aplorū Non dicatur. Gloria in excel. nisi sit dies dñica. Oratio.

QUesumus omnipotēs deus, vt beatus Jacobus apostolus tuus pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluti a cunctis etiā periculis eruamur: per dominum nostrū.

Et fiat cōme. sub una clausula d sācta Christina. Orō.

OMnipotēs, sempiterne Deus, qui beatam Christinam virginē, et martyrē merito constantie, ac miraculorum flore decorasti, concede nobis tue propitiationis augmentū: quatenus cuius natalitia colimus, eius gloriosis precib⁹ a cunctis aduersitatibus liberemur: Per dñm. Sacra

SAncte Christine virginis, et martyris tue, domine festa recolentes offerimus hostias: presta, quesumus, vt cum presidio temporali, et vitam nobis prebeant, et incrementa perpetua: Per dominū. Post cō.

QUesum⁹, domine, virtutum celestium deus, vt sacrificia p sancte Christine virginis, et martyris, tue commemoratione sumpta desideriorum tuorū vota perficiant, et nos temporaliter doceant habere dona celestium gaudiorum: p.

Sapiē. Eccle. c. xliij. et xlv.

BEnedictio domini super caput iusti: ideo dedit illi dominus hereditatem, et diuisit illi partem in tribus duodecim: et inuenit gratiā in conspectu omnis carnis. Et magnificauit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum: et ostēdit illi gloriam suam. In fide, et lenitate ipsi⁹ sanctum fecit illum, et elegit eū ex omni carne. Et dedit illi cor ad precepta, et legem vite, et discipline: et excelsum fecit

fecit illum. Statuit ei testamentum eternum: et circumcingit eum zona iustitie. Et induit eum dñs corona glorie. ℟. In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrant gloriã Dei, et opera manuum eius annuntiat firmamẽtũ Loco alleluia reiteretur. ℟ nisi sit dies dñica: quia tunc dicitur. Alla. ℣. Nimis honorati sunt amici tui, deus, nimis cõfortatus est principatus eorum. Euange. Hoc est preceptũ. Quere in cõi apostolorum. Offert. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, De⁹, nimis confortatus est principatus eorũ. Prefa. Te, domine suppliciter. Sacra, et communicanda, et post cõm. dicantur de cõi aplorũ: et nõ dicit. Ite, missa est. Nisi sit dies dominica.

¶ In die scti Jacobi. j. dig. oĩa dicãtur de cõi apostolorũ: excep. q̃ sequuntur. Orõ

Esto, Dñe, plebi tue sãctificator, et custos: vt apostoli tui Jacobi munita presidijs et conuersatione tibi placeat, et secura mente deseruiat: Per dñm nostrum. ℟. Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur. Alluia ℣. Sanctissime apostole Jacobe sedulo pro salute totius populi Christum deprecare. Secundum Mattheum. Cap. xx



In illo tẽpore: Accessit ad Jesũ mater filiorum Zebedei cum filijs suis adorans, et petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuã, et vn⁹ ad sinistram in regno tuo. Respõdens autẽ Jes⁹ dixit. Nescitis, quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis. Calicem quidem meũ bibetis: sedere autem ad dexteram meam, et sinistram nõ est meum dare vobis, sed quibus paratũ est a patre meo. Credo. Sacra.

Oblationes populi tui, Dñe, q̃sum⁹, beati apostoli tui Jacobi passio beata

D

conciliet: et que nostris non sunt apte meritis fiant tibi placite eius deprecatione: Per dominum nostrum. Pref. Te dñe suppliciter. Post com.

B Eati apostoli tui Jacobi, in cuius hodie festiuitate corpore, et sanguine tuo nos refecisti, quesumus domine, intercessione nos adiuua: pro cuius solennitate percepimus tua sancta letantes. Qui viuis, et regnas

¶ Christophori, et Lucufati mar. ij. di. omnia dicuntur de cōmuni plurimorum martyrum exceptis orationibus proprijs, et dicit. Credo. Oratio.

D Eus, qui es omnium sanctorum splendor mirabilis, quique hunc diem beatorum Christophori, et Cucuphati martyrio consecrasti, da ecclesie tue, quesumus, de eorum natalitio semper letari: vt apud misericordiam tuam, exemplis eorum, et meritis adiuuemur: Per dominum nostrum. Sacra.

S Uscipe munera, quesumus dñe, que in beatorum martyrum tuorum Christophori, et Cucuphati solennitate deferimus: quorum nos scimus patrocinio liberari: per dominum. Post co.

P Rotegat, quesumus dñe, populum tuum hec participatio celestis indulta conuiuij, et deprecatio collata sanctorum martyrum tuorum Christophori, et Cucuphati: p. ¶ Festum sancte Anne ij. di. ad missam. offim. Ton°. i



Btentu Anne matris Marie plene gratia: nobis auctorem omnium reddat Anna propitium. V. In honore beate Anne pie matris Marie iubilemus, et cātemus dño. V. Gloria. Gloria i ex.

D Eus, qui beate Oratio. Anne tantam gratiam donare dignatus es: vt beatissimam Mariam matrem tuam in suo vtero portare mereretur, da nobis per intercessionem matris, et filie tue propitiationis abundantiam: vt quarum memoriam pio amore complectimur, earum precibus ad celestem Jerusalem peruenire valeamus: Qui viuis. Epistola. Mulierem fortem. Quere supra in fes. Marie Magdalene fo. ccxxxviij. R. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem

V. Pro-

℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitie. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: ppterea benedixit te de⁹ i eternū.

Secundū Matt. Capit. j.



Liber generationis Jesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham autem genuit isaac. Isaac autem genuit iacob. Jacob autē genuit Judam, et fratres eius. Judas autem gēuit Phares, zarā d Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autē genuit Aram. Aram autem gēuit Amladab. Aminadab autem gēuit Naason. Naason autē genuit Salmon. Salmō autem genuit Boos de Raab. Boos autē genuit Obeth ex Ruth. Obed autē gēuit Jesse. Jesse autē genuit Dauid regem. Dauid autē rex genuit Salomonē ex ea, que fuit Urie. Salomō autem gēuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autem gēuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem gēuit Oziam. Ozias autem genuit Joatam. Joatam autem gēuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autē genuit Manassem. Manasses autem genuit Amon. Amō autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jeconiam, et fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Jeconias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem gēuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem gēuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum Marie, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Dicatur. Credo in vnum deū.

Offertoriū. Uirgo sēper hec Maria stirpe nata dauid regis, veneranda processit ex prosapia.

Hostias tibi dñe, Sacra Annę dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuũ nobis tribue proueni re subsidium. Cõ. Celeste beneficium introiuit in Annam: de qua nata est nobis pia virgo Maria. Post communionẽ Diuina nos, quęsumus domine per hęc sancta, quę sumpsimus: et pręsta, vt intercessione beatę Annę perpetuam gloriam consequamur: per. Alia die omnia dicantur de octauis sancti Jacobi, & fit duplex: & fiat com. dictorum martyrum. Oro.

Exaudi, dñe, preces nostras: vt populus tu⁹, qui sub tantis beneficijs sãctorum martyrum tuorum Nazarij, & Celsi, atque Pãtaleontis est constitutus, et a suis offensionibus liberet, et ab omnibus tueatur aduersis: per dominũ. Sacra.

Salutari sacrificio dñe, populus tuus semper exultet: quo et debitus honor sacris martyribus tuis exhibeat, & sanctificationis tuę munus accendatur: per dominum. Post cõ.

Omnipotẽs, sempiterne De⁹, da populo tuo pręsentis diei festiuitatẽ sincero venerari affectu: vt qui eam sanctorum martyrũ tuorũ Nazarij, & Celsi, atque Pãtaleontis annua solẽnitate deuotis frequentant obsequijs, eorumdem suffragijs cęlestis regni gaudia consequamur: p. Marthę virgis. ij. dig. oĩa dicãt de cõi v-ni⁹ virg. excep. oroñ. pprijs.

Omñps, clemẽtissime De⁹, cui⁹ fili⁹ in ede beatę Marthę hospitari dignat⁹ est, da, quęsum⁹: vt eius meritis, & precib⁹, quę illũ suscepit in terris, nos in cęlis misericorditer hospitari digneris: p eun. Sacra

Suscipe, & sanctifica omnipotens de⁹, hoc munus oblatum: & concede, vt ad salutem nobis meritis illius, quę illum gratãter hospitio suscepit, proueniat: Qui tecum viuit. Post cõ.

Quęsumus, omnipotẽs Deus, vt his sacramẽtis, quę sumpsimus, & meritis beatę Marthę filij tui hospitę digne hic, et in futuro viuamus: Per eundem dominum nostrum Jesum.

Eodẽ

Eodē die fiat cōmem. sanctorū Felicis, Simplicij, Faustini, et Beatricis mart. Oro.

Presta, quesumus, domine, vt sicut populus Christianꝰ martyrum tuorum Felicis, Siplicij, Faustini, ꝛ Beatricis temporali solennitate congaudet, vita pfruatur eterna: et quod votis celebrat, comprehendat effectu: Per. Sacra.

Hostias tibi, domine, p sanctorū martyrū tuorū Felicis, Siplicii, Faustini, ꝛ Beatricis cōmemoratione deferimus suppliciter deprecantes: vt indulgentiam nobis pariter cōferat, et salutem: Per. Postcom.

Presta, qs, ōnipotēs Deꝰ, vt sanctorū martyrū tuorū Felic, Siplicij, Faustini, ꝛ Beatricis ministerijs celebrata solēnitas īdulgētiā nobis tue propitiationis acquirat: Per dnm.

¶ Abdon, et Senem martyrū missa dicit̄ de octaua sancti Jacobi: et cum orōnibus apostoli dicūtur orōnes martyrū sub vna clau. Oro

Deus, qui sanctis martyribus tuis Abdon, et Senem ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratie contulisti, da famulis tuis suorum veniam peccatorum: vt sanctorum tuorū intercedentibꝰ meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari: Per dominum nostrum. Sacra.

Hec hostia, qs, dne, quā in sanctorū tuorū natalitijs recensentes offerimus, ꝛ vincula nostre prauitatis absoluat, ꝛ tue nobꝫ misericordie dona cōciliet: per dominum. Postcomu.

Per huius, dne, operationē mysterij et vitia nr̄a purgentur, ꝛ intercedētibus sanctis martyribus tuis Abdō, et Senē, iusta desideria compleātur: per.

¶ Octa. dies sancti Jacobi ij. dign. oīa dnr̄ sicut in die. Fiat cōme. sancti Germani

Deꝰ, qui hodier- Oro. nam diē beatissimam nobis in beati Germani cōfessoris tui, atque pontificis solennitate tribuisti, adesto propitius ecclesie tue precibus: vt cuius gloriamur meritis, muniamur suffragijs: Per dominum nr̄m. Sacra

Sacrificiũ tibi, dñe, laudis offerimus pro sancti celebritate Germani cõfessoris tui, atq; pontificis: vt propitiationem tuã, quã nostris operibus non meremur, pijs intercessionib⁹ assequamur: p. Post cõmũ.

Repleti, dñe, celestibus sacramentis quesum⁹ clementiam tuam, vt beati Germani confessoris tui, atque pontificis, cuius solennia recensemus, sentiamus oblata presidia: Per dñm.

¶ Vincula scti Petri. iij. dig. Ad missam. Offiñ. Ton⁹ 3.

Nunc scio vere, q; misit dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatiõe plebis Judeorum. ℣. Et Petrus ad se reuers⁹ dixit. ℣. Gloria Patri, & Filio. Gloria ĩ excelsis Deo. Oratio.

Deus, qui beatum Petrum apostolum a vinculis absolutum, illesum abire fecisti, nostrorum, quesumus, absolue vincula peccatorum: et omnia mala a nobis propitiat⁹ exclude: p. Cum ista oõne fiat cõme. sancti Felicis mar. Oratio.

Sancti Felicis martyris tui, domine, solennia recensita nobis conferant pie deuotionis augmentum: qui in tui nominis cõfessione firmiter perseuerans meruit eternaliter honorari: Per dñm. Sacra.

¶ Actu um aplorũ. Capit. xij.

In dieb⁹ illis: Misit Herodes rex manus: vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Jacobũ fratrem Joannis gladio. Videns autẽ quia placeret Judeis: apposuit apprehendere, et Petrum. Erãt autem dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradensque quatuor quaterniõibus militum ad custodiendum, volens post pascha producere eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petr⁹ dormiens inter duos milites, vinctus cathenis duabus: et custodes ante ostium custo

stodibant carcerem. Et ecce angelus domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo. Percussoque latere petri, excitauit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderunt catene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere, et calcia te caligas tuas: Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuū: et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam, et secundam custodiam venerunt ad portam ferream, que ducit ad ciuitatem, que vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnū: et continuo discessit angelus ab eo: Et Petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere: quia misit dominus angelum suum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni spectatione plebis Judeorum. ℟. Cōstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebūtur tibi. All. ℣. Solue iubente deo terrarū Petre catenas qui facis, vt pateāt celestia regna beatis. Euang. Jussit Jesus discipulos. vt i viij. die petri et pauli. Credo. Offer. Tu es Petr⁹, et super hanc petrā edificabo ecclesiā meā: et porte inferi non preualebunt aduersus eam: et tibi dabo claues regni celorū. Sacr.

Oblatū tibi, dñe, sacrificiū, intercedēte beato Petro apostolo tuo, viuificet nos semper et muniat: p.

Beati Felicis martyris tui, Domine, solennia celebramus, qs, vt ei⁹ auxilio tua beneficia capiam⁹: Pref. Te dñe suppliciter exorare. Cō. Tu es Petr⁹, et super hanc petram edificabo ecclesiam meā.

Post communionem.

Corporis sacri, et pretiosi sanguinis repleti libamine qs, dñe deus noster, vt quod pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus. per eundem. Oro.

Diuini muneris largitate satiati, quesumus, domine Deus noster, vt intercedēte beato Felice martyre tuo, eius semper participatiōe viuamus. per dñm

¶ Stephani pape, et mart. vj. dic. Officium. Tonus. 2.



Sacerdotes eius induam salutari, et sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Memento, domine, David, et omnis mansuetudinis eius. ℣ Gloria Patri. Oratio

Deus, qui nos sancti Stephani martyris tui, atque pontificis annua solennitate letificas, concede propitius, ut cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus: Per. Epla. Beatus vir. Quere i cōi vniꝰ ma. ℟. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi. Alla. ℣. Iustus ut palma florebit, et sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Secūdū Lucā. Capite. xix.



In illo tēpore: Dixit dominus Iesꝰ discipulis suis parabolā hāc. Homo quidam nobilis, abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti. Vocatis autem decem servis suis dedit eis decē mnas: et ait ad illos: Negotiamini dum venio. Cives autem eius oderāt eum: et miserūt legationem post illum, dicētes. Nolumus hūc regnare super nos. Et factum est, ut rediret accepto regno: et iussit vocari servos: quibus dedit pecuniam, ut sciret, quātum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine, mna tua decem mnas acquisivit. Et ait illi. Euge bone serve, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatē habens supra decem civitates. Et alter venit dicēs. Domine mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitates. Et alter venit dicēs. Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario: Timui enī te, quia homo austerus es: tollis, qḋ non posuisti: et metis, quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico serve nequam. Sciebas, quod ego homo austerus sum, tollēs, quod non posui, et metens quod

quod nō seminaui. Et quare non dedisti pecuniā meā ad mensam, et ego veniens cum vsuris vtique exegissē illā? Et ast̄ātib⁹ dixit. Auferte ab illo mnā, ⁊ date illi, qui decē mnas habet. Dico autē, vobis, q: ōni habenti dabit, et abundabit. Ab eo autē, qui nō habet, et quod habet, auferet ab eo. Offer. Inueni dauid seruum meū, oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Sacra

Munera tibi domine, dicata sāctifica: et intercedente beato Stephano martyre tuo, atq; pōtifice, per eandem nos placat⁹ intende: Per. Cō. Domine quīque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue bone, ⁊ fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa et constituam: intra in gaudium domini tui. Post communio.

Hec nos cōmunio, domine, purget a crimie: et intercedente beato Stephano martyre tuo, atque pontifice, celestis remedij faciat esse consortes: Per. ¶ Inuētio sancti Stephani protomar; v. dig. ad missam oīa dicantur vt in festo pricipali: excepto, quod nō dicatur. ¶ redo, et ceremonie fiant, vt in festo quinte dignitatis. Eodem die Gamalielis, Nicodemi, et Abibon fiat commem. Oratio.

Concede, quesum⁹ omnipotens Deus, vt qui hodierna die sanctorū Gamalielis, Nicodemi, atque Abibon inuentionem gloriosam reuelasti, da nobis, quesumus, in eterna beatitudine de eorum societate gaudere: Per dn̄m. Sacra

Suscipiat clemētia tua, domine, munus oblatū de manib⁹ nostris, quesumus: vt sanctorum Gamalielis, Nicodemi, ⁊ Abibō orōnes ab oīb⁹ nos mūdent peccatis: p. Postcom.

Sumpsim⁹, domine, sāctorum tuorum Gamalielis, Nicodemi, et Abibō solennia celebrantes, sacramenta celestia: presta, quesumus, vt quod tēporaliter gerim⁹, eternis gaudijs cōsequamur: Per. ¶ In festo sancte Marie de niuibus, j. dignitatis. Ad missam.



Officium. Tonus. 7. Aespes nostra dei genitrix, virgo Maria, que meruisti portare regem celorum, et dominum. ℣. Angelorum cetibus sociata es: et virginitas tua inuiolata permanet. ℣. Gloria patri. Gloria in excelsis.

Prefacta Maria. Oratio

Concede nos famulos tuos, quesumus domine deus, perpetua mentis, et corporis salute gaudere: et gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, et futura perfrui letitia. Per dominum.

Lectio libri sapie. Ca. xxiiij.

Ab initio, et ante secula creata sum: et vsque ad futurum seculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in Jerusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, et in partes Dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea. ℟. Benedicta et venerabilis es virgo Maria, que sine tactu pudoris, effecta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia. ℣. Virga Jesse floruit: virgo deum et hominem genuit: pacem Deus reddidit in se reconcilians ima summis. ¶ Secundum Lucam. Capite. xj.



In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens quedam mulier vocem de turba, dixit illi. Beatus venter, qui te portauit, et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Dicatur. Credo. Offer. Felix namque es sacra virgo Maria, et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie Christus Deus noster. Secreta.

Tua, domine, propitiatione, et beate Marie semper virginis intercessione ad perpetuam, atque presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem, et pacem: per. Com. Beata viscera Marie virginis, que portauerunt eterni Patris filium. Post com. oratio

Sumptis domine salutis nostre subsidijs, da, quesumus, beate Marie semper virginis nos

nos patrociniis vbiqz protegi: in cui⁹ veneratiōe hec tue obtulimus maiestati: p. Dñici cōf. prīs ord. pdica. ij dig. oīa dicāt d cōi vni⁹ cōf. nō põtifi. excep. oratiōib⁹.

Deus, q ecclesiā tuā beati Dñici cōfessoris tui illuminare dignatus es meritis, ⁊ exēplis, concede, vt eius intercessione temporalib⁹ nō destituat auxiliis, et spūalibus semper proficiat incrementis: per. Sacra.

Munera tibi, dñe, dicata sanctifica: ⁊ meritis beati Dominici confessoris tui nobis proficiant ad medelam: Per. Post cō.

Concede, qs omnipotens de⁹, vt, qui peccatorū nrorū pondere premimur, beati Dñici confessoris tui patrocinio subleuemur: p.

In trāsfiguratiōne dñi. j. di. Ad missā. Offi. Ton⁹. 8.

Benedicta sit sancta trinitas, atque indiuisa vnitas, confitebimur ei: quia fecit nobiscū misericordiam suā. V. Benedicamus patrē, ⁊ filiū, cū scto spū, laudem⁹, ⁊ superexaltem⁹ eū in scla. V. Glīa prī. G. Ria in exc. Orō.

Deus, qui hodierna die vnigenitū tuū mirabiliter transformatum celitus vtriusqz testamēti patrib⁹ reuelasti: da nob, q̄s sumus, beneplacitis tibi actibus ad eius semper contemplandā pertingere gloriā: in quo tue paternitati optime cōplacuisse testatus es: p eundē. Petri apostoli. ij. Capite. j.

Charissimi: Notam facim⁹ vobis dñi nostri Jesu Christi virtutē, ⁊ prescietiā, sed speculatores facti illi⁹ magnitudinis. Accipiēs enim a Deo patre honorē, ⁊ gloriam, voce de lapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria: Hic est filius me⁹ dilectus, in quo mihi cōplacui: ipsum audite. Et hanc vocē nos audiuim⁹ de celo allatam: cū essem⁹ cū ipso in mōte sancto. Et habemus firmiorē propheticū sermonē: cui benefacitis attendētes, quasi lucerne lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris. R. Benedictus es, domine, qui intueris abyssos: ⁊ sedes super Cherubī. V. Benedicite Deum celi, quia

fecit nobiscum misericordiam suã. Alla. ℣. Ascendit Jesus in montem, et assumpsit Petrum, et Jacobum, et Joannem, et ecce transfiguratus est: et vox patris audita est: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsũ audite.

Secundũ Matt. Ca. xvij.



In illo tẽpore: Assumpsit Jes⁹ Petrum, et Jacobum, et Joãnẽ fratrem eius, et duxit illos ĩ mõtẽ excelsum seorsum: et trãsfigurat⁹ est ante eos. Et resplenduit facies eius, sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Et ecce, apparuerũt ill; Moyses, et Elias cum eo loquentes. Respondẽs autem Petrus dixit ad Jesum. Dñe, bonum est hic nos esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, et Moysi vnum, et Elie vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos: Et ecce vox de nube dicẽs. Hic est fili⁹ meus dilect⁹, in quo mihi bene cõplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciẽ suã, et timuerũt valde. Et accessit Jesus, et tetigit eos: dixitque eis. Surgite, et nolite timere. Leuantes autem oculos suos neminem viderũt, nisi solum Jesum. Et descẽdentibus illis de mõte, precepit illis Jesus dicens. Nemini dixeritis visionem, donec fili⁹ hominis a mortuis resurgat. Credo. Offer. Benedictus sit Deus pater vnigenitusque Dei filius, sanctus quoqz spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Suscipe, quẽs dñe sancte pater, eterne Deus, munera, que p gloriosa filij tui, trãsfiguratione deferimus: et cõcede propitius, vt per hec a temporalibus liberemur incõmodis, et gaudijs cõnectamur eternis: per eũ. Prefatio sit. Quia per ĩcar.

¶ Notandũ est, quod hac die cõficit sanguis Christi de nouo vino, si inueniri possit: aut aliquantulũ saltẽ de matura vua ponatur in calice. Quare autẽ hoc fiat, hec est ratio. In die cene dixit dñs Jes⁹ aplis, et alijs, qui cũ eo cenabant. Amen dico vob;

Gaudens gaudebo in domino, et exultabit anima mea i deo meo. Quia induit vestimentis salutis, et indumento iustitie circundedit me. Quasi sponsum decoratū corona, et quasi sponsam ornatā monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum germinat, sic dñs deus germinabit iustitiam, et laudem coram vniuersis gentibus. Habitabit enim iuuenis cum virgine, et habitabūt in te filij tui. Et gaudebit super te Deus tuus. Dicit dominus omnipotēs. ℟. Ocupiuit rex decorem tuū, quoniam ipse est dominus Deus tuus. ℣. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliuiscere populum tuum, et domū patris tui. Alla. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Euange. de cōi vnius virginis. Offer. Afferētur regi virgines post eam, proxime eius offerētur tibi. Sacra

Resta, quesumus dñe deus noster, vt sicut in tuo conspectu mors est preciosa sāctorū, ita per eorum merita veneranda accepta tibi nra reddat oblatio: p. Commu. Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidauit cor meū: letabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa, concupiuit anima mea testimonia tua, dñe, et dilexit ea vehementer. Post cōm

Anctificet nos, Dñe, quesumus, tui perceptio sacramēti, et itercessio bea-

beatę martyris tuę Euphe
mię tibi reddat acceptos. p.
Eodē die sctōr Lucię et Ge
miniāni fiat cōm. i. ij. cla. Orō
PResta, quęsumus dñe,
precibus nostris cum
exultatione prouentum: vt
quorum diem passionis an
nua deuotione recolimus,
etiam fidei cōstantiam sub-
sequamur: per dñm. Sacra
NOta populi tui, domi-
ne, propitiatꝰ intēde:
et quorum nos tribuis solē
nia celebrare, fac gaudere
suffragijs: per. Post cōmn.
EXaudi, domine, preces
nostras, et sanctorum
tuorum, quorum festa solē-
niter celebramus, continuis
foueamur auxilijs: per dñm
¶ Cornelij, et Cypriani est
festū. v. digni. celebratur se-
quenti die post festū sanctę
Euphemię, quę erit. xvij.
die Septembris. Orō.
INfirmitatem nostrā,
quęsumus dñe, propitius
respice: et mala omnia, quę
iuste meremur, sanctorum
martyrū tuorū Cornelij, et
Cypriani intercessiōe auer
te: Per dñm. Sacra.
ADesto, Dñe, supplica-
tionibus nostris, quas in sā
ctorum martyrum tuorum
cōmemoratione deferimus:
vt qui nostrę iustitię fiduciā
nō habemus, eorum, qui ti-
bi placuerunt meritis adiu-
uemur: per. Post commun
QUesumꝰ, domine, salu
taribus repleti myste-
rijs, vt quorum solennia co
limus, eorum intercessioni-
bꝰ adiuuemur: per dominū
¶ In die sancti Matth. ij.
di. Ad missā. Offīn. Tonꝰ. 2.
MIhi autem nimis ho-
norati sunt amici tui,
deus, nimis conforta
tꝰ est pricipatꝰ eorū.
℣. Domine, probasti me, et cog-
nouisti me, tu cognouisti sessionē
meam, et resurrectionem meam:
℣. Gloria Patri. Gloria in. Orō
BEati Matthei apos-
toli, et euāgelistę, quę-
sumus dñe, precibus adiu-
uemur: vt quod possibilitas
nostra nō obtinet, eius no-
bis intercessiōe donetur: p.
Ezechielis proph. Capi. i.
SImilitudo vultus
q̄tuor animalium.
Facies hominis,
et facies leōis a dex-
tris ipsorū quatuor. Facies

autem bouis a sinistris ipsorum quatuor. Et facies aquile desuper ipsorũ quatuor. Et facies eorum, et pēne eorum extente desuper. Due penne singulorum iungebant, et due tegebant corpora eorum, et vnū quodqз eorum coram facie sua ambulabat, vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebātur: nec reuertebantur cum ambularēt. Et similitudo animalium, et aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardētium, et quasi aspectus lampadarũ. Hec erat visio discurrens in medio animaliũ, splendor ignis, et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, et reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. ℟. Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Primus ad Sion dicet ecce assum, et Jerusalem euāgelistam dabo. Secũdum Mattheũ. Capit. ix.

In illo tempore: Cum transiret Jesus, vidit hominem sedentem in Telonio Matthеum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani, et peccatores venientes discumbebant cum Jesu, et discipulis eius. Et vidētes Pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis, et peccatoribus manducat magister vester? At Jesus audiens ait. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autē discite, quid est misericordiam volo, et non sacrificiũ. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Credo inuenum. Offertorium Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui, dñe, in omni progenie, et generatione. Sacr.

Applicationibus apostolicis beati Matthei apostoli, et euāgeliste (quesumus) ecclesie tue, domine, cōmendetur oblatio: cuius magnificis predicationibus eruditur: Per. Cō. Vos, qui reliquistis omnia, et secuti estis me, centuplum accipietis, et vitam eternam possidebitis. Post cō

Per-

Perceptis domine sacramētis, beato Mat theo apostolo tuo, et euangelista interueniēte, deprecamur: vt que pro eius celebrata sūt gloria, nobis proficiant ad salutē: Per dn̄m.

¶ Mauricij, et sociorū ei⁹ v. dign. oīa dn̄r de cōi pluri morū mar. excep. orōnibus propriis et euāg. Orō.

Deus, qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hunc diē in honore beatorum martyrum tuorum Mauricij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocentij, et Vitalis cum socijs eorundem martyrio consecrasti, da ecclesie tue de natalitio tante festiuitatis letari: vt apud misericordiam tuā exemplis eorum, et meritis adiuuemur: Per dominū.

Secundū Matth. Cap. v



In illo tēpore: Videns Jes⁹ turbas ascendit in mōtē. Et cū sedisset, accesserūt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suum, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnum celorū. Beati mites: quoniam ipsi possidebūt terram. Beati, qui lugent: quoniam ipsi cōsolabuntur. Beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiā: quoniā ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā consequētur. Btī mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiunt propter iustitiam: quoniā ipsorum est regnum celorū. Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerit omne malū aduersum vos, mentientes ꝓpter me: Gaudete, et exultate: ecce enim merces vr̄a copiosa est ī celꝭ.

Respice, qs̄, Sacra. domine, munera, que in sanctorum martyrū tuorum Mauricij, Exuperij, Cādidi, victoris, Innocentij, et Vitalis cū socijs eorū cōmemoratione deferimus: et presta, vt, quorū honore sūt tibi grata, eorum nobis intercessiōe sint salutaria. p

Celestibus re- Post cō. fecti sacramētis, ꝛ gaudijs supplices te rogamus, Dñe, vt, quoꝝ gloriamur triumphis, protegamur auxilijs: Per dominū nostrū. ¶ Tecle virg. vj. dign. ōnia dñr de cōi vnius virginis, excepta oratione. Oratio.

Concede nobis, quesumus ōnipotens deus, sancte virginis, et martyris tue Tecle exultare meritis, et beneficiis efferri suffragijs: Per dominū nostrum. Cōstantie virg. v. dign. oia dicantur de cōi vnius virg. excepta oratione. Oratio.

Omnipotēs, sempiterne de⁹, qui beatam Cōstantiam virginem tuam in visitatione sepulchri sancte Agnes a lepra anime, ꝛ corporis mundasti: cōcede nobis, quesumus, vt eius meritis, ꝛ precibus sic valeamus in hoc seculo a proprijs reatibus purgari, quod in eterna requie tuis sanctis possimus misericordiē sociari: p. ¶ Cleophe mar. vj. digni. ōnia dñr de cōi vnius mar. ercept. oratione. Orō.

Exaudi, Domine, preces nostras, ꝛ intercedente beato Cleopha martyre tuo, deprecationes nostras placatus intende: Per do. ¶ Cypriāi ꝛ Iustine mar. vj dignit. omnia dñr de cōi plurimoꝝ mar. excep. orōne.

Annue nobis, quesumus ōnipotēs deus, vt sanctorum martyrum tuoꝝ Cypriani, ꝛ Iustine suffragijs muniamur: quorum natalitijs gloriamur: Per domi. ¶ Cosme, ꝛ Damiani mar. v. di. ad mis. Offm. Ton⁹. 1.

Salus autem iustorum a domino, ꝛ protector eorum est in tempore tribulationis. ℣. Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatē. ℣. Glia pri. Gloria in. Orō.

Presta, quesumus omnipotens De⁹, vt qui sanctorum martyrum tuorū Cosme, et Damiani natalitia colim⁹, a cunctis malis imminētibus eorum intercessionibus liberemur: p. Epistola. Iustoꝝ anime. Quere in cōi pluriū mar. ℟. Clamauerūt iusti, ꝛ dñs exaudiuit eos, ꝛ ex omnibus tribulationibus eorum liberabit eos. ℣. Iu-

℣. Iuxta est dñs iis, qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu salvabit eos. All'. ℣. Iustorum anime in manu dei sunt, et nõ tanget illos tormentum malitie. Evange. d cõi plurimoꝝ mar. Offer. O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo regnant oẽs sancti amicti stolis albis sequuntur agnum, quocũque ierit. Sacra.

Sanctorum tuorum nobis, dñe, pia non desit oratio: que et mũera nostra cõciliet: et tuam nobis indulgentiam semper obtineat: Per dñz. Cõ. Posuerũt mortalia seruorũ tuorum, dñe, escas volatilibus celi, carnes sanctorũ tuorũ bestiis terre secundũ magnitudinem brachii tui posside filios mortificatorum. Post cõ.

Protegat, dñe, quesumus populum tuũ, et participatio celestis indulta cõuiuii, et deprecatio collata sanctorum: Per dñm.

¶ Fausti, et Ianuarii, et Martialis. v. dig. ad missã omnia dicuntur de commu ni plurimorum martyrum excepta oratione. Oratio.

Vincula, quesum⁹ dñe, humãe prauitatis abrumpe: et per intercessionẽ sanctorum martyrum tuorum Faustini, Ianuarii, et Martialis ad con fitendũ nomini tuo libera mẽte cur ramus: Per dñm nostrum

¶ Michaelis archangeli. ii. digni. Officium. Ton. 8.



Benedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute: qui facitis verbum illi⁹ ad audiendam vocem sermonum eius. ℣. Benedic anima mea domino, et õnia, que ĩtra me sunt, nomini sancto ei⁹. ℣. Gloria Patri, etc. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, qui miro ordine ãgelorum ministeria, hominumqz dispensas, cõcede propitius: vt a quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur: Per dominum. Lectio libri apoca. Ioan. aplĩ. Ca. i.

In diebus illis: Significauit deus, que oportet fieri cito loquens per angelum suum seruo suo Ioãni: qui testimonium perhibuit verbo Dei, et testimoniũ Iesu Christi, quecũqz

vidit. Beatus, qui legit, et audit verba prophetię huius, & seruat ea, quę ī ea scripta sūt. Tempus enim prope est. Joannes septem ecclesijs, quę sunt ī Asia. Gratia vobis, et pax abeo, qui est, & qui erat, et qui venturus est: & a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt: et a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regū terrę. Qui dilexit nos, et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ℟. Benedicite dn̄m omnes angeli eius potentes uirtute: qui facitis verbū eius. ℣. Benedic anima mea domino, et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alleluia. ℣. Concussum est mare, et contremuit terra: vbi archangelus Michael descendebat de cęlo. Secūdū Matth. Capi. xviij.



In illo tēpore: Accesserūt discipuli ad Jesum dicētes. Quis putas maior est in regno celorū? Et aduocās Jesus paruulum, statuit eum in medio eorum, et dixit. Amen dico vobis, nisi cōuersi fueritis, et efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnum cęlorum. Quicunqȝ ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic est maior in regno cęlorum. Et qui susceperit vnum paruulum talē in nomine meo, me suscepit. Qui autem scandalizauerit vnū de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria ī collo eius, & demergatur in profundum maris. Vę mundo a scādalis. Necesse est enim, vt veniant scandala. Verūtamē vę homini illi, per quem scādalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scādalizat te, abscinde eum, et proijce abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilē, vel claudū, quam duas manus, vel duos pedes habētem mitti in ignem ęternū. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et proijce abs te. Bonum tibi est vnū oculum habentem ī vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennā ignis. Videte, ne cōtēnatis vnū

vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in celis semper vident faciē p̄ris mei, qui ī celis est. Credo Offert. Stetit angelus iuxta arā templi habēs turibulū aureum ī manu sua, ꝛ data sunt ei incēsa multa: ꝛ ascēdit fum⁹ aromatū ī cōspectu dei, all'. Sacra. Hostias tibi dñe laudis offerimus suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis interueniē te suffragio ꝛ placatus accipias, ꝛ ad salutem nostram prouenire concedas: Per. Commun. Benedicite omnes angeli domini domino, hymnum dicite, ꝛ superexaltate eū in scl'a. Beati archangeli tui Michaelis Post cō. intercessione suffulti suplices te, domine, deprecamur: vt quod ore prosequimur, cōtingamus ꝛ mente: Per dominum nostrū. Hieronymi presbiteri. ii. dig. oīa dnr de cōi vni⁹ cōfesso. nō pōti. sed doctor. excep. orationibus et euangelis. Oratio. Ecclesiam tuā, quesumus domine, cōtinua miseratiōe custodi: ꝛ quam beatissimus confessor tuus, ꝛ sacerdos Hieronymus a cūctis, te presidiante, purgauit heresib⁹, ipsius orationibus non desinas momentis omnibus adiuuare: per. Secundū Lucā. Capi. xix.



In illo tēpore: Dixit dominus Jes⁹ discipulis suis parabolā hāc. Homo quidā nobilis abijt ī regionem longinquam, accipere sibi regnū, et reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis dcē mnas: ꝛ ait ad illos. Negotiamini, dum venio. Ciues autem eius oderant eū, et miserūt legationem post illum, dicētes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, vt rediret, accepto regno, et iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: vt sciret, quantum quisq; negotiatus esset. Venit autē primus dicens. Dñe, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue, q: in modico fuisti fidelis, eris potestatē habens supra decē ciuitates. Et alter venit

dicens. Domine, mna tua fecit quinq3 mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinq3 ciuitates. Et alter venit dicēs. Domine, ecce mna tua, quam habui repositam ī sudario. Timui enim te, quia homo austerꝰ es: tollis, qđ non posuisti: ⁊ metis, quod non seminasti. Dicit ei. De oꝛe tuo te iudico serue nequam. Sciebas, quod ego homo austerus sum tollēs, quod non posui: ⁊ metens, qđ non seminaui. Et quare nō dedisti pecuniam meam ad mensam: et ego veniens cum vsuris vtiq3 exegissem illam? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam, ⁊ date illi, qui decem mnas habet. Et dixerūt ei. Domie, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habēti dabitur, et abundabit. Ab eo, autem, qui non habet, et quod habet auferet ab eo. Uerūtamē inimicos meos illos, qui noluerūt me regnare super se, adducite huc, et interficite ante me. Et his dictis, pꝛecedebat ascendēs Hierosolymam. Dicatur. Credo in. Sacra.

Donis celestibus da, q̄sumus domine, libera nos tibi mēte seruire: vt munera, quę tibi deferimus, interueniēte beato Hieronymo cōfessoꝛe tuo, et medelā nobis operentur, et gloꝛiā: Per dominum. Post cōm.

Repleti alimonia celesti quęsumus domine: vt interueniēte beato Hieronymo cōfessoꝛe tuo misericoꝛdię tuę gratiam consequi mereamur: p. ¶ Remigij, et Germani, ⁊ Uedasti, epoꝝ. vj. di. oīa dn̄r d cōipli moꝝ cōfe. exce. oꝛonibꝰ. oꝛo

Sanctoꝛum tuoꝛum cōfessoꝛum, domine, Remigij, ⁊ Germani, ⁊ Uedasti episcopoꝛum nos beata merita pꝛosequantur, ⁊ tuo semper faciant amoꝛe feruētes: Per dominum. Sacra

Preces nostras, quęsumus domine, cū oblationibus pꝛopitius respice: quę ⁊ tibi gratę sint honoꝛe iustoꝛum, ⁊ nobis salutares eoꝛum intercessione reddātur: Per dn̄m. Post cōmu.

Repleti benedictiōe cęlesti quęsumus, domie deus noster, vt per ea, quę sum-

sumpsimus, intercedentib⁹ beatis pōtificibus tuis Remigio, et Germano, et vedasto, nobis prebere digneris inherere celestibus: Per.

Leodegarij epi, et mar. vj. dignitatis omnia dicātur de communi vnius martyris excepta oratione. Oratio.

Omnipotēs, sempiterne deus, sancto Leodegario pontifice, et martyre interueniente, nostre fragilitati diuinum pretēde subsidium: vt misericordiam sēpiternam, per quam illa felix anima exultauit, nos saltem syncera professione mereamur: Per dominū nrm.

¶ In natali sancti Frācisci cofes. ij. dign. ad miss. omnia dīr de cōi vnius cōfes. non pontifi. exce. oronibus. oro.

Deus, qui ecclesiam tuā beati Francisci meritis fetu noue prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, et celestium donorum semp participatiōe gaudere: p. Sacr.

Munera tibi domine, dicata sanctifica, et intercedente beato Frācisco, ab omni nos culparū labe purifica. Post communi.

Ecclesiam tuam, qs, dñe, gratia celestis amplificet: quam beati francisci illuminare voluisti gloriosis meritis, et exemplis: Per dñm.

Atillani episcopi zamorēs. v. dig. omnia dñr de comūi vnius confes. pontificis excepta oratiōe. Oratio.

Presta, qs omnipotens eterne deus, vt, qui beati Atillani confessoris tui, atq pontificis solennia celebramus, eius intercessiōe in tui nominis amore viuamus: per. Fidis virg. v. dī. omnia dnr de cōi vnius virgi. exceptis oronibus. Oro.

Sancte nos, qs, dñe, fidis virginis, et martyris tue natalitia votiua letificent, et sue intercessionis beneficijs attollāt: p dñm.

Accepta sit in cō- Sacra. spectu tuo, dñe, nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius solennitate defertur: p.

Exultet, Dñe, Post cō. qs, populus tuus in sancte fidis virginis, et martyris tue solēnitate: et cuius votiuo letatur officio, rele-

uetura auxilio: Per. ¶ Lini pape, et mar. v. dign. omnia dicantur de cõi vnius mar. excep. oratione. Orõ.

Da nobis, dñe, quesumus, beati Lini martyris tui, atque pontificis attolli suffragijs: vt, qui in celesti regno sacerdotalem adeptus est dignitatem impetret nobis apud te superne glorie iucunditatem: per. Ista die in .ij. clausu. fiat cõme. sancti Marci pape, et cõfes. Orõ.

Exaudi, dñe, preces nostras, et interueniente btõ Marco confessore tuo, atque põtifice, supplicationes nostras placatus intende: Per dñm. Secra.

Accepta tibi sit, dñe, sacra plebis oblatio pro tuorum honore sãctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium: Per. Postcõm.

Da, quesumus, domine, fidelibus populis sanctorũ tuorum semper pia veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri: per. Item fiat cõm. in dicta ij. clausu. sctõr marcelli, sergij, et bacchi, et aliorum ma. orõ

Sanctorum martyrum tuorum Marci, marcelli, Apuleij, Sergij, et Bacchi, et Julie, dñe, quos merita beata nos prosequantur, et tuo semper faciant amore feruentes: Per. Sacra.

Maiestatem tuã nobis, dñe, quesumus, hec hostia reddat immolatã placatam tuorum digna postulatione sanctorum: per dñm.

Sacramentis, Post cõ. dñe, muniamur acceptis: et sanctorum tuorũ Sergij, Bacchi, Marci, Marcelli, Apuleij, et Julie intercessione contra omnes nequitias irruentes armis celestibus protegamur: Per: ¶ Dionysij, Rustici, et Eleutherij. v. dignitatis omnia dñr de cõmũi plurimorũ mar. exce. que sequũt. Officium.

Clamauerunt iusti, et Dominus exaudiuit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberabit eos. ℣. Benedicam dominum in omni tempore, semper laus ei⁹ in ore meo. ℣. Gl̃ia pri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, qui hodierna die beatum Dionysiũ

martyrem tuum virtute cōstantie in passione roborasti: quiq3 illi ad predicandū gentibus gloriam tuam Rusticum, et Eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis (quesumus) ex eorū imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla eius aduersa formidare, Per dominum nostrum Jesum christum filium tuū. Secundū Mattheū. ca. x.



In illo tempore: Dixit domin⁹ Jesus Discipulis suis: Nolite arbitrari, quia veni mittere pacē in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Ueni enim separare hominē aduersus patrem suum, ⁊ filiā aduersus matrem suam, et nurū aduersus socrum suā. Et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem suum, aut matrem suā, plusquam me, nō est me dignus. Et qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. Et qui nō accipit crucem suam, ⁊ sequitur me, nō est me dignus. Qui inuenit animam suam, perdet eam. Et qui perdiderit animam suā propter me, inueniet eā. Qui recipit vos, me recipit. Et qui recipit me, recipit eū qui me misit. Qui recipit ꝓpherā in noīe ꝓphete mercedē ꝓphete accipiet. Et qui recipit iustū in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Et quicūque potū dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide tantū in nomine discipuli. Amē dico vobis: nō perdet mercedē suā. Sacra

Hostie qs dñe, quas sanctorum martyrū tuorū dionysii rustici ⁊ eleuterij natalia recēsētes offerim⁹, ⁊ vincula nr̄e prauitatis absoluāt, ⁊ tue nobis misericordie dona cōcilient: p. Post cōm.

Quesumus, omnipotēs deus, vt qui celestia alimenta percepimus, intercedētibus sanctis martyribus tuis dionysio, rustico, ⁊ eleuterio, per hec contra ōnia aduersa muniamur: p.

¶ Paulini episcopi, ⁊ cōfes. v. dignit. omnia dñr de cōi vnius cōfesoris. pontificis: excepta oratione: Oratio:

Omnipotens, sempiterne deus, qui beatũ Paulinum confessorem tuum, atque pontificem virtutis gratia adornasti, et eum ĩ cęlesti gloria suscepisti, populi tui preces exaudi: per. Cęlestini, & Satyri mar. vj. di. oĩa dñr de cõi pluri. martyrũ excepta oratione. Oro

A Cunctis iniquitatibus erue nos omnipotens deus: et intercessione beatorum martyrum tuorum Cęlestini, & Satyri in tua nos fac pace gaudere: per dñm. Geraldi cõf. v. dig. oĩa dñr de cõi vnius cõfes. non pon. exce. oronib' & euãge. Oro.

DEus, qui sine testimonio bonitatis tuę nullum tẽpus relinquis, beato Geraldo cõfessore tuo supplicante, precamur: vt, qui hunc tibi nostris diebus placuisse per signa testaris, honorẽ, quem illi in tuo nomine supplices exhibemus, nobis in bonum cooperari digneris: per dominũ. Secũdum Marcum. Cap. xiij.

In illo tempore: Dixit dominus Jesus discipulis suis. Vigilate, & orate: Nescitis enim, quãdo tempus sit. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domũ suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori precepit, vt vigilet. Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus veniat. Sero, an media nocte, an galli cantu, an mane: ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autẽ vobis dico, omnibus dico: vigilate. Sacra.

DEus, qui omne bonũ in tui sacri corporis mysterio continere uoluisti, cõcede propitius, ut hoc munus, quod beati Geraldi cõfessoris tui memoriam recolentes offerimus, ipso intercedente nobis proficere sentiamus. Qui uiuis, et regnas cum deo. Post commu.

CElesti mysteriosatiati, misericors deus, gratias agimus tibi: te precamur, ut, qui noua beneficia per beatum Geraldum te operari gaudemus, ipso supplicante, per hoc cęleste munus ad pietatis opera renouemur: Per dominum nostrum Jesum Christum. &c.

¶ Calixti pape et mart. v. dis. ora dñi d cõi vni⁹ mar. Mpo. excep. Offm. Tonus. 3

Sacerdotes dei benedicite dñm, sancti, ꝛ humiles corde laudate deum. ℣. Benedicite omnia opera dñi dño, laudate, et super exaltate eum in secula. ℣. Gloria Patri, ꝛ Filio, et Spũi. Gloria in excelsis Deo. Oro.

Deus, qui nos cõspicis ex nostra ĩfirmitate deficere, ad amorẽ tuum nos misericorditer p beati Calisti martyris tui, atque põtificis exẽpla restaura: Per dominum nostrum. Sacra

Mysterij huius, domine, pͦsit oblatio: que nos et a reatibus nostris expediat, et perpetua saluatiõe confirmet: Per. Post cõm.

Quesumus, omnipotẽs deus, vt reatum nostrũ munera sacrata purificent, et recte viuendi nobis operentur effectum: Per dñm.

¶ Luce euangeliste. ij. dig. Ad missam. Offm. Ton⁹. 6.

In medio ecclesie aperuit os eius, ꝛ impleuit eum dñs spiritu sapientie, ꝛ intellectus, stola glorie induit eum. ℣. Iucũditatem, ꝛ exultationem thesaurizauit super eũ. ℣. Gloria pri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Interueniat pro nobis, quesumus, domine, sãctus tuus Lucas euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore p tui nominis honore portauit: Per dominum nrm. Ezechielis prophet. Ca. j.

Similitudo vult⁹ quatuor animaliũ. Facies hominis, et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. Facies autẽ bouis a sinistris ipsorum quatuor. Et facies aquile desuper ipsorũ quatuor. Et facies eorum, ꝛ pẽne eorum extente desuper. Due penne singulorum iungebant, ꝛ due tegebant corpora eorum. Et vnũ quodque eorum coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebãtur, cum ambularent. Et similitudo animalium, et aspectus eorum, quasi carbonũ ignis ardentium, et quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrens in

medio animalium, splēdor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & vertebātur in similitudinē fulguris coruscantis. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis cōfortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos, & super arenā multiplicabunt. Alla. ℣. Prim⁹ ad Siō dicet, ecce, adsum, & Jerusalē euāgelistā dabo.

Secūdū Matth. Cap. xix



In illo tēpore: Dixit dominus Jes⁹ discipulis suis. Amē dico vobis, quia diues difficileītrabit in regnum celorum. Et iterū dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum celorū. Auditis autē his, discipuli mirabantur valde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Jesus dixit illis. Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autē ōnia possibilia sunt. Tunc respondēs Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus ōnia, et secuti sum⁹ te: Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis ī sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet: et vitam eternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi, et nouissimi primi. Dicatur Credo. Offerto. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principat⁹ eorū. Sacra.

Munera, dñe, nostra, q̄sum⁹ ꝓpitiat⁹ assume: &, vt digne tuis famulemur altarib⁹ scti tui nos Luce euāgeliste intercessiōe custodi: p. Prefa. de aplis. Cō. Vos q̄ secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis, sedebitis & vos super duodecī sedes, iudicantes Jsrael. Post cōmu

Presta, quīs, omnipotēs deus, vt, quod de san-

facto altari tuo accepimus, precibus euangeliste tui Luce sanctificet animas nr̃as: p̄ q̃d tuti esse possim⁹: p. Caprasij mar. vj. di. oĩa dñr de cõi vni⁹ ma. exc. orõni. Orõ

Deus mũdi creator, et rector, q hũc diẽ beati Caprasij mr̃is tui martyrio cõsecrasti, cõcede ꝓpitius: vt õnes, qui ei⁹ veneramur martyrium, intercessiõe ei⁹ ab eternis gehẽne incẽdijs liberemur: Per dñm nr̃m.

Has oblationes Sacra tibi dñe offerimus pro gloria, et honore gloriosissimi martyris tui, atq; põtificis Caprasij: et q̃s, vt tibi sint acceptabiles, et nobis fiant salutares: p. Post cõ. Orõ.

Omnipotens sempiterne de⁹, qui beatum Caprasiũ martyrem tuum, atq; põtificem hodierna die virtute cõstãtie fecisti victorem, da nobis tue propitiatiõis effectũ: vt sicut illi palmã celest; contulisti triũphi, ita nobis eius intercessionibus veniã delictorum largiaris: p eun.

Nunillõis, et Alodie vir. et mar. v. dig. oĩa dñr de cõi plur. virg. exc. ora. Orõ.

Deus, qui nos hodierna die beatarum virginum, et martyrum tuarum Nunillõis, et Alodie annua solennitate letificas, concede propitius, vt earum adiuuemur meritis, quarum castitatis irradiamur exemplis: Per dominum. Sacra

Hostias tibi, dñe, beatarum virginum, et martyrum tuarum dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidiũ: p. Post cõ.

Adiuua nos, quesumus Dñe per hec sãcta, que sumpsimus: et presta, vt per intercessionẽ beatarum virginũ, et martyrum tuarum Nunillonis, et Alodie ꝑpetuã gloriã consequamur: p.

Ursule et .xj. milliũ virgi. v. dign. oĩa dñr de cõi pluri. virgi. except. oration. Orõ.

Deus, qui per beatam Ursulã dispersam virginum multitudinem ad fidei, et passionis similitudinẽ copulasti, fac nos eas sic in terris puris affectibus venerari: vt ĩ extremo examine ipsarũ supplicationibus mereamur cum saluãdorũ

numero numerari: p. Sac. Descēdat, dñe, benedictio tua super hoc munus, et itercedēte beata Ursula virgine, et martyre tua cū virginibus sociab⁹ suis, que votis expetimus, conversatione tibi placita consequamur: Per. Post cōm. Deus, qui beatę Ursulę virgini, et martyri tuę, ceterisq; sanctis virginibus eiusdem consodalib⁹ mirum in agone robur tribuisti, fac nos earum intercessionibus adiuvari: quas parvipenso mortis stadio, in celestibus triumphare fecisti: per. ¶ Servan. et Germa. mar. ij: di. Offm. To. 3. Intret ī cōspectu tuo dñe gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplū ī sinu eorum, vindica sanguinem sanctorū tuorum, qui effusus est. ℣. Deus venerūt gentes in hereditatē tuam, polluerunt templū sanctum tuū, posuerūt Jerusalē in pomorū custodiā. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Orō. Concede, quesum⁹, omnipotens deus, ut sanctorum martyrum tuorum Servādi, et Germani, quorum celebramus victorias, participemus et premijs: p. Ad hebreos. Capi. xj. Fratres: Sancti per fidē vicerunt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiōes. Obturaverūt ora leonū, extinxerūt impetū ignis. Effugaverunt aciē gladij, cōvaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autē distēti sunt non suscipientes redēptionem: ut meliorem invenirēt resurrectionem. Alij vero ludibria, et verbera experti, insuper et vincula, et carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tētati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis. Egētes, āgustiati, afflicti, quibus dignus nō erat mund⁹. In solitudinibus errātes, in mōtibus, in speluncis, et in cavernis terrę. Et hi omnes testimonio fidei probati invēti sunt. In Christo Jesu dño nro ℟. Gloriosus Deus in sā-

in sanctis suis, mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua, dñe, glorificata est in virtute, dextera manus tua cõfregit inimicos. All. ℣. Sancti tui, dñe, benedicent te, gloriã regni tui dicent. Secũdũ Matth. Capi. x.



In illo tẽpore: Dixit dominus Jesus discipulis suis. Nolite arbitrari, quia venerim mittere pacem in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Ueni enim separare hominẽ adversus patrẽ suũ, et filiã adversus matrem suã, et nurũ adversus socrum suam. Et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem, aut matrẽ, plusq̃ me, nõ est me dignus. Et qui amat filiũ, aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucẽ suã, et sequitur me, non est me dignus. Qui invenit animã suã, perdet eã. Et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eã. Qui recipit vos, me recipit. Et q me recipit, recipit eũ, q me misit. Qui recipit pphetã in nõie pphete, mercedẽ pphete accipiet. Et q recipit iustũ i nõie iusti, mercedẽ iusti accipiet. Et quicũq3 potũ dederit vni ex minimis istis calicẽ aque frigide tãtũ in nõie discipuli, amẽ dico vobis, nõ pdet mercedẽ suã. Credo. Offer. Exultabũt scti i gl'ia, letabunt i cubilibus suis: exultatiões dei i faucibus eorũ

Sanctorũ marty͛rũ tuorũ Servãdi, et Germani suffragia, q̃s dñe, iugiter nob' veniã postulẽt et profectũ: p. Sacra. Cõ. Iustorum anime in manu dei sũt, et nõ tãget illos tormẽtũ malitie: visi sũt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Post cõmu.

Sanctorũ Servandi, et Germani martyrũ tuorum nos, q̃s Dñe, patrocinia collata nõ deserant: que fragilitatẽ nostram meritis eorũ tueanť, et precibus: per.

Festũ sanctorũ Servandi, et Germani habet octa. sip. et qñ dr de oct. oĩa dñr d cõi plũo. martyrum exceptis orationibus, q̃ dñr sicut i die. ¶ Chrispini, et Chrispiniani. ma. vj. di. ad mis. oĩa dñr de oct. Servã. et Germani

et in. ij. clau: fiat cōme. Crispini, et Crispi. Oro.

Deus, qui beatis martyribus tuis Crispino, et Crispiniano ad hāc gloriā veniendi copiosum munus gratię contulisti, da nobis famulis tuis nostrorum veniā peccatorum, vt sanctorum tuorū intercedētibus meritis ab ōnibus mereamur aduersitatibus liberari: Per. Sac.

Salutari sacrificio, dñe, populus tuus semper exultet: quo et debit⁹ honor sacris martyrib⁹ tuis Crispino, et Crispiniano exhibetur, et sanctificationis tuę mun⁹ acquirit: p. Post cō.

Sit, qs̄ omnipotens deus, vt mysteriorum virtute intercessiōe martyrū tuorū Crispini, et Crispiniāi vita nr̄a firmetur: p. Florētij mr̄. ij. di. oīa dñr d cōi uni⁹ mar. excep. orōnib⁹

Oro. Omnip̄s, sempiterne de⁹, qui beatū florētiū martyrē tuū glīosa passione corōnatū mirabilē nobis dedisti patronū, cōcede propiti⁹, vt ad impetrandā misericordiā tuā, ipsū sēper habere mereamur itercesso-rē: p Dicat. Credo. Sacra.

Suscipiat clemētia tua, qs̄ dñe, de manibus nr̄is mun⁹ oblatū: vt p merita hui⁹ sancti Florētij martyris tui ab ōnib⁹ nos emūdet peccatis: Per. Post cō.

Diuina, Dñe, libantes mysteria, quę pro huius sancti martyris tui Florentij veneratiōe tuę obtulim⁹ maiestati, presta, quęsumus: vt per ea veniā mereamur peccatorum, et cęlestis gratię donis reficiamur: Per. Vincentij, Sabinę, et Christetę. v. dig. oīa dñr d cōi pli. mar. excę. oroni. et in ij. cla. fiat cōm. sctōr Seruandi, et Germani. Oratio.

Omnip̄s, sēpiterne De⁹, qui in sanctorum martyrum tuorū Vincentij, et Sabinę, et Christetę cordibus flamā tuę dilectionis accendisti, da mentib⁹ nostris eādē fidei, spei, charitatis, q3 virtutē: vt quorū gaudemus triumphis, proficiamus exemplis: Per. Sacra

Salutari sacrificio, dñe, populus tuus semper exultet: quo et debitus honor sacris martyribus tuis exhi-

exhi-

exhibetur, et sanctificationis tue munus acquiritur: Per.

Celebrantes, domine, martyrum tuorum Vincentij, Sabine, et Christete celestia sacramenta, que sumus, vt eorum nobis fiant intercessione salutaria, quorum suffragijs sunt exultanter impleta: per. Apostolorum Simonis, et Jude. ij. di. ad miss. oia dnr de cõi apl'orum excc. q sequunt. Oro.

Deus, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem, et Judam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti, da nobis eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare, et celebrando proficere: p. Ad Roma. Ca. viij.

Fratres, scimus, quoniam diligentibus deum, omnia cooperant in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos prescivit, et predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: vt ipse sit primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit, hos et vocauit. Et quos vocauit, hos et iustificauit. Quos autem iustificauit, illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus, qui iustificat: quis est qui condenet? Christus Jesus, qui mortuus est, immo qui et resurrexit, qui est ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus, sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei que est in Christo Jesu domino nostro.

Secundū Matth. Capi. x.



In illo tēpore: Misit Jesus duodecim discipulos suos precipiēs eis, dicēs. In viā gētium ne abieritis: et in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues, que perierunt domus Israel. Euntes autem predicate dicētes, quia appropinquauit regnum celorū. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mūdate, demones eijcite. Gratis accepistis, gratis date. Credo.

Gloriam, dñe, Sacra. sanctorum apostolorū tuorum perpetuam venerantes, quesumus, vt eandē sacris mysterijs expiati dignius celebrem⁹: p. Pref. Te domine suppliciter. Post c.

Exaudi nos, deus salutaris noster, ꝛ apostolorum tuorum Simonis, ꝛ Jude nos tuere presidijs: quorum donasti fideles esse doctrinis: per. Octa. dies sāctorū Seruādi, ꝛ Germani eiꝰ festū. v. di. oīa dñr de cōi pliorū mar. et dicat. Credo. Itē ista die fiat cōme. sctōr Claudij, Lupercij, ꝛ Victoricij mar. orones dicant de cōi plurimorū ma. exce. orone.

Delicta nostra, dñe, Oro. quibus aduersa dñantur, meritis sanctorum martyrum tuorū Claudij, Lupercij, et Victoricij absterge, ꝛ tua nos vbiqꝫ miseratione custodi: Per. ¶ Invigi. oīm sctōr. ij. dignitatis Officiū. Tonus. 3

Timete dñm oēs sācti eius: quoniā nihil deest timentibus eum: diuites eguerunt, ꝛ esurierūt, inquirentes autē dñm nō deficient ōni bono. ℣. Benedicā dñm ī ōni tēpore, semp laus ei⁹ in ore meo. ℣. Glia pñi. nō dr. Gla in exc. nisi sit dies dominica. Oro.

Domine Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam: ꝛ quorū preuenimus gloriosa solennia, tribue subsequi ī sācta professiōe letitiā: p. Lco niō. Apo. bea. Joā. apos. Cap. v.

In dieb⁹ illis: Ecce ego Joānes vidi ī medio throni, ꝛ qtuor animaliū, et in

et in medio seniorum agnũ stantem, tanquam occisum, habentem cornua septem, et oculos septem: qui sunt semptem spiritus Dei missi in omnem terrã. Et venit, et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cũ apperuisset librũ, quatuor animalia, et viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli cytharas, et phyalas aureas plenas odoramentorum, quę sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticũ nouum dicentes. Dignus es, domĩe, accipere librum, et aperire signacula eius: quoniam occisus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione: et fecisti nos deo nostro regnum, et sacerdotes, et regnauimus super terram. Et vidi, et audiui vocem angelorũ multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorũ, et erat numerus eorum milia millium voce magna dicentium. Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, et diuinitatem, et sapiẽtiam, et fortitudinẽ, et honorem, et gloriam, et bñdictionem in secula seculorum. ℞. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: ℣. Cantate domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. Et si venerit in die dominica dicatur Alle: ℣. Sancti tui, domine, benedicent te, gloriam regni tui dicent. Euangelium. Descendẽs Jesus de monte stetit in loco campestri. &c. Querere retro in festo sanctorum Fabiãi, et Sebastia. in mense ianu. fo. cxciiij. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suę benedictus deus alleluia. Sacra.

Altare tuũ, dñe, deus nr̃, muneribus cumulamus oblatis: q̃s, vt ad salutẽ nr̃am oĩum sãctorũ tuorũ p̃catiões p̃ficiãt, quorũ solẽnia vẽtura p̃uenimus. p. Cõ. Justorum aĩe in mãu dei sũt, et nõ tãget illos tormẽtũ malitię: visi sũt oculis insipiẽtiũ mori, illi aũt sũt ĩ pace: all'.

Sacramẽtis, dñe, p̃cibus et gaudiis optatę celebritatis expletis, q̃s, vt eorum p̃cibus adiuuemur, quorũ recordatiõibus exhibẽtur. p.



In feſto omnium ſanctorũ. j. dignitat. Ad miſſam. Officium. Tonus. i.









Audeamꝰ õnes ĩ domino, diẽ feſtũ celebrantes ſub honore omnium ſanctorum: de quorum ſolennitate gaudẽt angeli, ⁊ collaudant filium Dei: ℣. Gaudent angeli, ⁊ exultant archãgeli, letantur iuſti, ⁊ congratulãtur omnes ſancti ℣. Gloria patri, ⁊ filio: Gloria in excelſis. Orõ.





Omnipotens, ſempiterne deus, qui nos omniũ ſanctorũ tuorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari, q̃s: vt deſyderatã nobis tuę propitiationis abũdantiã, multiplicatis interceſſoribus, largiaris: p. Apoca. btĩ Joã. apli. ca. vij.

In diebus illis: Ecce ego Joãnes vidi alterũ angelũ aſcendentẽ ab ortu







solis, habentem signum dei viui, et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terre, et mari dicens. Nolite nocere terre, et mari, neque arboribus: quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerū signatorum: cētum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorū Israel. Ex tribu Juda duodecim millia signati: Ex tribu Gad duodecim millia signati: Ex tribu Asser duodecim millia signati: Ex tribu Neptalim duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati: Ex tribu Simeon duodecim millia signati: Ex tribu Leui duodecim millia signati: Ex tribu Isachar duodecim millia signati: Ex tribu Zabulō duodecim millia signati: Ex tribu Joseph duodecim millia signati: Ex tribu Beniamin duodecim millia signati. Post hec vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gētibus, et tribub9, et populis, et linguis, stātes āte thronū, et in conspectu agni, amicti stolis albis, et palme in manibus eorum. Et clamabant voce magna, dicentes. Salus deo nostro, qui sedet sup thronū, et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium: et ceciderunt in cōspectu throni in facies suas, et adorauerunt deum dicentes, amen. Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarū actio, honor, et virtus, et fortitudo Deo nostro in secula sclorū amē. R. Timete dn̄m ōnes sancti ei9: qm̄ nihil deest timētibus eū. V. Inquirentes autem dn̄m nō deficiēt omni bono. Alla V. O q̄3 gl'iosū est regnū, ī quo cū xp̄o regnāt oēs scti amicti stolis albis, sequūtur agnū, quocūq3 ierit. Secūdū Matth. Ca. v



In illo tēpore: Uidēs Jesus turbas ascendit in mōtem: et cū sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et apperiēs os suū, docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorū.

Beati mites: quoniam ipsi possidebũt terram. Beati, qui lugent: quoniam ipsi cõsolabuntur. Beati, qui esuriunt, ⁊ sitiunt iustitiã: quoniã ipsi saturabũtur. Beati, misericordes: quoniam ipsi misericordiã cõsequentur. Beati mũdo corde: quoniã ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiũtur propter iustitiam: quoniã ipsorũ est regnum celorũ. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, ⁊ persecuti vos fuerint, et dixerint omne malũ aduersum vos, metientes propter me. Gaudete, ⁊ exultate: quoniam merces vestra copiosa est i celis. Credo

Offer. Justorum anime i manu dei sunt, ⁊ non tanget illos tormẽtũ mortis: uisi sunt oculis insipiẽtium mori, illi autem sunt in pace.

Sacra. Munera tibi, domine, nostre deuotiõis offerimus: que ⁊ pro cunctorũ tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria, te miserante, reddantur: Per

Cõ. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: beati pacifici, quoniam filij dei vocabũtur: beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorũ.

Post cõ. Da, qũs dñe, fidelibus populis, omniũ sanctorũ tuorũ semper veneratiõe letari, et eorum perpetua supplicatione muniri: p. Alia die post festum oĩm sanctorum fiat cõm. defunctorũ: ⁊ ad missã officiẽt quatuor cantores officium. Requiem eternam. Dicantur. Kyrie. de tono officij. Orõ. Fideliũ deus. ista tantum. Epl'a. Uir fortissimus. ⁊c. ℞. Requiem eternam. ⁊ cantetur a duobus pueris. Tractus Sicut ceruus. Et cantẽt eum bini, et bini. Euangeliũ. Dixit Jesus discipulis suis ⁊ turbis Judeorum. Ego sum panis. Offer. Dñe Jesu xpe. Sacra. Hostias, quesum⁹. Pref. ⁊ pr nr. vsua. cũ cãtu feriali. Cõ Absolue dñe. Orõ. Animabus, qũs, dñe. Et post missam fiat processio pro defunctis: ⁊ in omnibus locis dicatur a presbytero. ℣. A porta inferi. cũ salutatione. Dominus vobiscum. et orõ. Fideliũ deus. antiũ.

¶ Et nota, quod festū omniū sctōꝝ habet octa. solem. Et ī primis duobus dieb⁹ post cōme. defunctorum ad missā omnia dīr sicut ī die.

¶ Transactis. iij. diebus sole. post festū ceremonię fiāt, vt in fest. v. dig. ⁊ ad missam oīa dicantur de cōi plurim. mar. excep: orationib⁹, quę dicantur sicut in die: ⁊ euange. dicaī per ōnes octa. ⁊ in oct. die, sicut ī die principali

¶ In oct. die ōniū sctōꝝ ad missā oīa dīr, sicut in die cū ceremonijs. ij. di. Theodori mar. vj. dignitatis. Officiū.

IN virtute tua, Dñe, lętabitur iustus, ⁊ super salutare tuū exultabit vehemēter: desiderium animę eius tribuisti ei. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Gloria Patri.

DEus, qui nos Oratio. beati Theodori martyris tui cōfessione gloriosa circundas, ⁊ protegis, pręsta nobis ex eius imitatiōe proficere, ⁊ orōne fulciri: p.

Sapientię. Capit. iiij.

IUstus, si morte pręoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, nō diuturna, neq; numero annorum cōputata. Cani autē sunt sensus hominis, ⁊ ętas senectutis, vita immaculata. Placens deo factus est dilectus, ⁊ viuens inter peccatores trāslatus est. Rapt⁹ est, ne malitia mutaret intellectū ei⁹: aut ne fictio dciperet animā illius. Cōsumatus in breui expleuit tēpora multa. Placita enī erat deo anima illi⁹. Propter hoc pperauit illū educere de medio iniquitatū: quoniā gratia Dei, ⁊ misericordia est in sanctos ei⁹, et respectus in electos illi⁹.

℟. Domine, pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Uitam petijt, ⁊ tribuisti ei longitudinē dierum in seculum seculi. Alla. ℣. Hic martyr Dñi pro lege ipsius certauit vsq; ad mortem assidue.

Secundū Marc. Ca. viij.

IN illo tēpore: Dixit dominus Jes⁹ discipulis suis. Si quis vult me sequi, deneget semetipsū, et tollat

MD

crucē suam, et sequatur me: qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, et euāgelium, saluam faciet eam. Quid enim proderit homini si lucretur mūdum totum, et detrimentum anime sue faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? Qui enim me confessus fuerit, et verba mea in generatiōe ista adultera, et peccatrice, et filius hominis confitebitur eum, cū venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Et dicebat illis. Amen dico vobis, quia sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabūnt mortem, donec videant regnum dei veniens in virtute. Offerto. Gloria, et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum, domine, alleluia. Secreta.

Suscipe, Domine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum: et intercedente beato Theodoro martyre tuo, per hec pie deuotionis officia ad celestem gloriam transeamus: p.

Cōmu. Posuisti, Domine, super caput eius coronam de lapide pretioso. Post cōmu.

Presta nobis, domine, quesumus, intercedēte beato Theodoro martyre tuo, vt que ore contigimus pura mente capiamus: Per.

¶ Mēne mar. vi. dig. omnia dñr de cōi vnius marty.

¶ Martini epi. ii. dignita. Ad missam. Offm. Ton⁹. i.



Ecce sacerdos magnus Martinus gēma sacerdotum, quē principem fecit dominus, vt sit nobis reconciliatio: et non est inuentus similis illi habere laudem in omni gente. ℣. Benedictionē omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmabit super caput eius. ℣. Gloria patri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nr̄a virtute subsistimus, concede propitius, vt intercessione beati Martini confessoris tui, atque pontificis contra oīa aduersa muniamur: p. Epistola. Ecce sacerdos magnus. vt supra in fes. scti

An-

Augustini i mense Augusti fol. ccl iiij. R. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. V. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Alla. V. Martinus Abrahe sinu letus excipitur: Martinus hic pauper, & modicus celum diues ingreditur, hymnis celestibus honoratur. Secundum Lucam. Capite. xj.



In illo tēpore: Dixit dominus Jesus discipulis suis. Nemo ascēdit lucernam, & in abscōso ponit, neque sub modio, sed super candelabrum: vt, qui ingrediuntur lumen videāt. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuū lucidum erit: si autem neq̄ȝ fuerit, etiam corpus tuum tenebrosū erit. Uide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebre sint. Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, nō habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totū. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Offert. Inueni Dauid seruum meum, & oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Sacra.

Da misericors Deus, vt hec nos salutaris oblatio & a proprijs reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis: Per dominum nrm̄ Jesum. Commu. Martinus Abrahe sinu letus excipitur, Martinus hic pauper, & modicus celum diues ingreditur, hymnis celestibus honoratur. Post cōmu.

Presta, quesumus domine Deus noster, vt in cuius festiuitate votiua sunt sacramenta, eius salutaria nobis ītercessione reddanť: p. Fest. sancti Marti. habet oct. simp. et qn̄ dr̄ de ei oct. dr̄. offi. vt i die principali.

¶ Emyliani abba. v. di. ad missā oīa dūr d cōi vnius cōf. nō pōt. exce. q̄ sequūť. & i. ij. cla. fiat cō. d oct. scti Mart.

Adesto supplicationib^9 nostris omnipotens Deus: & intercedēte pro nobis electo Emyliano confessore tuo, qui ei^9 beneficia poscimus, perpetuum eius sentiamus agmentū: p. Oro.

Lectio lib. sapiē. eccl. c. xlv.

Dilectus deo, et hominibus, cuius memoria in benedictione est. Similē illū fecit in gloria sanctorū, & magnificauit eum in timore inimicorum, et in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illum in cōspectu regum, & vnxit illum corā populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illū, et elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipsi⁹, et induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad precepta, et legē vite, & discipline. Sac.

Oblatum sacrificiū, omnipotens deus, dignāter intende, quod in honore electi Emyliāi confessoris tui tibi offerimus: vt per hec a cunctorum sordibus peccatorum emundari mereamur: Per. Post cōmu.

Gratias tibi agimus, domine deus, qui nos diuinis dapibus cumulasti: interueniente pro nobis electo Emyliāo cōfessore tuo, cunctorū percipere mereamur veniam peccatorū: Per dominum nr̄m Iesum

Bricij epi. v. dig. offiū de cōi vnius cōfe. pont. Et in. ij. claus. fiat cōmemo. de oct. sancti Martini. Oratio.

Misericordiā tuā, dn̄e, quēs, nobis interueniente beato Bricio confessore tuo, atq₃ pontifice, clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragijs: per dominū

Lectio lib. Sapien. Ca. vij

Optaui, et dat⁹ est mihi sensus. Et inuocaui, & venit in me spiritus sapientie. Et preposui illam regnis, & sedibus: & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Nec comparaui illi oēm lapidem pretiosum: quoniam ōne aurum in cōparatiōe illius arena est exigua. Et tanq₃ lutū estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem, et speciē dilexi illā: & pposui p luce habere illā: qm̄ inextinguibile est lumen illius. Venerunt autē mihi oīa bona pariter cū illa: & innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sū in omnib⁹, qm̄ antecedebat me ista sapientia: & ignorabam, qm̄

om-

oīm bonoꝝ̄ mater est. Quā sine fictione didici, ꝛ sine inuidia cōmunico bonis illi⁹: ꝛ honestatē illius nō abscōdo. Secūdū Lucā. Ca. xvij



In illo tēpore: Dixerūt apostoli domino. Adauge nobis fidē: dixit autem dñs. Si habueritis fidē, sicut granū sinapis, diceretis huic arbori moro, eradicare, ꝛ trāsplātare in mare, et obediet vobis. Quis autē vestrū habens seruum arantem, aut boues pascentem, qui regresso de agro dicat illi stati, transi, ꝛ recūbe: et nō dicat ei, para, quod cęnē, ꝛ pręcinge te, ꝛ ministra mihi, donec manducem, et bibā, ꝛ post hęc tu māducabis, ꝛ bibes? Nunquid gratiā habebit seruo illi, quia fecit, quę ei imperauerat? Nō puto. Sic ꝛ vos, cū feceritis oīa, quę pręcepta sūt vobis, dicite: Serui inutiles sum⁹: qđ debuim⁹ facere fecimus.

Sancti Bricij cō Sacra fessoris tui, atqꝫ pontificis nos, q̄ns dñe, tuere p̄si dijs: vt ei⁹ sēp intercessiōib⁹ adiuuemur: p. Post cōmu.

Uos cęlesti, Dñe, cibo et poculo recreasti, intercedente beato Bricio cōfessore tuo, atqꝫ pōtifice, fac in regno tuo tecū in ęternū gaudere: p. Eugenij epī, et ma. v. di. oīa dñr de cōi vni⁹ mar. ꝛi. ij. clau. fiat cō. đ oct. Sancti Martini. Oratio.

Deus mundi creator, et cōditor, qui hodiernę festiuitatis diē beati Eugenij martyris tui, atqꝫ pōtificis martyrio cōsecrasti, pręsta populo tuo: vt cuius annua celebritate resultat obsequijs, ei⁹ suffragijs tuę pietatis cōsequatur auxiliū: p.

Munera, dñe, obla Sacta sctifica, ꝛ intercedēte beato Eugenio martyre tuo, atqꝫ pōtifice, p hęc nos a peccatoꝝ nostroꝝ maculis emunda: Per. Post cō.

Deus, qui pręsentē diē beati Eugenij martyris tui, atqꝫ pōtificis martyrio cōsecrasti, pręsta ppiti⁹, vt cui⁹ annua celebritate letamur, ei⁹ meritis donatuę gratię cōsequamur: p. Acisicli, ꝛ Uictorię mar. v. di. oīa

dñr dcõi plũn.ma.exce.oro
nib⁹, ⁊ in. ij. clau. fiat cõme.
de oct. scti Martini. Oro.
DEus, qui sanctã huius
diei solẽnitatem in ho
nore beatorũ martyrũ tuo-
rũ Aciscli, ⁊ Uictorie passio
ne fecisti, adesto familię tuę
precibus: ⁊ da, vt, quorũ ho
die festa celebramus, eorũ
meritis, ⁊ intercessionibus
adiuuemur: Per. Sacra.
HOstias, et laudes tibi,
dñe, pro tuorũ certami
ne martyrũ Aciscli, ⁊ Uicto
rię offerimus, precãtes om
nipotẽtiam tuã, vt libenter
suscipias: et quos pro te di-
gnos habemus preconio, ⁊
patronos habere ĩ cõspectu
tuo mereamur: p. Post cõ.
CLemẽtissime deus, vo
ta populi tui dignãter
itẽde: vt quicquid tuis mar
tyribus impendit ad hono
rẽ, nobis omnibus ꝓficiat
ad salutem: per. ¶ Octaua
dies scti Martini: est festũ
v. dig. oĩa dñr, vt in die pri
cipali. ¶ Elisabeth cõtinẽ-
tis. ij. dig. Offm, et oĩa vt in
fes. sctę Marię Egyptiacę
mensis Apri fol. ccxij. exce
ptis orationibus. Oratio.

TUorũ corda fidelium,
de⁹ miserator illustra,
et beatę Elisabeth precibus
gloriosis fac nos prospera
mundi despicere, ⁊ cęlesti sẽ
ꝑ participatiõe gaudere: p.
MUnera, dñe, nřę Sac.
deuotionis offerimus:
vt tibi grata sint, ⁊ nobis sa
lutaria beatę Elisabeth pia
supplicatione reddant: p.
QUęsum⁹, oṗs Postcõ.
deus, vt quos salutari-
bus dignat⁹ es erudire my
sterijs, beatę Elisabeth in-
tercessio gloriosa reficiat cę
lestibus alimentis: Per do.
¶ Romani mar. v. dig. oĩa
dñr de cõi vni⁹ mar. excep-
tis orõnibus. Oratio.
DEus, qui beato Roma
no martyri tuo magna mi-
racula suscitasti, exaudi pre
ces nřas, ⁊ eo interueniẽte,
dexterã super nos tuę prote
ctionis extende: p. Sacra.
BEnedictio tua, q̃sum⁹
dñe, sup nos larga des-
cendat: q̃ munera nřa, deṗ-
cante sancto Romano mar
tyre tuo, tibi reddat accep-
ta, ⁊ nob; sacramẽtũ redẽp
tiõis efficiat: p. Post cõ.
SAcramẽta sempiterna
de

de participatione, et festiui tate sancti Romani marty ris tui nos tueant: et quod humiliter gerimus, salubri ter sentiamus: p. ¶ Presen tatio Marie vir. est. j. di. i hoc festo oĩa dñr, vt in eius nati. mutato nõe natiui. ĩ no mẽ p̃sẽtatiõis p̃ter orõnes.

Deus, qui sctãm Oro. tuã genitricem taber naculum sancti spirit⁹ post trienniũ in templo dei pre sentari voluisti, presta, que sumus: vt qui eius presenta tiõis festa recolimus, ipsius intercessione ad templum, qui Christus est, in celesti gloria p̃sentari mereamur: Qui viuis, & regnas. Sacra.

Hec munera, quesumus dñe, beate Marie semper virginis intercessione sanc tifica: quam in templo tuo munus tibi gratissimum of ferri parentũ manibus vo luisti: Per. Post cõm.

Sacramenta, que sum psimus, dñe, beate Marie semper virginis intercessio ne nos saluẽt: que deuotio ne sui cordis piissimi accep tabile tibi sacrificiũ iugiter immolauit: Per dñm nrm.

¶ Cecilie virginis. v. dig. Ad missã. Offiu. Tonus. i.

Letemur hodie, & cum ingenti gaudio Chri stum laudemus modu lato carmine: qui de dit nobis exoratricem Ceciliam in preclara curia. V. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. V. Gloria Patri. Gloria in excelsis. Oro.

Deus, qui nos annua beate Cecilie virgĩs, et martyris tue solennitate letificas, da, vt quam vene ramur officio, etiam pie cõ uersationis sequamur exem plo: p. Epl'a. Confitebor ti bi dñe rex. Require in fes. sã cte Agnes in mense Janua rij. f. cxcv. R. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia cõcu piuit rex speciẽ tuam. V. Specie tua, & pulchritudie tua intẽde, p spere procede, & regna. Alla. V. Cãtãtib⁹ organis Cecilia virgo soli dño decãtabat dicens: fiat cor meũ immaculatũ, vt nõ cõfundar Euãg. Querel cõi vni⁹ vir. Offe. Offerẽt regi virgĩs post eã, proxime ei⁹ offerẽt tibi. Sac.

Hec hostia, domie, pla cationis, & laudis (qs) interueniẽte beata Cecilia

martyre tua, nos tua propitiatiōe dignos efficiat: per.

Cō. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatē fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus: vt non confundar. Post cō.

Satiasti, dñe, familiam tuam muneribus sacris: eius (quēs) semper interuentiōe nos refoue, cuius solennia celebramus: Per dñm nrm.

¶ Clemētis pape et mar. ij. di. Ad missā. Offm. Ton. i.

Dicit dominus, sermones mei, quos dedi in os tuum, non deficiēt de ore tuo, adest enim nomen tuum: et munera tua accepta erunt sup altari meo. ℣. Domine exaudi oratione mea, et clamor meus ad te vēiat. ℣. Gloria pri. Gloria in excelsis deo. Oio.

Deus, qui nos annua beati Clementis martyris tui, atqz pōtificis solēnitate letificas, cōcede ppitius: vt cuius natalitia colimus, virtutem quoqz passionis imitemur: Per dñm

Sapiē. ecclesi. Capit. xlvij.

Dedit dñs confessionē sancto suo: et excelso in verbo glorie. De ōni corde suo laudabit dñm: et dilexit eum, qui fecit illum. Et dedit illi cōtra inimicos potētiam. Et stare fecit cantores cōtra altare: et in sono eorū dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus: et ornauit tempora vsqz ad cōsumationem vite. Christus purgauit peccata ipsius, et exaltauit in eternum cornu eius. Sapientia laudabit animam suam, et in dño honorabitur: et ī medio populi sui gloriabit. Et in plenitudine sanctorum admirabitur. Et in multitudine electorum habebit laudē: et inter benedictos benedicetur. ℟. Iurauit dñs, et non penitebit eū: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. ℣. Dixit Dominus domino meo: sede a dextris meis: Alleluia. ℣. Disposui testamētum electis meis: iuraui Dauid seruo meo. Euāg. Homo quidā nobilis. Quere in fel. (sic) Hieronymi vltima die Septē. fo. cclxiiij. dr Credo. Offerto. Ueritas mea, et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Munera, domie, Sacra obla-

oblata sanctifica: et intercedente beato clemente martyre tuo per hec nos a peccatorum nostrorum maculis emunda: per. Cōmu. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilātem: amē dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Post cō. Corporis sacri, et preciosi sanguinis repleti libamine quesumus, dñe deus noster, vt, quod pia deuotione gerimus, intercedēte beato Clemente martyre tuo, atq; pōtifice, certa redemptione capiamus: per.

Chrysogoni mar. v. digni. Ad missā. Offm. Tonus. i.

Iustus non conturbabitur, quia dominus firmat manū ei⁹: tota die miseretur, et commodat, et semen eius in benedictione erit, in eternū conseruabit. ℣. Noli emulari in malignātib⁹, neq; zelaueris faciētes iniquitatē. ℣. Glia prī. Glia in ex. Orō. Adesto, dñe, supplicatiōibus nostris: vt, qui ex iniquitate nr̄a reos nos esse cognoscim⁹, btī Chrysogoni martyris tui intercessiōe liberemur: Per dnz.

Epistola. R. dnr de cōmūi vnius marty. Alla. ℣. Iustū deduxit domin⁹ per vias rectas, et ostendit illi deus gloriam suam. Euange. et Offer. et Cōm. d̄ vnius marty. Sacra. Oblatis, qūs dñe, placare muneribus: et intercedente beato Chrysogono martyre tuo, a cunctis nos dēfende periculis: Per dominum nostrum. Post cō. Tui nos, dñe, pceptione sacramenti et a nostris mundemur occultis, et ab hostium liberemur insidijs: p.

Catharine virginis. ij. dig. Ad missā. Offm. Tonus. i.

Gaudeamus omnes in Domino, diem festū celebrantes sub honore Catharine virginis: d̄ cuius solennitate gaudēt angeli, et collaudāt filiū Dei. ℣. Eructauit cor meū verbū bonū, dico ego opera mea regi. ℣. Gloria prī. Gloria in excelsis. Orō. Deus, qui dedisti legē Moysi in summitate mōtis Synai, et i eodē loco p sctōs āgelos tuos corpus beate Catharine virginis, et martyris tue mirabiliter collocasti, tribue, quesum⁹:

vt eiꝰ meritis, ⁊ intercessio-
ne ad supernum mōtē, qui
Christus est, peruenire va
leamus: Per eundē. Epła.
Qui głiatur ī dño. ⁊ R̄. q̄re
in cōi vniꝰ virg. Alła. V. Per
cussa gladio dac lac beata Catha
rina pro sanguine: quam manus
angelica sepeliuit in monte Sy-
nai. Euāgeliū. Simile est re
gnum celorum decem virgi
nibus. Quere in cōi plimaꝝ
virg. Offer. ⁊ Cōm. d com.
vniꝰ virginis. Sacra.
MUnera, Dñe, sacrificij
presentis, que tibi offerimꝰ
in honore beate Chatbari-
ne virginis, ⁊ martyris tue,
fiant nobis eius precibꝰ vi-
ta perpetua, ⁊ te donāte sa-
lus infinita. Per. Postcō.
SUmptis, domine, salu
tis eterne mysterijs, te
suppliciter deprecamur: vt
sicut liquor, qui de membris
beate Catharine virginis,
et martyris tue iugiter ma-
nat, lāguidorum corpora sa
nat, sic eius oratio cunctas
a nobis iniquitates expel-
lat: Per dominum nostrū.
¶ Petri Alexandrini epi,
et mar. v. dig. oīa dñr de cōi
vniꝰ mar. pōti. exce. orone.

COncede nobis, quesu-
mus dñe, alacribus a-
nimis beati Petri marty-
ris tui, atqȝ pōtificis solen-
nia celebrare: cuius diuersis
decorata virtutibus tibi vi
ta complacuit: per dominū.
¶ Facūdi, ⁊ Primitiui ma.
v. dig. oīa dñr de cōi plimo.
martyꝝ exce. oronibꝰ. Oro.
SUpplices deprecamur
clementiam tuam, om-
nipotens, eterne deus, vt in
tercedentibus sanctis mar
tyribus tuis Facundo, et
Primitiuo, omniū nostro-
rum veniam consequi me-
reamur delictorū: p. Sacra
ACcepta sit in cōspectu
tuo, dñe, nr̄a deuotio,
⁊ sctōꝝ martyrū tuorū Fa-
cūdi, ⁊ Primitiui fiat suppli
catiōe salutaris: p quorū ve
neratiōe offertur. Post cō.
BEnedictio tua, deꝰ, im
pleat corda fideliū, ta-
lesqȝ eos pficiat: q ⁊ marty-
rū tuorū Facūdi, ⁊ Primiti
ui honorificēt passiōes, ⁊ re
media salutis eterne eisdem
patrocinātibus assequant:
per dñm nostrum Jesum.
Ista die f. ij. clausula fiat cō-
meñ Uitalis, et Agricole.
Oro.

Presta, quesumus, clementissime, et misericors deus, vt intercedentibus sanctis martyribus tuis Uitale, et Agricola, nobis clementia tua benedicat, atque perseuerabiles reddat in actibus bonis: Per. Sacra.

Sanctis nos, quesumus, benignissime deus, laudis hostiam immolantes iniquitatibus libera: atque intercedentibus beatis martyribus tuis Agricola, et Uitale, mentes nostras in tue charitatis, ac pacis tranquillitate consolida: p. Post cō.

Per hec munera, que sumpsimus, domine, intercedentibus beatis martyribus tuis Agricola, et Uitale nostrorum peccatorum maculas emunda, et in viam salutis eterne nos misericorditer dirige: Per dominum.

¶ Saturnini epi, et marty. v. dig. ad missam. Offm. Zo. 3

Christe Deus, plebem tuam miserator conserua per beati Saturnini predicanda merita: nos per eius interuentum a peccatis libera, paradisi mereamur gaudia. ℣. Dñe dñs noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria Patri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui, atque pontificis concedis natalitio perfrui, eius nobis tribue meritis adiuuari: Per. Epistola de cōi vnius mar. ℟. Adiuua sancte tuos precibus presul pie seruos Saturnine opem a domino ferens. ℣. Ut valeant famuli sic ducere tempora secli, quo placeant proprio post obitum domino. Alla. ℣. Saturninus pontifex magnus precibus sanctis obtineat, vt cum ipso laudemus regem in eternum. Euangeliū de communi vnius martyris. Offerto. Holocausta medullata laudationis offerimus tibi, domine, pro honore dilecti tui antistitis Saturnini: vt qui tibi sacerdos, et ara extitit, et sacrificium, preces nostras proferat ante tue propitiationis thronum

Munera, dñe, tibi Sac. dicata sanctifica, et intercedente beato Saturnino martyre tuo, per eadem nos placatus intende: Per dominum nostrum. Com.

Proficiet nobis, dñe, ad celestis patrie peruentionem, que nunc p

beati peregimus saturnini cōme moratione. Post cōmu. Sanctificet nos, quēs, dñe, tui perceptio sacramē ti, & intercessiōe sctōꝝ tuoꝝ tibi reddat acceptos: per. In die sancti Andree. ij. di. Ad missam. Offi. Ton⁹. 2.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eoꝝ. ℣. Domine, probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria Patri, & Filio Gloria in excelsis deo. Oratio.

Maiestatē tuā, dñe, suppliciter exoramus: vt sicut ecclesie tue beatus Andreas apostolus extitit predicator, et rector, ita apud te sit pro nobis perpetu⁹ intercessor: p. Ad Rom. Ca. x

Fratres: corde enī creditur ad iustitiam, ore autē cōfessio fit a salutē. Dicit enim scriptura. Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judei, et Greci. Nam idem domin⁹ omniū diues in omnes, qui inuocant illū. Omnis enim, quicunque inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quē nō crediderūt? Aut quomodo credēt ei, quē nō audierūt? Quomodo aūt audiēt sine pdicante? Quomodo vero predicabūt, nisi mittantur? Sicut scriptū est. Quā speciosi pedes euangelizantiū bona. Sed non omnes obediūt euāgelio. Esaias enim dicit: dñe, quis credidit auditui nr̄o? Ergo fides ex auditu: auditus autē per verbū Christi. Sed dico. Nunquid nō audierunt? Et quidē in oēm terrā exiuit sonus eoꝝ, et in fines orbis terre verba eorum. ℟. Constitues eos principes sup oēm terrā, memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebūtur tibi. All'. ℣. Dilexit andreā Dominus in odorem suauitatis. Secūdū Matth. Cap. iiij



In illo tempore: Ambulās Jesus iuxta mare Galilee vidit duos fratres: simonē, qui

qui vocatur Petrus, et Andream fratrem eius mittentes rete in mare: Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres, Jacobum, Zebedei et Joannem fratrem eius in naui cum Zebedeo patre eorum reficientes retia sua. Et vocauit eos. Illi autem statim, relictis retibus, et patre, secuti sunt eum. Credo Offer. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, deus, nimis confortatus est principatus eorum.

Sacrificium nostrum Sacra. tibi, domine quesumus, beati Andree Apostoli tui precatio sancta conciliet: vt in cuius honore solenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum: Per dominum Prefa. Te, domine, suppliciter Commu. Dicit Andreas Simoni fratri suo, inuenimus Messiam, qui dicitur Christus: et adduxit eum ad Jesum. Post co.

Sumpsimus, domine, diuina mysteria beati Andree apostoli festiuitate letantes: que sicut sanctis tuis ad gloriam, ita nobis, quesumus, ad veniam prodesse perficias: p. Festum sancti Andree habet oct. simp. Sed postquam incipit aduentus, in ferijs, et in fest. iij. lecto dicatur de aduentu, et fiat com. de oct. Et quando dr de octa. sit offm, vt in die principali. Chrysanthi, Mauri, atque Darie mart. vj. di. missa dr de aduen. vel de oct. sancti Andree et in. ij. clau fiat co. eorum: Oratio.

Beatorum martyrum tuorum Chrysanthi, Mauri, atque Darie (quesumus domine) nobis adsit oratio: vt, quos pio veneramur obsequio, eorum pio iugiter experiemur auxilio: p

Populi tui, domine Sacra. (quesumus) tibi grata sit hostia: que in natalitijs sanctorum martyrum tuorum Chrysanthi, Mauri, atque Darie solenniter immolatur: p. Post com

Mysterijs tuis, domine, repleti sumus, notis, et gaudijs: presta, quesumus, vt intercessionibus sanctorum martyrum tuorum Chrisanthi, Mauri, atque Darie, que temporaliter agimus, spiritualiter consequamur: Per dominum.

¶ Barbare virg. ij. dig. ad missā oīa dñr d cōi vnī⁹ vir. exceptis orōnibus. Oratio

Deus (qui beatę Barbarę virginis, et martyris tuę memoriam recolentibus peccatorum suorū veniam promisisti, ꝛ de suis negligentijs nullam mētionem fieri in die iudicij voce angelica nūtiasti) da nobis famulis tuis, qui eius commemoratione facimus, vt, quicquid in die obitus sui a te est fideliter īpetratrū, ipsa intercedente, pietatis tuę gratia obtinere valeamus: Per dominū. Secreta.

Suscipe munera, domine, quę in beate Barbarę virginis, et martyris tuę solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinijs liberari: Per dominum nr̄m. Post commu.

Auxilient̄ nobis, Dñe, sūpta mysteria: ꝛ intercedente beata Barbara virgīe, ꝛ mr̄e tua, sempiterna protectione confirment: p.

¶ Nicolai epi. ij. di. ad missam oīa dñr de cōi vnī⁹ confes. pō. exc. q̄ sequūtur

Deus, qui beatum Orō Nicolaū cōfessorē tuū, atq; pōtificē innumeris decorasti miraculis, tribue nobis, qs: vt eius meritis, ꝛ precib⁹ a gehennę incendijs liberemur: p. Sapiē. Cap. l.

Ecce sacerdos magnus, qui ī fide sua probat⁹, et cognit⁹ est in verbis suis fidelis. Qui, q̄si stella matutina ī medio nebulę, ꝛ quasi luna plena in diebus suis, lucet. Et quasi sol refulgens, sic beatus Nicolaus effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgēs inter nebulas glīe, et q̄si flos rosarū in diebus vernis, ꝛ quasi lilia, quę sūt ī trāsitu aquę, ꝛ q̄si th⁹ redolens in dieb⁹ ęstatis. Quasi ignis effulgēs, ꝛ q̄si vas auri solidū, ornatū ōni lapide pretioso. Quasi oliua pullulās, ꝛ citpress⁹ in altitudinē se extollens. In accipiendo ipsum stolā glorię, et vestiri eum cōsumatione virtutis. R. Ecce sacerdos magnus, qui in dieb⁹ suis placuit deo. V. Non est inuent⁹ similis illi, qui cōseruaret legē excelsi. All. V. Magne pater Nicolae, terra, mariq; famosē seruulorū sordes absterge: quo valeāt polorū cętib⁹ iteresse

Secundum Lucā. Cap. xi.



In illo tempore: Dixit dñs Jesus discipulis suis. Nemo lucernam accēdit, ꝛ in abscōdito pōit, nec sub modio, sed super cādelabꝛum: vt, qui ingrediuntur, lumen videāt. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpꝰ tuū lucidū erit. Si aūt neqꝫ fuerit, etiā corpus tuū tenebꝛosū erit. Uide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebꝛe sint. Si ergo corpus tuū totū lucidū fuerit, non habēs aliquā partem tenebꝛarū, erit lucidū totū: Et sicut lucerna fulgoꝛꝫ illuminabit te.

Sanctifica, qs̄ Sacra. dñe, oblata munera: q̄ in veneratiōe scti antistitis tui Nicolai offerunt: vt per ea vita nr̄a inter aduersa, et ꝓspera vbiqꝫ dirigatur: p.

Sacrificia, que Post cō. sumpsimus, dñe, pro solēnitate scti pōtificis tui Nicolai sempiterna nos ꝓtectione cōfirment: Per dñz.

Octa. die sancti Andree ad missā oia dñr sicut in die prīcipali: ꝛ in. ij. clausula fiat cō memoratio de aduentu: et dicatur Credo. ¶ In conceptione beate virginis Marie. i. dicitur. Offin. Tom⁹. i.

Gaudeamus omnes in domino, diem festum celebꝛantes: sub honoꝛe Marie virginis: de cuius conceptione gaudent angeli, ꝛ collaudant filium Dei. ℣. Gaudent angeli, ꝛ exultant archangeli, letantur iusti, ꝛ congratulātur omnes sancti. ℣. Gloꝛia Patri. Gloꝛia in excelsis Deo.

(Beate Marie) Oro. Deus ineffabilis misericoꝛdie, qui prime piacula mulieris per virginem expianda sanxisti, da, quesumus, conceptionis eius digne solennia venerari, que vnigenitum tuum virgo cōcepit, et virgo peperit Dominū nostrū Jesum Christum filium tuum: Qui tecū viuit, et regnat, in vnitate.

Sapiē. Cap. viij. Proper.

Dominus possidit me in initio viarū suarū, āteqꝫ qcqꝫ faceret a pꝛincipio:

ab eterno ordinata sum: et ex antiquis antequam terra fieret. Nōdū erant abyssi, et ego iam cōcepta eram. Necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole cōstiterant. Ante omnes colles, ego partu riebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, et cardines orbis terre. Quādo pre parabat celos, aderam: quādo certa lege, et gyro vallabat abyssos. Quando ethera firmabat sursum: & librabat fontes aquarum. Quādo circundabat mari termi num suum, et legē ponebat aquis, ne trāsirēt fines suos. Quando appendebat fundamenta terre, cum eo erā cuncta componens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tem pore. Ludēs in orbe terrarum: et delitie mee, esse cum filijs hominum. Nūc ergo, filij, audite me. Beati, q cus todiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapien tes: et nolite abijcere eam. Beat⁹ homo, qui audit me: qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hau riet salutem a domino. ℟. Propter veritatem, & mansuetu dinem, & iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurē tuā: quia concupiuit rex speciem tuā. Alla. ℣. Conceptio tua dei geni trix virgo, gaudium attulit vniuerso mundo: quia ex te, ortus est sol iustitie, Christus deus noster Euāge. Liber generatiōis. fol. ccl viij. Offer. Felix nanqz es sacra virgo Maria, & ōni lau de dignissima: q2 ex te, ort⁹ est sol iustitie, Christ⁹ de⁹ nr̄. Sacra. Unigeniti tui nobis, domine, succurrat humanitas: vt qui natus de virgine matris integritatē non minuit, sed sacrauit, in conceptionis eius solennijs, a nostris nos piaculis exuēs, oblationem nostram sibi faciat acceptam Jesus Christus dn̄s noster: Qui tecum Prefa. de beata virgi. Cō. Beata viscera Marie virginis, que portauerūt eterni p̄ris filiū. Mense celestis Post cō. participes effecti imploramus clementiam tuā, dn̄e deus noster, vt qui festū cō-

conceptionis sancte dei genitricis Marie colimus, a cunctis malis imminentib⁹, eius intercessionibus liberemur: Per eundem dñm.

¶ Festū cōceptiōis habet octa. solennes, et in eius octauis nullū aliud festū celebratur, preter festū Sancte Lucie: ꝛ dñicā aduē. si festū tū triū lctōnū venerit in eis, fit d eo cōmō, sub vna clausa cū cōmōne de aduentu. Et in ōnibus diebus octa. ōña dñr sicut in die. In trib⁹ diebus post fest. solennibus dr Credo. ꝛ in octa. die, ꝛ in tertia die post fest. fiat cōmō de aduētu, et de sctō Paulino epō Narbonensi: et orōnes dñr de cōi vni⁹ cōfes. pōtifi.

¶ Lucie virginis. ij. digni. Ad missam. Offm. Ton⁹. 2.



Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus deus tuus, oleo letitie, pre consortibus tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Pri.

Gloria in excelsis. Orō. Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate Lucie virginis ꝛ martyris tue festiuitate gaudem⁹, ita pie deuotionis erudiamur effectu: Per dominū.

Sapien. Ecclesia. Capi. lj.

Confitebor tibi, domine rex, ꝛ collaudabo te deum saluatorem meū. Cōfitebor nomini tuo, quoniā adiutor, ꝛ protector factus ēs mihi, et liberasti corpus meū, a perditiōe, a laqueo lingue inique, ꝛ a labijs operantium mēdatium. Et in conspectu persequentiū factus es mihi adiutor. Et liberasti me, secundum multitudinem misericordie nominis tui, a rugientib⁹ preparatis ad escā, de manibus querentium, animam meā, ꝛ de multis tribulationib⁹, que circundederunt me. A pressura flamme, que circūdedit me: et in medio ignis, non sum estuata. De altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, ꝛ a verbo mendacij. A rege iniquo, et a līgua iniusta, liberasti me. Laudabit vsque ad mortē anima mea dominū, et vita

mea appropinquās, erat in inferno deorsum. Circūdederunt me vndique, et non erat, qui adiuuaret, respiciens eram ad adiutorium hominum: & nō erat, qui re spiceret in me. Memorata sum misericordie tue, dñe, & cooperationis tue, que a se culo sunt: quoniam eruis sustinētes te, & liberas eos de manu angustie, domine de⁹ noster. ℟. Dilexisti iustitiā, et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te Deus deus tuus oleo letitie. All. ℣. In tua patiētia possedisti animam tuam Lucia spōsa Christi. Euāg. Simile est regnum celorū decem vir. Quere in cōi plurimarum virginum. Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Orō. Accepta tibi sit, dñe, sacrate plebis oblatio p tuorum honore sanctorū: quorum se meritis percepisse d tribulatione cognoscit auxilium: p. Cō. Diffusa est gra in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Post cō Satiasti, dñe, familiam tuā muneribus sacris, eius, quesum⁹, interuentiōe nos refoue, cuius solennia celebramus: Per dominū. ¶ Leucadie virginis. v. di gn. omnia dūr de communi vnius virginis: exce. oronibus: & i. ij. clau. fiat commemoratio de aduētu. Oratio Beate Leucadie natalitia, quesumus, domine, ecclesia tua deuota suscipiat, vt fiat magne glorificatiōis amore deuotio, & tātę fidei proficiat exemplo: per dominum nostrū. Sacra Quesumus virtutum celestium, Deus, vt sacrificia pro sācte tue Leucadie solennitate delata desiderij temporalis doceant nos habere cōtemptum: per dñm nostrum Iesum. Post cōm Refecti, dñe, sūpsim⁹ sacra mēta celestia itercedēte p nobis beata Leucadia ad vitā pficiat sēpiternā. p. ¶ Eulalie virginis. v. dig. Ad missā. Officiū. Ton⁹. i.



Letemur hodie et cum ingenti gaudio Christum laudemus modulato carmine: qui dedit nobis exoratricē Eulaliā pclarā. ℣. Eruc-

℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Pri. Glia in excelsis.

Deus, qui nos ho- Orō. die beate Eulalie virginis & martyris tue annua solennitate letificas, cōcede propitius, vt eius adiuuemur meritis: cuius castitatis irradiamur exemplis: p. Et in. ij. clausula fiat cōme. de aduentu. Epla. Sapiētia vincit malitiam. Quere in cōi vni⁹ virginis. ℟. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obiam ei. ℣. Tunc surrexerunt omnes virgines ille, et ornauerunt lampades suas, et exierunt obuiam sponso. Alla. ℣. Diffusa est gr̄a in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Euange. et Offr. et Cō. dñr de cōi vni⁹ virg.

Hostias tibi, do- Sacra mine, beate Eulalie virginis, et martyris tue, dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiū: Per dominum. Post cōm.

Diuina nos, quesumus domie, per hec sācta, que sumpsim⁹, et presta, vt intercessione beate Eulalie virginis, & martyris tue perpetuam gloriam consequāmur: Per dominum nr̄m.

¶ Damasi pape. v. dignitatis, omnia dñr de cōi vnius cōfess. pōtifi. exceptis orōnibus que sequuntur. Oratio

Misericordiam tuā nobis, quesumus, domine, interueniente beato Damaso cōfessore tuo atq3 pōtifice: clementer impende: et nobis peccatoribus ipsi⁹ propitiare suffragijs: Per dominum nostrum. Sacra

Da nobis, quesumus, domine, semper hec tibi vota gratulanter persoluere, quibus, sācti Damasi cōfessoris tui, atque pontificis depositionem recolim⁹, et presta: vt in eius sēper laude gloriā tuam predicem⁹: Per dominum. Post cōm.

Sumpta, quesumus domine, celestis remedij sacramēta ad perpetuam nobis prouenire gratiā beatus Damasus cōfessor tuus, et pontifex obtineat: Per.

¶ In cōme: beate Marie, omnia dicant vt in festo annuntiationis eius: quod fit in mense Martij. Fol. ccxj

Dominici abba. v. digni.
Ad missã. Officiũ. Tonus. i



Domine, preue-
nisti Dominicũ
in bñdictioni-
bus dulcedinis,
posuisti in capi
te eius coronã
de lapide pretioso: magna est glo
ria eius in salutari tuo. ℣. Glo-
riã, et magnum decorem impones
super eum: posuisti in capite eius
coronam de lapide pretioso. ℣.
Gloria Patri, et Filio, et Spũi.
Gloria in excelsis deo. Oratio.
Immẽsam clemẽtiam
tuam, õni potẽs, eter-
ne de⁹, humiliter implora-
mus: vt, qui fragilitate car-
nis prepediti innumerabili-
ter percurrimus, beatissimi
cõfessoris tui Dominici as-
siduis precib⁹ adiuuemur:
eiusq; suffragantibus meri
tis, ab õni aduersitate libe-
remur: p. Epla, et reliq̃ dñr
d cõi vni⁹ cõfes. nõ põ. Alla.
℣. Confessor Dñice pater, et dux
nr̃ ora pro nobis. Sacra.
DEus, cuius filius vni-
genitus p peccatis nr̃is sa-
crificiũ imaculatũ i ara cru-
cis se ipsũ obtulit, da nobis
intercessionibus cõfessoris
egregij tui dñici tales existe-
re: vt tibi hostia viua sctã, et
imaculata esse valeamus: p.
OMnigẽa be- Post cõ.
nedictione, q̃s dñe, be
nedic nos, et ptege: vt, q co-
p⁹, et sanguinẽ filij tui indig
ni sũpsimus, pcibus, et meri
tis beatissimi cõfessoris tui
dñici piguedine sctĩ spirit⁹
int⁹ sancte repleamur: Per
Thome apli. ij. vi. oĩa dicũ-
tur de cõi apostolorũ, exce.
quę sequũtur. Oratio.
DA nobis, q̃s, dñe, bea
ti apostoli tui Thome solẽ-
nitatib⁹ gl̃iari: vt eius semp
et patrociniis subleuemur,
et fidẽ cõgrua deuotiõe sec-
temur: p. Scd̃z Ioã. Sa. xx



IN illo tẽpe:
Thomas v-
nus ex duo-
deci, qui dicit
Didymus nõ
erat cũ eis, quã
do veit Iesus.
Dixerũt ergo ei alij discipu
li: vidimus dñm. Ille autẽ
dixit eis. Nisi videro in ma-
nibus eius fixurã clauorũ, et
mittã digitũ meũ in locũ cla
uorũ, et mittã manũ meã in
latus eius, non credam. Et
post

post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis: Uenit Jesus ianuis clausis, et stetit in medio eorum, et dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thome. Infer digitum tuũ huc, et vide manus meas, et affer manũ tuam, et mitte in latus meũ: et noli esse incredulus, sed fidelis. Respõdit Thomas, et dixit ei. Dñs meus, et deus meus. Dicit ei Jes9. Quia vidisti me thoma credidisti. Beati, qui nõ viderunt, et crediderũt. Credo. Offerto. In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. Sacra.

Debitum tibi, dñe, nostre reddimus servitutis te suppliciter exorantes: vt suffragijs beati Thome apostoli tui in nobis tua munera tuearis: cuius honorãda cõfessione laudis tibi hostias immolamus: Per do. Prefa. de aplis. Post com.

Conserva, domine, populum tuum: et quem in sanctorum tuorum presidijs non desinis adiuuare, intercedente beato apostolo tuo Thoma, perpetuis tribue gaudere remedijs: Per. ¶ In trãslatione sancti Isidori (est festum ij. dig) omnia dicantur de cõmuni vnius confes. pontifi. et doctor. excep. orationib9, que sequuntur. Oratio.

Deus, qui hodiernam diem beati Isidori confessoris tui atq3 pontificis sacro transitu cõsecrasti, concede nobis propitius, in offensis per eius vestigia gressibus pergere: vt eiusdẽ in regione viuentiũ mereamur gaudijs admisceri: Per. Sacra

Oblatis, dñe, ob honorem sancti Isidori confessoris tui, atq3 pontificis placare muneribus: et ipsi9 interuentu tuis famulis cũctorum indulgentiã tribue delictorum: Per. Post cõ.

Deus, qui beati Isidori confessoris tui, atq3 pontificis transitum annua celebritate nos frequentare cõcedis, presta, quẽs, vt per hec sacramenta, que sumpsimus, ab omnibus absoluamur peccatis, et sanctorũ cõsortiũ, gratia tua largiente, habere mereamur in celis. Per. ¶ Explicit sãctorale.

¶ Incipit cõmmũe sanctorum proprietatem nõ habentium. In natali apostolorum. Ad missam. Offiñ. Tonus.2.



Ihi autem nimis honorati sũt amici tui, deus, nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Domine, probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meã. ℣. Glia. Oõ.

O Uesumus, omnipotens deus, vt beatus N. apostolus tuus pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur: p. Si fuerit duo apli, dicatur ista oõ.

D Eus, qui nos annua beatorum apostolorum tuorum. N. et N. solennitate letificas, presta, qũs, vt quorũ gaudemus meritis, instruamur exemplis: Per. Ad Ephesios. Cap. ii.

F Ratres: Jam non estis hospites, & aduene, sed estis ciues sanctorum,

et domestici dei, super edifi-
cati super fundamentũ apo
stolorũ, & prophetarũ, Ip-
so summo angulari lapide
christo Jesu. In quo omnis
edificatio constructa crescit
in templum sãctum in dño.
In quo & vos coedificamini
in habitaculũ dei in spiritu
sancto ℟. Nimis honorati sũt
amici tui deus, nimis confortatus
est principatus eorum. ℣. Dinu-
merabo eos, & super arenam mul
tiplicabuntur. In vigi. j. di. ℟
In omnem terram exiuit sonus
eorũ, & in fines orbis terre verba
eorum. ℟. Celi enarrant gloriã
dei, & opera manuum eius annun
tiat firmamentum. All'. ℣. Per
manus autem apostolorum fiebãt
signa, & prodigia multa in plebe.
Si vero tale sit tẽp⁹, in quo
nõ cãtat all'. & nõ sit festum j.
vel ij. dig. d: sequẽs tractus.
Qui seminãt in lachrymis, in gau
dio metent. ℣. Euntes ibant, et
flebant, mittentes semina sua. ℣.
Venientes autem venient cum ex-
ultatione, portantes manipulos
suos. Seq̃ Jo. Capit. xv.
In illo tempore:
Dixit dñs Jesus
discipulis suis.
Hoc est preceptũ
meum: vt diligatis inuicem
sicut dilexi vos. Maiorem
hac dilectionem nemo ha-
bet, quam vt animam suam
ponat quis pro amicis suis.
Vos amici mei estis, si fece-
ritis, que ego precipio vo-
bis. Jam non dicã vos ser-
uos: quia seru⁹ nescit, quid
faciat dñs eius. Vos autem
dixi amicos: quia õnia, que-
cunqz audiui a patre meo,
nota feci vobis. Nõ vos me
elegistis, sed ego elegi vos,
et posui vos, vt eatis, & fru-
ctum afferatis: & fructus ve
ster maneat. Vt quodcunqz
petieritis patrem in nomie
meo, det vobis. Credo. Off
In omnem terrã exiuit sonus eo-
rum, & in fines orbis terre verba
eorum. Secrã. Sacra-
mentum tibi, dñe, munus
offerimus: quo beati N. apo
stoli tui solẽnia recolentes,
purificationem quoque no
stris mentibus imploram⁹:
p. Si fuerint duo apostoli,
Munera, dñe, alia sacra.
que pro beatorũ apo-
stolorum tuorum N. & N. so
lennitate deferimus, propi
tius respice, et mala omnia,
q̃ iuste meremur auerte: p.

Prefa. Te, dñe, suppliciter ex. Cõ. Uos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hõis, sedebitis ⁊ vos super duodecim sedes, iudicantes Israel.

PErceptis, dñe, Post c. sacramẽtis suppliciter exoramus: vt intercedente beato N. apostolo tuo, quę pro illius veneranda gerim⁹ solennitate, nobis proficiãt ad medelã: Per. Si fuerint duo apostoli, dicatur alia.

QUęsumus, Postcom. dñe, salutaribus repleti mysterijs: vt, quorũ solẽnia celebramus, eorũ orõnibus adiuuemur: per dñm.

¶ In natali vnius martyr. Ad missã. Offm. Tonus. 8.

LEtabitur iustus in domino, ⁊ sperabit i eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. ℣ Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Pri.

PResta, qũs, om- Orõ. nipotens deus, vt, qui beati N. martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur: p. Si fue-

DEus, qui rit põti. Orõ nos ãnua bti. N. martyris tui, atq; pontificis solennitate letificas, concede propitius, vt, cuius natalitia colimus, eiusdem etiam protectiõe gaudeamus: Per do.

Sapientię. Cap. xiiij. ⁊ xv.

BEatus vir, Ecclesiast. qui in sapientia morabitur, ⁊ qui in iustitia meditabitur, ⁊ in sensu cogitabit circũspectionem dei. Cibabit illum pane vitę, ⁊ intellectus, ⁊ aqua sapientię salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, ⁊ non flectetur: ⁊ continebit illum, ⁊ nõ confundetur: et exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine ęterno hereditabit illum dñs deus noster.

Sapiẽtię. Cap. iij. prouer.

BEatus homo, qui inuenit sapientiam, ⁊ qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatiõe auri, ⁊ argenti: primi, et purissimi fructus eius. Pretiosior est cunctis opibus sapiẽtia, ⁊ omnia, quę desyderãtur, huic non valẽt comparari. Longitudo dierum in dextera eius, ⁊ in sinistra illius diuitię, ⁊ gloria. Uię ei⁹

vię

vię pulchrę, et omnes semitę illius pacificę. Lignum vitę est ijs, qui apprehenderint eam: et qui tenuerit eã, beatus. Dñs sapientia fundauit terram, stabiliuit cęlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, et nubes rore concrescunt. ℟. Posuisti, Dñe, super caput eius coronam de lapide pretioso. ℣. Desiderium animę eius tribuisti ei, ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Allĩa. ℣. Lętabitur iustus in domino, ⁊ sperabit in eo, ⁊ laudabuntur omnes recti corde. Aliud. Allĩa. ℣. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. Si vero tale sit tempus, in quo non cantatur alleluia, et non sit festum j. vel ij. dignitatis dicatur tractus. Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, ⁊ flebant mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Secundũ Matth. ca. xvi.

In illo tẽpore: Dixit dominus Jesꝰ discipulis suis. Si quis vult post me venire, abneget semetipsũ, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: Qui autẽ perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animę vero suę detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutatiõem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: et tũc reddet vnicuiqꝫ secũdum opera eius. Amen dico vobis, sunt quidã de hic stantibus, qui nõ gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Offer. Gloria, ⁊ honore coronasti eum, ⁊ cõstituisti eum super opera manuũ tuarũ dñe. Sacrã.

Muneribus nostris, quęsumus, domine, precibusque susceptis, et cęlestibus nos munda mysterijs, et clementer exaudi: Per. Cõ. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, ⁊ tollat crucẽ suã, ⁊ sequatur me. Post cõ.

Presta, qs̃, dñe deus nr̃, vt, sicut tuorum cõme

moratiõe sanctorũ tẽporali gratulamur officio, interce dẽte btõ N. martyre tuo, ppe tuo letemur aspectu: per.

¶ In natali plurimorũ ma. Ad missam. Offm̃. Ton⁹.i.

Sapiẽtiam sanctorum narrent populi, ⁊ laudem eorum nuntiet ecclesia: nomina autem eorum viuent in seculum seculi. ℣ Exultate iusti in dño, rectos decet collaudatio. ℣. Glia Patri.

Deus, qui nos cõ- Orõ. cedis sanctorum martyrum tuorum. N ⁊ N natalitia colere, da nobis in eterna beatitudine, de eorũ societate gaudere: Per dñs

Ad Hebreos. Cap. xi.

Fratres: Sancti per fidẽ vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiões. Obturauerũt ora leonũ, extinxerũt impetũ ignis, effugauerunt aciẽ gladij, cõ valuerunt de infirmitate, fortes facti sũt in bello. Castra verterunt exterorũ, acceperunt mulieres de resurrectiõe mortuos suos. Alij autẽ distenti sunt non suscipientes redẽptionẽ: vt meliorẽ inuenirent resurrectiõem: Alij vero ludibria et verbera experti, insuper et vincula, ⁊ carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisiõe gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mũdus. In solitudinibus errãtes, in montibus, ⁊ speluncis, ⁊ in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei pbati inuenti sunt, In christo Jesu Domino nostro.

Sapientie. Capite. v.

Iusti autẽ in perpetuũ viuẽt, ⁊ apud dñm est merces eorũ: et cogitatio illorũ apud altissimum. Ideo accipiẽt regnũ decoris, ⁊ diadema speciei d manu dñi: qm̃ dextera sua teget eos, ⁊ brachio sancto suo defendet illos. Et accipiet armaturam zelus illius, ⁊ armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ. Induent sancti pro thorace iustitiã, et accipient pro galea iudicium certũ. Sumẽt scutũ in expugnabile equitatẽ, ibũt directe promissiones: ⁊ ad certum locum deducet illos dñs deus noster.

Sapiẽ-

Sapientie. Capite. x.

Reddet deus mercedē laborū sanctorū suorū, & deducet illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum per noctē. Transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquā nimiā. Inimicos autem illorū demersit in mare, & ab altitudine inferorū eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorū, & decātauerūt, dñe, nomē sanctū tuū: Et victricem manum tuā laudauerūt pariter dñe deus noster. Sapiē. Ca. iij.

Iustorū anime i manu dei sunt, & nō tanget illos tormentum mortis. Uisi sunt oculis insipientiū mori, & estimata est afflictio exitus illorū. Et ab itinere iusto abierunt in exterminiū, et qđ a nobis est iter exterminij: illi autē sunt in pace. Et si corā hominib⁹ tormēta passi sunt, spes illorū immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniā de⁹ tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquā aurū in fornace probauit illos, & q̄si holocausti hostiam accepit illos, & in tēpore erit respetus illorū. Fulgebunt iusti, & tanquā scintille in arundineto, discurrēt. Iudicabūt nationes, & dñabuntur populis & regnabit dñs illorū in perpetuū. ℞. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño cāticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorū. Alla. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Si vero tale sit tempus, in quo non cantatur alla, & nō sit festū j. vel ij. dig. dicat tractus Qui seminant in lachry. Scdm Lucā. Cap. xxj



In illo tēpore: Dixit dominus Iesus discipulis suis. Cū audieritis prelia, & seditiones, noli terreri. Oportet p̄mū hec fieri: sed nondū statim finis. Tūc dicebat illis. Surget gens contra gentē, et regnū aduersus regnū, & terremot⁹ magni erunt per loca, & pestilentie, & fames: terroresque de celo, et signa

magna erũt. Sed ante hec omnia inijcient vobis manus suas, et persequentur tradentes in synagogas, et custodias, trahentes ad reges, ꝛ presides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris, non premeditari, quemadmodum respõdeatis. Ego enim dabo vobis os, ꝛ sapientiam: cui non poterunt resistere, ꝛ contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus, ꝛ fratribus, ꝛ cognatis, ꝛ amicis, ꝛ morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: Et capillus de capite vestro nõ peribit. In patiẽtia vestra possidebitis animas vr̃as. Si sit festum triũ lectionũ dicatur hoc Euangelium. Secundũ Lucam. Cap. xxi



In illo tempore: Dixit dñs Jesꝰ discipulis suis. Ponite in cordibꝰ vr̃is, nõ premeditari, queãdmodum respõdeatis. Ego enim dabo vobis os, ꝛ sapiẽtiam: cui non poterunt resistere, ꝛ contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus, ꝛ fratribus, ꝛ cognatis, ꝛ amicis, et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibꝰ propter nomẽ meũ: Et capillus de capite vestro non peribit. In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Offer. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Vel aliud. Offer. Letamini in dño, ꝛ exultate iusti, ꝛ gloriamini oẽs recti corde

Munera tibi, dñe, Sacra nr̃e deuotionis offerimꝰ: que ꝛ pro tuorũ tibi grata sint honore iustorũ, ꝛ nobis salutaria, te miserante, reddant vr: p. Cõ. Justorum anime in manu dei sunt: ꝛ non tanget illos tormẽtũ malitie, visi sũt oculis insipientium mori: illi autẽ sunt in pace. Post com. Presta nobis, dñe, quesumus, intercedentibus sanctis martyribus tuis N. et N. vt, que ore contingimus pura mente capiamus: Per

¶ In natali vni⁹ cõf. põti. Ad missam. Offm̃. Ton⁹. i.



Tatuit ei dominus testamentum pacis, ⁊ principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. ℣. Inueni Dauid seruum meum oleo sãcto meo vnxi eum. ℣. Glia Patri. Oõ.

Da, quesumus, omnipotens deus, vt beati. N. cõfessoris tui, atq3 põtificis veneranda solemnitas ⁊ deuotionem nobis augeat, et salutem: Per dominũ nr̃m. Sapiẽtie, Eccle. Ca. xliiij.



Ecce sacerdos magn⁹, qui in diebus suis placuit deo, et inuentus est iustus, et in tẽpore iracũdie factus est recõciliatio. Nõ est inuẽtus similis illi: qui cõseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illũ Dñs crescere in plebem suã. Benedictionem omniũ gentium dedit illi, et testamentũ suũ cõfirmauit super caput ei⁹. Cognouit eum in benedictionibus suis, cõseruauit illi misericordiam suam, ⁊ inuẽit gratiã corã oculis dñi. Magnificauit eum in conspectu regum, et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamẽtum sempiternũ, et dedit illi sacerdotium magnum, et beatificauit illum in gloria: fungi sacerdotio, et habere laudem in nomĩe ipsius, et offerre illi incẽsum dignũ in odore suauitatis. ℟. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, ℣. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Alla. ℣. Inueni Dauid seruum meũ, oleo sancto meo vnxi eum. Si vero tale sit tempus, in quo non cantatur alla. et non sit festum. j. vel secunde digni. dicatur sequens tractus. Beatus vir, qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis, ℣. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur ℣. Glia, ⁊ diuitie in domo ei⁹, et iustitia ei⁹ manet in seculũ seculi. Secundũ Lucã. Capit, xij



In illo tẽpore: Dixit domin⁹ Ies⁹ discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti: ⁊ lucerne ardentes in manibus vestris. Et

vos similes hominibus expectantibus dominum suũ, quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos, cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod precinget se, & faciet illos discũbere, et trãsiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, et ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autẽ scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq;, et non sineret perfodi domum suam. Ideo, et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Offer. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secra.

Sanctorum tuorũ, dñe, nobis pia nõ desit oratio: que & munera nostra cõciliet, & tuã nobis indulgentiã semper obtineat: p. Cõ. Beatus seruus, quẽ cum venerit dñs, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Post cõmuñ.

Presta, qũs, omnipotens deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedẽte btõ. N. cõfessore tuo, atq; põtifice, beneficia potiora sumamus: p. ¶ In natali vni9 doct. põtif. Ad missã. offiñ. Ton9. 6.

In medio ecclesie aperuit os eius, & impleuit eũ dñs, spiritu sapientie, & intellectus, stola glorie induit eum. ℣. Iucũditatem, & exultationem thesaurizauit super eum. ℣. Gloria Pri.

Ecclesiã tuã, qũs, Oro dñe, benignus illustra: vt beati. N. confessoris tui, atque doctoris illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna: Per dñm nostrum Iesum Christum. Sapientie, Ecclesi. Ca. xv

Qui timet Deum, faciet bona. Et q cõtinens est iustitie, apprehendet illam: et obuiabit illi, quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite, et intellectus, et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non

nõ cõfundetur: et exaltabit illum apud proximos suos. Et ĩ medio ecclesię aperiet os ei°, ꝛ adimplebit illũ spiritu sapientię, ꝛ intellect°, ꝛ stola glię induet eũ. Jucũditatem, ꝛ exultationẽ thesaurizabit sup illũ. Et nõie eterno hereditabit illũ dñs de° noster. ℟. ꝛ alla, ꝛ tract°, vt supra in natali vni° cõfesso. põti. Scdꝫ Matt. Cap. v.



Illo tempe: Dixit dñs Jesus discipulis suis. Uos estꝫ sal terrę. Q̃d si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihi lũ valet vltra, nisi vt mittaẽ foras, ꝛ cõculcetur ab hominib°. Uos estꝫ lux mũdi. Nõ potest ciuitas abscondi supra mõtẽ posita: neqꝫ accẽdũt lucernã, ꝛ ponũt eã sub modio, sed sup candelabrũ: vt luceat õnib°, qui ĩ domo sũt. Sic luceat lux vr̃a corã hominib°, vt videãt opera vr̃a bona, ꝛ glĩficẽt patrem vr̃m, qui in cęlis est. Offert. Jnueni Dauid seruũ meũ, oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meũ cõfortabit eũ. Sacra Ostias tibi, dñe, beati ℣. confessoris tui, atqꝫ põtificis dicatas meritis benignus assume, ꝛ ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium: Per. Cõ. Domine, quinqꝫ talenta tradidisti mihi, ecce, alia quiqꝫ superlucratus sum, euge serue bone, ꝛ fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Post cõmu. Repleti domine, mũneribus sacris, quęsumus, vt intercedente beato. ℣. confessore tuo, atque pontifice, in gratiarum semper actiõe maneamus: Per dominũ.

℄ Jn natali vni° cõfes. non põti. Ad missã. Offiñ. Tõ. 6



Os iusti meditabiẽ sapientiam, ꝛ lingua eius loquetur iudiciũ, et lex Dei eius in corde ipsius. ℣. Noli ęmulari ĩ malignãtib°, neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria Patri. Oratio.



Adesto, q̃s, dñe, p̃cib° nr̃is: quas in sancti confessoris tui. ℣. solẽnitate

descrimus: vt, qui nostre iustitie fiduciã non habemus, eius, qui tibi placuit, precibus adiuuemur: Per. Si fuerit abbas dicatur. Oro

Retende nobis, dñe, misericordiam tuã, & beati. N. abbatis intercessio, cuius nos dedisti patrociniis adiuuari, tribue, quesumus, vt maiestatem tuam exoret p nobis: Per. Lectio libri sapiẽt. Capite. x.



Ustũ deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnũ dei, & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus, & cõpleuit labores illius. In fraude circumueniẽtium illũ affuit illi, et honestũ fecit illũ. Custodiuit illum ab inimicis, et a seductoribus tutauit illum. Et certamẽ forte dedit illi, vt vinceret, et sciret, quoniam omnium potentior est sapiẽtia. Hec vẽditum instũ non dereliquit, sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditq; cum illo in foueam, & in vinculis nõ dereliquit illũ: donec afferret illi sceptrum regni, & potentiã aduersus eos, qui eũ deprimebant. Et mẽdaces ostendit, qui maculauerũt illũ: dedit illi claritatẽ eternam dominus deus noster. R. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius i corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Alla. V. Iustus germinauit sicut liliũ, & florebit in eternum ante dominum. Tractus, vt supra, in natali vnius cõfes. põti. Scđz Mat. ca. xix.



N illo tẽpore: Dixit Simõ Petrus ad dominũ Iesum. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit illis. Amẽ dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis i sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum: vel fratres, aut sorores, aut Patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut agros ppter

propter nomen meum, centuplum accipiet, ꝛ vitam eternam possidebit. Offer. to Desiderium anime eius tribuisti ei, domine, ꝛ voluntate labiorum eius non fraudasti: eum posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Sacra. Propitiare, quesumus domine, supplicationibus nostris: ꝛ interueniente pro nobis sancto cõfessore tuo. N. istis sacramentis, ꝛ celestibus desyderijs ab omni culpa liberos nos esse concede: vt purificante gratia tua, eisdem, quibus famulamur mysterijs emundemur: Per. Si fuerit ab. sac. Intercessio, qs dñe, beati. N. abbatis munera nostra cõmendet: nosqꝫ eius patrocinio venerãdo sancte maiestati tue reddat acceptos: Per. Cõmu. Fidelis seruus, et prudens, quẽ constituit dominus super familiã suam: vt det illis in tempore triticimensuram. Post communi. Et nobis, dñe, tua sacramenta dent salutẽ, beatus confessor tuus. N. (qs) precator accedat: p. Si fuerit abbas. Post cõm Quesumus, omnipotẽs deus, vt, qui celestia alimenta percepimus, intercedente beato. N. abbate, cõtra omnia aduersa muniamur, ꝛ ad eterna gaudia cõsequẽda spes nobis suppetat, ꝛ facultas: Per dominũ

¶ In natali vni⁹ cõf. docto. non põtifi. Offitiũ. Tonus. 6.



In medio ecclesie apperuit os ei⁹, ꝛ impleuit eum dominus spũ sapiẽtie, ꝛ intellect⁹, stola glorie induit eum. V. Jucunditatem, et exultationem thesaurizauit super eum. V. Gl'ia Pri. Ecclesiam tuam, Oro. quesumus dñe, benignus illustra: vt beati. N. confessoris tui, atqꝫ doctoris illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna: Per dominum nostrũ. Epistola. Qui timet deum. Require in natali vnius doctoris pontificis. R. Os iusti meditabitur sapientiam, ꝛ lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius, ꝛ nõ supplantabuntur gressus eius. All'a. V. Justus germinabit sicut

O

lilium, et florebit in eternum ante dominum. Euãge. Uos estis sal terre. Require in natali vni⁹ docto. põtifi. Offerto. Desiderium anime eius tribuisti ei, domine, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Sacra. Hostias tibi, Dñe, beati. N. confessoris tui, atque doctoris dicatas meritis benignus assume, et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidiũ: p. Cõ. Fidelis seruus, et prudẽs, quẽ cõstituit dñs super familiam suam: vt det illis in tem pore tritici mensurã. Postcõ. Repleti, dñe, muneribus sacris, quesum⁹, vt intercedente beato N. confessore tuo, atq3 doctore, ĩgratiarum semper actione maneamus: p. ¶ In natali plurimorum cõf. Offiñ. Tonus. 2 Sacerdotes tui iduãt salutare, et sancti ei⁹ exultatione exultabũt. ℣. Memento, dñe, Dauid, et oĩs mãsuetudinis eius. ℣. Gloria Patri. Oratio Deus, qui nos sanctorum tuorum. N. et N. cõfessionib⁹ gloriosis circũ das, et protegis, da nobis et eorum imitatione proficere, et intercessione gaudere: Per Ad Hebreos. Capite. vij. Fratres: Plures facti sunt sacerdotes secundum legẽ iccirco, quod morte prohiberentur permanere: Jesus autẽ, eo qđ maneat in eternum, sempiternum habet sacerdotiũ. Unde et saluare in perpetuũ potest accedens per semetipsum ad deum, semper viuens ad interpellandũ pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis esset põtifex, sãct⁹, innocens, impollut⁹, segregatus a peccatoribus, et excelsior celis factus. Qui nõ habet necessitatẽ quotidie, quemadmodũ sacerdotes prius, pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel, seipsum offerẽdo dominus deus noster Jesus Christ⁹. ℟. Sacerdotes eius induant salutare, et sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Alĩuia. ℣. Sancti tui,

tui dñe benedicent te, gloriam regni tui dicent. Si vero tale sit tempus, in quo nõ cantatur all'a, dicatur tractus. Qui seminant. Require in natali apostolorũ. Euãge. Sint lũbi vestri. Require ĩ cõi vni⁹ cõf. põti. Offerto. Exultabũt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum. Secreta. Suscipe, dñe, preces, et munera: que, vt tuo sint digna cõspectu, sanctorum tuorum precibus adiuuemur: p. Cõ. Iustorũ anime ĩ manu Dei sũt, ꝛ nõ tanget illos tormẽtũ malitie: visi sunt oculis insipientium mori, illi autẽ sũt ĩ pace. Post c. Corporis sacri, ꝛ ptiosi sanguinis repleti libamine, quesumus, dñe Deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus: Per dñz

¶ In natali vnius virginis Ad missã. Offi. Tonus. 5.



oquebar d testimonijs tuis ĩ cõspectu regũ, et non cõfundebar: et meditabar ĩ mandatis tuis, que dilexit nimis. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri.

Indulgentiam nobis, qñs dñe, beata N. virgo, et martyr imploret: que tibi grata sẽper extitit ꝛ merito castitatis, ꝛ tue professione virtutis. Per dñm. Ad Corĩt. ij. Capit. x. ꝛ. xj.

Fratres: qui gloriatur, in dño glorietur. Non enim, qui seipsũ cõmẽdat, ille probatus est: sed quem deus cõmendat. Utinam sustineretis modicum quid in sipientie mee: sed ꝛ supportate me. Emulor enim vos dei emulatione. Despondi enim vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo.

Sapiẽtie. Capit. vij. ꝛ viij.

Sapientia vincit maliciam. Attingit ergo a fine vsque ad finem fortiter, et disponit omnia suauiter. Hanc amaui, et exquisiui eã a iuuẽtute mea. Et quesiui sponsam mihi eã assumere, et amator factus sum forme illius. Generositatem illius glorificat cõtubernium habens dei: sed ꝛ omnium dñs dilexit illam. Doctrix enim est discipline dei, et electrix

operum illi⁹. ℞. Specie tua, et pulchritudine tua intende prosp pere, procede, ⁊ regna. ℣. Propter veritatem, et mãsuetudinem, et iustitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternũ Si vero tale sit tempus, in quo non cãtatur alla, et nõ sit festum prime vel. ij. dign. dicatur tractus. Qui seminãt in la. Require in cõi aplorũ. Secundũ Mat. Capi. xiij



In illo tẽpore: Dixit dominus Jes⁹ discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorũ thesauro abscondito in agro: quem qui inuẽit homo abscondit, ⁊ pre gaudio illius vadit, ⁊ vendit vniuersa, q̃ habet, ⁊ emit agrum illum. Iterum simile est regnũ celorum homini negotiatori querẽti bonas margaritas. Inuenta vna pretiosa margarita, abijt, ⁊ vendidit omnia, que habuit, et emit eã. Iterum simile est regnũ celorũ sagene misse in mare, ⁊ ex omni genere piscium congregãti. Quam, cũ impleta esset, educentes, ⁊ secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa: malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum, et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicũt ei etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua, ⁊ vetera. Offe. Diffusa est grã i labijs tuis, propterea benedixit te deus in eternũ, et in seculum seculi. Sacra.

Suscipe dñe munera, q̃ in beate N. virginis, ⁊ martyris tue solẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari: p. Cõ. Simile est regnũ celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas, iuenta vna pretiosa margarita dedit oĩa sua, et cõparauit eam. Post cõ. Auxilientur nobis, dñe, sumpta mysteria, et intercedente beata. N. virgine, et

mar

marty:e tua, sépiterna pro-
tectione confirment: Per.

¶In natali plimaꝝ virgin.
Ad missā. Officiū. Ton⁹. i.



Afferentur regi virgines postea proxime eius offerētur tibi in letitia, et exultatione, adducentur in templum regi domino. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opa mea regi. ℣. Glia

Deus, qui nos in deo. tantis periculis cōstitutos pro humana scis fragilitate nō posse subsistere, da nobis per merita sanctarum virginum. ℟. et. ℟. castitatem, et patientiam, pacem, et salutem mētis, et corporis: vt ea, quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus: p. dnm

Ad Corinthios. j. Ca. vij.

Fratres: De virginibus pręceptum domini nō habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino, vt sit fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instātem necessitatem: quoniā bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? Noli querere solutionem. Solutus es ab vxore? noli querere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autē vobis parco. Hoc itaque dico fratres: tēpus breue est. Reliquum est, vt et qui habent vxores, tanquam non habentes sint: Et qui flent, tanquam non flentes: et qui gaudent, tanquam nō gaudentes: et qui emunt, tanq̄ nō possidentes: Et qui vtūtur hoc mundo, tanquam nō vtantur. Pręterit enim figura huius mundi. Uolo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicit⁹ est, quę domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est, quę sunt mūdi, quomodo placeat vxori, et diuisus est. Et mulier innupta, et virgo cogitat, quę domini sūt, vt sit sancta, et corpore, spū i Christo Iesu dño nostro.

℟. Media nocte clamor factus est, ecce spōs⁹ vēit, exite obuiā ei.

℣. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerũt lampades suas, et exierunt obuiam sponso. Alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus, media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiam Christo domino. Si vero tale sit tempus, in quo nõ cantatur all'a, ⁊ nõ sit festũ. j. vel. ij dig. dicatur tractus. Qui seminãt. Regreĩ natali aplõr̃. Secundũ Mat. Cap. xxv



In illo tẽpore: Dixit dominus Jesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnum celorũ decem virginibus: que accipiẽtes lampades suas exierũt obuiam spõso, ⁊ spõse. Quinque autem ex eis erãt fatue, et quinque prudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus nõ sumpserunt oleum secũ. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Mora autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, et dormierũt. Media autem nocte clamor factus est, ecce spõsus venit: exite obuiã ei. Tunc surrexerũt omnes virgines ille, ⁊ ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostre extinguũtur. Respõderunt prudentes, dicentes. Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis. Dum autẽ irent emere, venit spõsus: et que parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, ⁊ clausa est ianua. Nouissime uero veniunt ⁊ relique virgines dicentes. Domine, domine, aperi nobis. At ille respõdens ait. Amẽ dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neq; horam. Offert. Offerẽtur regi virgines post eã, proxime eius offerentur tibi. Sacra

Concede, quesumus, omnipotens deus, vt huius sacrificij munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, ⁊ muniat, et virginum sanctarum N. ⁊ N. meritis, ⁊ precibus a preteritis nos deli-

delictis exuat, et futuris: p. Cōmun. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce spōsus venit, exite obuiā Christo domino. Post cōmu.

Onera tua domine, q̄ sumpsimus, nos supplicatione sanctarum virginum tuarū N. et N. a delectationibus terrenis expediant, et celestib⁹ semper instruāt alimentis: Per dominum.

¶ In natali continentium omnia dicātur de festo scte Marie Egyptiace mense Aprilis: Fol. ccxij. ¶ In festis sanctorum, qui veniūt in tempore resurrectionis, cuiuscunq̄ dignitatis sint, cum non habent proprium offiū, dr offiū, quod sequit.

Tonus. 7.

Protexisti me, Deus, a cōuētu malignantium, alla, a multitudine operantiū iniquitatem, alla, alla. ℣. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor, a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria Pri. Si fuerit doctor, Officium In medio eccle. Istud officiū requirere in natali vnius doctoris. Dicatur Gloria in ex. Dum festum est. ix. lectionū vel trium. Oratio. Sacra Post cōi: et Epistola, vt in alio tempore. Loco. R. dr. Alla. ℣. In die resurrectionis mee (dicit Dominus) precedam vos in Galileam. Alleluia. ℣. Cōfitebūtur celi mirabilia tua, domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sctorum. Itē nota, quod in festis. j. ij. et iij. dign. dicitur. All. vt in alio tēpe. Secundū Joanē. Cap. xv.



In illo tēpore: Dixit dominus Jes⁹ discipulis suis. Ego sum vitis vera, et pater meus agricola est: Omnem palmitem ī me non ferentem fructum tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgabit eum: vt fructū plus afferat. Jā vos mūdi estis pter sermonē, quē locut⁹ sum vobis. Manete ī me, et ego ī vobis. Sicut palmes nō potest ferre fructū a semetipso, nisi mā serit in vite, sic nec vos, nisi

in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructũ multũ: quia sine me nihil potestis facere. Si qs in me nõ mãserit, mittetur foras, sicut palmes, et arescet, et colligent eũ, et in ignẽ mittent, et ardet. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcunq; volueritis petetis, et fiet vobis. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua, dñe, etenim veritatem tuam in eclesia sanctorũ, all'a, all'. Cõ. Letabitur iustus in dño, et sperabit in eo, et laudabũtur omnes recti corde, all'. all'.

Incipiũt Misse votiue.

In commemoratione angelorum. Officium. Tonus. 8.

Benedicite dñm õnes angeli eius potentes virtute: qui facitis verbum illius ad audiendã vocẽ sermonũ ei⁹. ℣. Benedic anima mea dño, et oĩa, que intra me sũt, nomini sãcto ei⁹. ℣. Gl'ia patri. Nõ dicatur. Gloria in. Nisi fuerit dies dñica. Orõ.

Perpetuum nobis, domine, tue miserationis presta subsidium: quibus et ãgelica prestitisti suffragia nõ deesse: per dominũ nr̃m.

Apocal. btĩ Joã. aplĩ. xix.

In diebus illis: Dixit mihi angelus: scribe, beati, qui ad cenã nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit mihi. Hec verba Dei vera sunt. Et cecidi ãte pedes eius: vt adorarem eum. Et dixit mihi. Vide ne feceris, cõseru⁹ enim tu⁹ sum, et fratrũ tuorũ habentiũ testimoniũ Jesu. Deum adora. ℟. Benedicite dñm oẽs angeli eius potẽtes virtute: qui facitis verbũ eius. ℣. Benedic aĩa mea dño, et õnia interiora mea nomini sãcto ei⁹. All'a. ℣. Scte Michael archãgele defende nos in prelio: vt nõ pereamus in tremẽdo iuditio.

Secundũ Joã. Capite. v.



In illo tẽpe: Erat dies festus Judeorũ, et ascẽdit Jesus Jerosolymã. Est autem Jerosolymis ĩ pbatica piscina, que cognominatur Hebraice Bethsaida, quinq; porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna lãguẽtiũ, cecorũ, claudorũ, aridorũ, expectãtiũ aque

aque motum. Angel⁹ autē dn̄i descendebat secundum tempus in piscinam, et mouebatur aqua. Et qui prior descēdisset in piscinam post motionem aque, sanus fiebat, a quacunq3 detinebat̄ infirmitate. Offer. Stetit angelus iuxta aram templi, habēs thuribulum aureum ī manu sua, et data sunt ei incensa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, all'a. Sacra. Ostias tibi, dn̄e, laudis offerimus suppliciter deprecantes, vt easdē pro nobis angelico interueniente suffragio ⁊ placat⁹ accipias, et ad salutem nostram prouenire concedas: Per. Dicatur prefatio vsua. Cō. Benedicite oēs angeli dn̄i dn̄o, hymnum dicite, ⁊ super exaltate eum in secula. Postcōmuni. Repleti, dn̄e, benedictione celesti suppliciter imploramus: vt quod fragili celebramus officio, sanctorum angelorū, atq3 archangelorū nobis pdesse sentiam⁹ auxilio. Missa d̄ trinitate. Offin. Tonus. 8 Benedicta sit sancta trinitas, atq3 idiuisa vnitas: cōfitebimur ei, quia fecit nobiscū misericordiam suam. ℣. Benedicamus Patrē, ⁊ Filiū, cū Sctō spū: laudem⁹, ⁊ super exaltemus eum in secula. ℣. Gloria Patri. Nō dicat̄. G ria i excelsis deo. Nisi fuerit i dies dn̄ica. Oro.

Omnipotēs, sempiterne de⁹, qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gl'iā agnoscere, et ī potētia maiestatis adorare vnitatē, qs, vt eiusdē fidei firmitate ab ōnib⁹ semper muniamur aduersis: p. Ad Corint. ij. Capite. xiij.

Fratres, in dn̄o gaudete, pfecti estote, exhortamini, idem sapite. Pacē habete: ⁊ deus pacis, ⁊ dilectiōis erit vobiscū. Salutate inuicē in osculo sctō. Salutāt vos omnes sancti. Gratia dn̄i nostri Jesu Christi, charitas dei, ⁊ communicatio Sancti spiritus sit semper cum omnibus vobis amen. In Christo Jesu dn̄o nostro. ℟. Benedictus es, domine, qui intueris abyssos, ⁊ sedes super Cherubī. ℣. Benedicite Deum celi: quia fecit nobiscum misericordiā suā. All'. ℣. Qualis Pr̄, talis Filius, talis spūs sctūs

Secundū Ioā.ca.xv.xvi.



In illo tempore: Dixit dñs Iesus discipulis suis. Cum venerit Paracletus, quē ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis: vt non scandalizemini. Absq3 synagogis faciēt vos. Sed vēit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis, quia non nouerunt Patrē, neq3 me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorū, reminiscamini, quia ego dixi vobis. Offerto. Benedictus sit deus Pater, vnigenitusq3 dei filius, sanctus quoque Spiritus: qr fecit nobiscū miam suā. Sacr.

Sanctifica (quesumus) domine deus noster, per tui sancti nominis inuocationē huius oblationis hostiā: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternū: p.

Cō. Benedicimus deū celi, et coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Post cōmu.

Proficiat nobis ad salutem corporis, et anime, domine deus noster, huius sacramenti susceptio, et sempiterne sācte trinitatis, eiusdemque indiuidue vnitatis cōfessio: per. ¶ Missa de Spū scō. offm. Con. x.

Spiritus dñi repleuit orbē terrarū, alla: et hoc, quod continet omīa, scientiā habet vocis: alla, alla, all. ℣. Exurgat de⁹, et dissipentur inimici ei⁹: et fugiāt, qui oderūt eū, a facie ei⁹. ℣. Gl̃ia. ¶ A lxx. vsq3 ad resurrectionē or. sequens. Offm.

Cum sanctificat⁹ fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris, et effundam super vos aquā mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et dabo vobis spiritū nouū: ℣. Benedicam dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo ℣. Gloria patri, et Filio, et spūi. Nō dr. Gloria i excelsis. Orō.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illu-

illustratiõe docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper cõsolatiõe gaudere: Per dñm n. J. C. f. t. q. t. v. & r. in vnitate eiusdẽ Spiritus sancti de⁹ per omnia secula seculoꝝ. Amen. Vel alia Oratio.

Deus, cui omne cor patet, & omnis lingua loquitur, et quẽ nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt perfecte te diligere, & digne laudare mereamur: p dñm n.

Actuũ Aploꝝ. Capi. viij.

In dieb⁹ illis: Cũ audissẽt apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum. Nondũ enim in quenquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine domini Jesu. Tũc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. ℣. Beata gens, cuius est dñs de⁹ eoꝝ, populus, quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alla. ℣. Veni, sancte spũs, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

Secundũ Joan. Cap. xiiij.



In illo tẽpore: Dixit dominus Jes⁹ discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit. Et pr̃ me⁹ diliget eũ: & ad eũ veniem⁹, & mansionẽ apud eũ faciem⁹. Qui non diliget me, sermones meos non seruat. Et sermonẽ, quẽ audistis, nõ est meus, sed eius, q misit me Patris. Hec locut⁹ sũ vobis apud vos manẽs. Paracletus autẽ Spiritus sanctus, quẽ mittet Pater i nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quecũqz dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: Pacẽ meã do vobis. Non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Nõ turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: vado, et venio ad vos.

Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis, priusquã fiat: vt, cum factũ fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi hui⁹, et in me non habet quicq;. Sed vt cognoscat mũdus, quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Offerto. Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis a templo tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent reges munera, alleluia. Secra. Sacrificia (quesum⁹) dñe, oblata sãctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda: Per. Prefa. vsual. Cõ. Factus est repente de celo sonus aduenientis spirit⁹ vehementis, vbi erant sedentes, (Alla) et repleti sunt ões Spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alla, alla. Post cõ. Sancti spũs, dñe, corda nostra mũdet infusio, et sui roris intima aspersione fecundet: Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecũ viuit, et regnat in vnitate eiusdẽ.

Missa de cruce. Ad missã. Offiñ. Ton⁹. 4. Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quẽ saluati, et liberati sumus. ℣. Deus misereatur nr̃i, et benedicat nobis: illuminet vultum suũ super nos, et misereatur nostri. ℣. Gloria Pri. Non dr. Gloria in excelsis deo. Oratio. Deus, qui vnigeniti filii tui domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti, concede (quesumus) eos, qui eiusdẽ sancte crucis gaudent honore, tua quoq; vbiq; protectione gaudere: Per eundem dñm nostrum. Jesum. Ad Philippẽses. Capi. ij. Fratres: Christus factus est pro nobis obediẽs vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et deus exultauit illũ, et donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ: vt in nomine Jesu omne genu flectat celestiũ, terrestriũ, et infernorũ. Et omnis lingua cõ-

confiteatur: quia dominus Jesus Christus in gloria est dei Patris. ℞. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autē crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomē, quod est super omne nomen. Alla. ℣. Dulce lignū dulces clauos, dulcia ferens pōdera: q̄ sola fuisti digna sustinere regē celorum & dn̄m.

Secundum Matthęum. Capite. xx.



In illo tempore: Ascendēs Jesus Jerosolymam assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis. Ecce ascēdimus Jerosolymam, et filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, et cōdemnabunt eū morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendū, et tertia die resurget. Offer. Protege, dn̄e, plebem tuam p signū sanctę crucis ab omnibus insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum, alluia. Sacra. Hec oblatio (quęsum⁹) dn̄e, ab omnibus nos purget offensis: quę in ara crucis immolata etiam totius mūdi tulit offensam: p. Pręfa. vsua. Cō. Per signū crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Post cōmun. Adesto nobis, dn̄e de⁹ noster, et quos sanctę crucis lętari facis honore, eius quoque perpetuis defende subsidijs: Per dn̄m.

In honore beatissi. virginis Marię. Ad miss. Offim.



Salue sancta parēs, enixa puerpera regem: qui cęlum, terráque regit ī secula seculorū. ℞. Virgo dei genitrix, quem totus nō capit orbis, ī tua se clausit viscera, factus homo. ℣. Gloria Patri. Rex virginum amator Deus, Marię decus, eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Christe Deus de patre, homo nat⁹ Maria matre, eleison. Christe eleison. Christe eleisō. Paraclete obūbrās corp⁹ Marię, eleison. Kyrie el. Kyrie el. Gl'ia in ex.

De sancta Maria. Oratio

Concede nos famulos tuos (quęsumus) domine deus, perpetua mētis,

et corporis salute gaudere, et gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, et futura perfrui letitia: per

Sapientie. Capite. xxiiij.



Ab initio, et ante secula creata sum, et vsq3 ad futurū seculum nō desinā: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, et in ciuitate sanctificata similiter requieui, et in Jerusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorum detentio mea. Allā. ℣. Benedicta, et venerabilis es virgo Maria, que sine tactu pudoris effecta es mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Alleluia ℣. Salue, virgo mater dei, templū sancti Spirit⁹, que sola vocari digne meruisti regina celorū, et domina. Allā. ℣. Post partū, virgo, inuiolata permansisti, dei gēitrix, intercede pro nobis. In tempore Resurrectionis. Alleluia. ℣. Surge mater redemptoris, medicina peccatoris, fac placatum tuum natum, qui pro suo grege mori dignatus est.

Secundum Lucā Capit. j.



In illo tēpore: Repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, et exclamauit voce magna, et dixit ad beatam Mariam. Benedicta tu īter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Dñi mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultauit ī gaudio infās in vtero meo. Et beata, que credidisti, quoniā perficientur in te ea, que dicta sunt tibi a dño. Et ait Maria. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

¶ In tēpore resurrectiōis.

Secundū Joannē. Ca. xix.



In illo tempore: Stabant iuxta crucem dñi Jesu Maria mater ei⁹: et soror matris eius

eius Maria Cleophe, et Maria magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrẽ, et discipulũ stantẽ, quẽ diligebat, dicit matri sue. Mulier, ecce filius tu⁹. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suam. Offe. Felix nanq3 es sacra virgo Maria, et õni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitie, Christus Deus noster. Sacra.

Tua, dñe, propitiatiõe, et beate Marie semper virginis intercessione ad perpetuam, atq3 presentẽ hec oblatio nobis proficiat ꝓsperitatem, ꝛ pacẽ: p. Prefa Et te in veneratione: Cum cantu solenni. Cõ. Beata viscera Marie virginis: que portauerũt eternis patris filium. Postcõ.

Sumptis, Dñe, salutis nr̃e subsidijs, da qũs, beate Marie semper virginis, nos patrocinijs vbiq3 ꝓtegi: ĩ cui⁹ veneratiõe hec tue obtulimus maiestati: p dominum. ¶ In aduentu Dñi Officium.

Rorate celi desuper, ꝛ nubes pluant iustũ: aperiat terra, et germinet saluatorem. V. Et iustitia oriatur simul: ego dñs creaui eũ. V. Gloria Pri. Dicat. Kyrie de rex virg. Gloria in excelsis. De sancta Maria. Oratio

Deus, qui de beate Marie virginis vtero verbum tuũ, angelo nuntiãte, carnem suscipere voluisti, pͣsta supplicib⁹ tuis: vt, qui vere eã genetricẽ dei credim⁹, ei⁹ apud te intercessiõibus adiuuemur: Per dñm. Esaie prophe. Capite. vij



In diebus illis: Locutus est dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi signũ a domino Deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, ꝛ non tentabo Dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nũqd parum vobis est molestos esse hominib⁹, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo cõcipiet, ꝛ pariet filiũ, ꝛ vocabit nomẽ eius Emmanuel. Butyrum, et mel comedet:

vt sciat, reprobare malum, ꝛ eligere bonum. ℟. Tollite portas príncipes vestras, ꝛ eleuamini portę ęternales, ꝛ introibit rex glorię. ℣. Quis ascendet in montē dñi, aut quis stabit in loco sctō eiꝰ: innocēs manibꝰ, ꝛ mundo corde. Alla. ℣. Ecce virgo conci piet, ꝛ pariet filiū Iesū Christū. Secundū Lucā. Capite. j.



In illo tépore: Missus est angelus Gabriel a deo, in ciuitatē Galilęę: cui nomē Nazareth, ad virginem desponsatā viro: cui nomen, erat Ioseph de domo Dauid: ꝛ nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, dñs tecū. Benedicta tu in mulieribus. Quę cū audisset, turbata est in sermōe eius, ꝛ cogitabat, q̄lis esset ista salutatio. Et ait āgelꝰ ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud dominum. Ecce, concipies in vtero, et paries filium, ꝛ vocabis nomē eius, Iesum. Hic erit magnus, ꝛ filiꝰ altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus, sedem Dauid patris eius: et regnabit in domo Iacob in ęternum: et regni eiꝰ nō erit finis. Dixit autem Maria ad angelū. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, ꝛ virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq̄, ꝛ quod nascet ex te sanctum, vocabitur filiꝰ Dei. Et ecce Helizabeth cognata tua, ꝛ ipsa cōcepit filium in senectute sua: ꝛ hic mēsis est sextus illi, quę vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum ōne verbū. Dixit autem Maria. Ecce, ancilla Domini: fiat mihi, secundum verbū tuum. Offerto. Aue Maria, gratia plena, dominus tecū. Benedicta tu in mulieribus, ꝛ benedictus fructꝰ ventris tui. Sacrā

In mentibus nostris, quęsumus domine, vere fidei sacramēta cōfirma: vt, qui cōceptum de virgiē deum verum, ꝛ hominē cōfitemur: per eiusdem salutifere resurrectionis potentiam ad ęternā mereamur per-

peruenire letitiã. Per eun. Cõ. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel. Post cõmu.

Gratiam tuam (quęsumus) domine, mentibus nostris infunde: vt qui angelo nuntiãte Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, et crucẽ, ad resurrectionis gloriam perducamur: Per eundem

¶ In tempore infantie dr hic officium.



Vultum tuũ deprecabunt omnes diuites plebis: adducẽt regi virgines post eam, proxime eius offerẽtur tibi in letitia, et exultatione. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Dicãtur Kyrie de rex virginũ et Gloria ĩ excelsis

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis ęternę beatę Marię virginitate fęcunda humano generi pmia prestitisti, tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, p quã meruimus autorem vitę suscipere Dñm nostrũ Jesum

Ad Titũ. Ca. iij.



Charissime: Apparuit benignitas, et humanitas saluatoris nostri Dei. Non ex operibus iustitie, que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Per lauacrũ regenerationis, et renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abũde, per Jesum xp̃m saluatorem nostrum. Ut iustificati grã ipsius, heredes simus secundũ spem vitę ęternę in xp̃o Jesu dño nostro. ℟. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus ĩ eternum. ℣. Propter veritatẽ, et mansuetudinem, et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Post partum, virgo, inuiolata permãsisti, Dei genitrix intercede pro nobis. Secũdum Lucam. Capite. ij.



In illo tẽpore: Pastores loqbantur ad inuicem, dicentes. Trãseamus vsque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit

P

dñs, ⁊ ostēdit nobis. Et venerūt festinātes, ⁊ iuenerūt Mariā, ⁊ Ioseph, ⁊ infantē positū in pręsepio. Videtes autē cognouerūt de verbo, quod dictū erat illud de puero hoc. Et ōnes, qui audierūt, mirati sūt, ⁊ de his, quę dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria autē conseruabat omnia verba hęc, cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes, ⁊ laudantes deū in omnibus, quę audierant, ⁊ viderāt sicut dictū est ad illos. Offr. Offerēt regi virgines post eā, proximę eius offerentur tibi.

Muneribus nostris (qs̄) dñe, prcci: busq; susceptis, ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clemēter exaudi: p. Pręfa. Et te i venera. Cum cātu solēni. Cō. Simile est regnum cęlorū homini negotiatori quęrenti bonas margaritas inuenta vna preciosa margarita: dedit ōnia sua, ⁊ comparauit eam. Post cōm.

Hęc nos cōmunio, dñe, purget a crimine: ⁊ intercedente beata Dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes: per.

Liturgia i honore sacratissimi nōis virginis Dei genitricis Marię. Introitus.



Canite tuba in Siō, sōet Marię nomen in auribus nostris, ⁊ corda nr̄a exultabunda iubilent. ℣. Mirabiles elatiōes maris, mirabilis in Maria dñs. ℣. Glia Patri. Dicatur Kyrie de rex virginum, ⁊ Gloria in De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui gloriosissimā matrem tuam angelo prenuntiante Mariam nominari voluisti, cōcede, quęsumus, vt, qui dulce Marię nomen implorant, perpetuum sentiant tuę benedictionis effectum: p dñm.



Lctiō lib. Iudith. Benedicta es tu filia a dño deo excelso pręomnibus mulieribus. Benedictus dñs, qui creauit cęlum, et terrā, qui te direxit in vulnera capitis pr̄cipis inimicorum nostrorum. Quia hodie nomē tuū ita magnificauit, vt nō recedat laus tua de ore hōinū: qui memores fuerīt vir-

virtutis domini in eternū, pro quibus nō pepercisti animę tuę propter āgustias, et tribulatiōem generis nostri: sed subuenisti ruinę āte cōspectum Dei nostri. Benedicta tu a deo in omni tabernaculo Jacob, quoniā in omni gente, quę audierit nomē tuum, magnificabitur super te Deus Israel. Deo gratias. ℟. Emissionis nominis Marię paradisus, vnde fluunt aromata. ℣. Marię nomen puteus est aquarum viuentium, quę manant impetu de Libano. Alla, all. ℣. A solis ortu vsque ad occasum inclytum est Marię nomen, cuius eloquium dulce, et facies decora nimis. ¶ A septuagesima vsq; ad pasc. tract⁹

O Celebre Marię nomen fama super ethera notū. ℣. Nulla potest satis animi solertia tuū laudare Maria nomē. ℣. Illustras, Maria, tuo coruscō nomine terras: semper honos, nomenq; tuū, laudesq; manebunt. ℣. Quum scriptum eternō teneas orbe nomen. Sequētia sancti Euāgelij secundū Lucam. Capite. j.

In illo tempore: Missus est angel⁹ Gabriel a deo in ciuitatem Galilęe, cui nomē Nazareth ad virginem desponsatā viro, cui nomē erat Joseph de domo Dauid: et nomē virginis Maria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue grā plena, dñs tecū, benedicta tu in mulieribus. Quę cū audisset, turbata est in sermone ei⁹, et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Offerto. Afferte domīo gloriā, et honorem, et in Marię nomine adorate illum. Sacra.

Oblatum tibi, (qs̄) domine, sacrificium sāctissimi Marię matris tuę nominis deuotionem augeat, et illius nos meritis viuificet sēper, et muniat: Qui viuis. Prefa. Et te in veneratione sanctissimi nominis Marię exultātibus animis laudare. Cōmuni.

Vocatū est nomē Marię ab angelo, priusquam in vtero conciperetur, quod os domini ab eterno nominauit. Post commun.

Clementiam tuam sic nobis (qs̄) domine, sacratissimi Marię matris tuę

nominis cultus cōciliet: vt quos celestib⁹ reficis sacramentis perpetuis protegas miseratus auxilijs: Qui vi.

¶ Missa pro salute. Offiu.



Salus populi ego sū (dicit dñs) de quacū que tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos, ⁊ ero illorum dñs in perpetuum. ℣. Attēdite, populemeus, legem meā, inclinate aurē vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ Filio. Oratio.

Omnipotens, sempiterne deus, salus eterna credentium, exaudi nos pro famulo tuo infirmo. N. p quo misericordie tue imploram⁹ auxiliū: vt reddita sibi sanitate, gratias ⁊ tibi in ecclia tua referat actionē: p.

Lctō eple bti Jacob. ca. v.



Charissimi: Tristatur aliquis vestrū: oret equo animo, ⁊ psallat. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie, ⁊ orēt super eū vngentes eū oleo in nomini domine: ⁊ oratio fidei saluabit infirmum. Et alleuiabit eum dominus: et si i peccatis sit, remittēt ei. Cōfitemini ergo alterutrū peccata vestra, et orate pro inuicem, vt saluemini. ℟. Miserere mihi, dñe, quoniam infirmus sum: sana me, domine. ℣. Cōturbata sunt omnia ossa mea, et anima mea turbata est valde. Alla. ℣. Verba mea auribus pcipe, domine, intellige clamorē meum. Sibecmissa celebret in tempore quo non cantat alla, dicatur tractus. Commouisti dñe terram, ⁊ cōturbasti eā. ℣. Sana cōtritiones eius: qz mota est. ℣. Ut fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui.

Secundum Mat. Ca. viij



In illo tēpore: Cum introisset Jes⁹ Capharnaū, accessit ad eum Cēturio rogās eū, ⁊ dicēs. Domine puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquet. Et ait illi Jesus. Ego veniam, ⁊ curabo eum. Et respondens Centurio ait. Dñe nō sum dign⁹, vt intres sub tectum meum, sed tātū dic verbo, ⁊ sanabitur puer meus. Nā ⁊ ego homo sum sub potestate constitutus, ha-

habens sub me milites, et dico huic, vade, et vadit: et alio, veni, et venit: Et seruo meo, fac hoc, et facit. Audiēs autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: nō inueni tantā fidem in Israel. Dico autē vobis, quod multi ab oriēte, et occidēte venient, et recumbēt cum Abraham, Isaac, et Jacob in regno celorum. Filii autē regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, et stridor dētium. Et dixit Jesus Centurioni. Uade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Offerto. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: nō moriar, sed viuam, et narrabo opera Domini. Sacra.

Deus, sub cuius nutibus vite nostre momenta decurrūt, suscipe preces nostras, et hostias pro famulo tuo. N egrotanti, pro quo misericordiam tuā imploramus: vt de cuius periculo metuimus, de eius salute letemur: p. Cō. In salutari tuo anima mea, et in verbū tuū speraui: quando facies de persequentibus me iudiciū, iniqui persecuti sunt me, adiuua me, dn̄e, deus meus. Post cōm

Deus, infirmitatis humane singulare presidium, auxilii tui super infirmum famulum tuum ostende virtutem: vt ope misericordie tue adiutus, ecclesie tue sancte representari mereatur incolumis: Per dn̄m.

¶ Missa tempore mortalitatis, et pestilentie. Officiū.

Recordare, dn̄e, testamenti tui: dic angelo percutienti, cesset iā manus tua: vt non desoletur terra, et ne perdas omnē animā viuā. ℣. Qui regis Israel intēde, qui deducis, velut ouem, Joseph. ℣. Gloria patri. Oro.

Deus, qui nō mortem, sed penitentiā desyderas peccatorum, populum tuum (qs̄) ad te conuerte propitius: vt dum tibi deuotus extiterit, iracundie tue ab eo flagella amoueas: p. Lctō lib. regū. ii. Ca. xxiiii.

In diebus illis: Immisit dn̄s pestilentiam in Israel de mane vsque ad tēpus constitutū. Et mortui sunt ex populo a Dā vsque ad Bersabee septuaginta

milia virorũ. Cũq; extẽdis set manũ suã angelus dñi super Jerusalem, vt disperde ret eã: misert⁹ est dñs super afflictionẽ, ⁊ ait angelo per cutiẽti populum. Sufficit: nunc cõtine manum tuam. Erat autẽ ãgelus dñi iuxta areã Areuna Jebusei. Dixitq; Dauid ad dñm, cũ vi disset angelũ cędentẽ popu lũ. Ego sum, qui peccaui, ⁊ ego inique egi: isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Uertatur, obsecro, manus tua cõ tra me, et cõtra domum patris mei. Uenit autem Gad propheta ad Dauid ĩ die illa: ⁊ dixit ei. Ascende, ⁊ con stitue altare dño in area Areuna Jebusei. Et ascendit dauid iuxta sermonẽ Gad, quẽ pręceperat ei domin⁹. ℟. Misit dñs verbum suum, ⁊ sa nauit eos, ⁊ eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur dño misericordię eius, et mirabilia eius filij hominũ. Alla. ℣. Saluabo populum meum in medio Jsrael, et ero eis in deum in veritate, ⁊ iustitia. Si hęc missa celebreẽ in tẽpore, quo non cãtatur Alla. dicatur tractus. Cõmo uisti, dñe, terram. Require in missa pro salute: Secundũ Lucã. Ca. iiij.



In illo tẽpore: Surgẽs Jesus de synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illũ pro ea. Et stans super illã imperauit febri, ⁊ dimisit illam: et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebãt infirmos varijs lãguoribus, ducebant illos ad eum: at il le singulis manus imponẽs curabat eos. Exibant autẽ demonia a multis clamantia, ⁊ dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans nõ sinebat ea loqui, quia sciebãt ipsum esse Christum. Facta autẽ die egressus ibat in desertũ locum, et turbę requirebant eũ, ⁊ venerunt vsq; ad ipsum: ⁊ detinebant illũ, ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare regnum Dei: quia ideo mis sus sum. Et erat prędicans in

in synagogis Galilee. Offer. Stetit pontifex inter mortuos, et viuentes habens thuribulum aureum in manu sua, et offerens incensi sacrificiū placauit irā dñi, et cessauit plaga a populo. Sacra

Subueniat nobis (quesumus) dñe sacrificij presentis oblatio: que nos ab erroribus vniuersis potenter absoluat, et a totius perditiōis incursu eripiat: Per. Cōm

Multitudo languentiū, et qui vexabāt a spiritib⁹ inmūdis, curabātur ab eo, q2 virtus ď illo exibat, et sanabat omnes. Postcōmu.

Exaudi nos, deus salutaris noster, et intercedente beata dei genitrice, sēper q3 virgīe Maria, populū tuū ab iracūdie tue terroribus libera, et misericordie tue fac largitate securum: P.

Missa pro pace. Officiū

Da pacem, domine, sustinētibus te, vt prophete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, et plebis tue Israel. ℣. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis mee. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spūi. Orō.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tēpora sint tua protectione tranquilla: per dominum nr̄m Jesum.

Ad Ephesios. Capite. iiij.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in domino: vt digne ābuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, et vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus dominus, vna fides, vnū baptisma. Unus deus, et pater omnium: qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum amen. ℟. Ecce q3 bonū, et quā iucundū habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentum in capite eius, quod descendit in

barbam barbam Aaron. Alla. ℣ Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Si hec missa celebretur i tempore, quo non cantatur alla, dicatur tractus Qui habitat in adiutorio altissimi, in ꝓtectione dei celi cõmorabitur. ℣. Dicet dño susceptor meus es tu, ꝛ refugium meum, deus meus sperabo in eũ. ℣ Quoniam ipse liberabit me ᵭ laqueo venãtiũ, ꝛ a verbo aspero ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi, ꝛ sub pennis eius sperabis. Secundũ Mat. Ca. xviij.



In illo tẽpe: Respiciens Jesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro. Si peccauerit in te frater tuus, vade, ꝛ corripe eũ inter te, ꝛ ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnũ, vel duos: vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si nõ audierit eos, dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnic⁹, et publicanus. Amen dico vobis: quecunq3 alligaueritis super terrã, erunt ligata et in celo. Et quecunq3 solueritis super terram, erunt soluta ꝛ i celo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quancunque petierint, fiet illis a patre meo, qui in celis est. Ubi enim sũt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum dixit. Dñe, quoties peccabit i me frater meus, dimittam ei vsque septies? Dixit illi Jesus. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Offer. Meditabor in mandatis tuis, que dilexi valde: ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua, que dilexi nimis. Sacra. Deus, qui credentes in te populos nullis finis conterri terroribꝰ, dignare preces, ꝛ hostias dicate tibi plebis suscipere: vt pax tua pietate cõcessa christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos: Per dñm. Cõm. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie

mee

meę ad custodiendas iustificationes tuas. Post commu

Deus auctor pacis, et amator (quē nosse, vivere, cui servire regnare est) protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus: p. Missa contra paganos. Officium

Dominus fortitudo plebis suę, et protector salutationū christi sui est: saluū fac populū tuū, domine, et benedic hereditati tuę, et rege eos vsq3 i seculum. ℣. Ad te, domine, clamabo, deus meus, ne sileas a me: nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui cōteris bella, et impugnatores in te sperantium potentia tuę defensiōis expugnas, auxiliare implorantibus misericordiam tuam: vt omnium gētium feritate compressa, indefessa te gratiarum actiōe laudemus: per. Vel alia oro

Omnipotēs, sempiterne deus, in cuius manu sunt omnium potestates, et omnium iura regnorum, respice in auxilium christianorum: vt gētes paganorum, que in sua feritate confidūt, dextere tuę potentia conterantur: p. Ad Ephe. ca. vi.

Fratres: Confortamini ī domino, et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, et sanguinē: sed aduersus principes, et potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cōtra spiritualia nequitię in cęlestibus. Propterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere in die malo, et ī omnibus perfecti stare. State ergo succincti lūbos vestros in veritate, et induti loricam iustitię, et calceati pedes in preparationē euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum dei, per omnē orationem, et obsecrationem orantes omni

tēpore in spiritu, In Christo Jesu dñonr̃o. ℟. Sciāt gentes, quoniam nomē tibi, deꝰ, tu solus altissimus super omnem terram. ℣. Deus meus, pone illos, vt rotam, & sicut stipulā ante faciem venti. Alla. ℣. Dñe, refugium factus es nobis a generatione, & progenie. Si hęc missa celebret in tēpore, in quo nō cantat alla, dicat tractꝰ. Qui confidūt in dño, sicut mōs siō, nō cōmouebit̃ ī ęternū qui habitat in Jerusalē. ℣. Mōtes ī circuitu eius, & dñs in circuitu popli sui ex hoc nunc, & vsq3 in seculum. Secundū Mar. Capit. xj.



In illo tēpe: Cū vespera facta esset: egrediebatur Jesus de ciuitate. Et cum mane trāsirēt, viderunt ficum aridam factam a radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei. Rabbi, ecce ficꝰ, cui maledixisti, aruit. Et respōdens Jesus ait illis. Habete fidem Dei. Amē dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, tollere, & mittere in mare, & nō hesitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, omnia, quęcunq3 orantes petitis, credite, quia accipietis, et euenient vobis. Et cum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquē: vt & pater vester, qui in celis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nō dimiseritis, nec pater vester, qui in celis est, dimittet vobis peccata vestra. Offer. Dñe, ad adiuuādum me festina: cōfundantur ōnes, qui cogitāt seruis tuis mala. Sacra.

Sacrificium, dñe, quod immolamꝰ intende placatꝰ: vt ꝓpugnatores tuos ab omni exuas paganorum nequitia, & in tuę protectionis securitate constituas: per dominū. Cō. Erubescāt, et conturbētur ōnes inimici mei: auertantur retrorsum, & erubescant valde velociter. Post cōm.

Protector noster aspice deus, et propugnatores tuos a pagānorum defende periculis: vt ab omnibus perturbationibꝰ semoti liberis tibi mentibus seruiant: Per dominum nr̃m.

¶ Missa de quinqz vulneribus Domini nostri Jesu xpi. Officiū.



Humiliauit semetipsum Dñs nr̃ Jesus Christ⁹ vsqz ad mortem, mortem autem crucis: propter quod ⁊ Deus exaltauit illum, ⁊ donauit illi nomē, quod est super omne nomen. ℣. Misericordias dñi in eternū cantabo in generatione, ⁊ progenie pronuntiabo veritatem tuam in ore meo. ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui humanum genus in quinque vulnerib⁹ filij tui dñi nostri Jesu Christi redemisti, presta supplicibus tuis, vt, qui eadē vulnera quotidie veneramur, ⁊ pretiosā eius mortem, ⁊ sanguinem: mortem subitāeam, et eternam euadere mereamur: p eundem. Zacharie. Capite. xij. ⁊ xiij.

Hec dicit dominus de⁹ Effūdā sup domū David, ⁊ super habitatores Jerusalē spiritū gratie, ⁊ miserationis. Et aspiciēt ad me, quē confixerunt: et plāgent eū planctu, quasi super vnigenitum, et dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa, erit planctus magnus in Jerusalē: ⁊ dicet ei. Quid sunt plage iste, in medio manuū tuarum? Et dicet. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Framea suscitare sup pastorē meū, ⁊ super virum coherentē mihi: dicit dñs exercituū. Percute pastorē, ⁊ dispergētur oues. Ait dñs omnipotēs.

℟. Improperiū expectauit cor meū, ⁊ miseriam, sustinui, qui simul mecum contristaretur, ⁊ non fuit: consolātem me quesiui, et nō inueni. ℣. Et dederunt in escam meam fel: ⁊ in siti mea potauerūt me aceto. ℣. Aue rex tu solus nostros miseratus errores, patri obediēs, ductus ad crucem, vt agnus mansuetus ad occisionem: tibi gloria, osan-na, tibi summa laudis, honestatis corona. Si hec missa celebretur ī tempore, quo nō cantatur alla, dicat tractus. Deus, deus meus, respice in me, q̃re me dereliquisti? ℣. Longe a salute mea verba delictorum meorū. ℣. De⁹ de⁹ me⁹ clamabo per diem, nec exaudies: ī nocte, ⁊ nō ad insipiētiam mihi.

Secundum Joannem. Ca. xix.



In illo tempore: Sciens Jesus, quia omnia consummata sunt: vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Uas autem erat positum acepto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit, Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judei ergo, quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum: vt frangerentur eorum crura, et tollerentur. Uenerunt ergo milites: et primi quidem fregerunt crura, et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus aperuit, et continuo exiuit sanguis, et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit, et verum est testimonium eius.

Offer. Insurrexerunt in me viri iniqui, absque misericordia quesierunt me interficere, et lancea sua vulnerauerunt me, et concussa sunt omnia ossa mea. Sacra.

Omnipotens, sempiterne Deus, tibi hanc hostiam immolamus in honore quinque vulnerum filij tui dommini nostri Jesu Christi, suppliciter deprecantes: ut, quos precioso sanguine eiusdem filij tui redimere dignatus es, a morte subitanea digneris, et a perpetua liberare: p. Prefa. Qui salutem humani generis. Com. Foderunt manus meas, et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Post com.

Sumptis sacramentis, omnipotens Deus, in honore quinque vulnerum filij tui domini nostri Jesu Christi, misericordiam tuam humiliter imploramus: vt, quos precioso sanguine eiusdem filij tui redemisti, a morte subitanea, et perpetua liberare digneris: Per eundem.

¶ Missa pro peccatis. officium.



Omnia, que fecisti nobis, domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, et mandatis tuis

tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. ℣. Magnus dominus, et laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius. ℣. Gloria Patri, et Filio. Oro

Exaudi, quesumus domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, et pacem: Per Dñm.

Jone prophete. Capit. iij.



In diebus illis: Factum est verbū domini ad Jonam prophetam secundo dicēs. Surge, et vade in Niniuen ciuitatem magnam: et predica in ea predicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, et abijt in Niniuen iuxta verbū domini. Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit Jonas introire in ciuitatem itinere diei vnius, et clamauit, et dixit. Adhuc q̄draginta dies, et Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuite in dñm, et predicauerūt ieiuniū, et vestiti sūt saccis a maiore vsq; ad minorē. Et puēit verbū ad regē Niniue, et surrexit de solio suo, et abiecit vestimētū suum a se, et indutus est sacco, et sedit in cinere, et clamauit, et dixit in Niniue ex ore regis, et principū eius dicēs. Homines, et iumenta, et boues, et pecora nō gustent quicquam, nec pascantur, et aquam nō bibant. Et operiant saccis homines, et iumenta clamēt ad dñm in fortitudine, et cōuertatur vir a via sua mala, et ab iniquitate, que est in manibus eorum. Quis scit, si cōuertetur, et ignoscat deus, et reuertatur a furore ire sue, et non peribimus? Et vidit deus opa eorū, quia conuersi sūt dē via sua mala, et misertus est populo suo dñs Deus nr̄. ℟. Propitius esto, dñe, peccatis nostris: nequando dicāt gentes, vbi est deus eorū? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, et pp̄ter honorem nominis tui, domine, libera nos. Alleluia. ℣. Verba mea auribus percipe, domine, intellige clamorem meum. Si hec missa celebretur a lxx. vsque

ad pascha dicatur tractus. Dñe, non secundum peccata nr̃a facias nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum nr̃arum antiquarum, cito anticipẽt nos misericordie tue: quia paupes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ꝛ propter gloriã nominis tui, dñe, libera nos, ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ.

Secundũ Joañẽ. Cap. viij



In illo tẽpore: Perrexit dñs Jes⁹ in montẽ oliueti, et diluculo iterum venit in tẽplum: ꝛ omnis populus venit ad eum, ꝛ sedens docebat eos. Adducunt autem scribe, ꝛ Pharisei mulierẽ in adulterio deprehensam, ꝛ statuerunt eã in medio, ꝛ dixerũt ei. Magister, hec mulier modo deprehẽsa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentãtes eum: vt possent accusare eũ. Jesus autem inclinãs se dorsum, digito scribebat in t'ra. Cũ ergo perseuerarẽt interrogantes eũ, erexit se, et dixit eis. Qui sine peccato est vestrũ, p'im⁹ in illã lapidẽ mittat. Et iterũ se iclinãs scribebat ĩ terrã. Audiẽtes autẽ hec, vnus post vnũ exibãt, incipiẽtes a senioribus: et remãsit solus Jesus, ꝛ mulier in medio stans. Erigẽs aũt se Jes⁹ dixit ei. Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? Nemo te condẽnauit? Que dixit: Nemo, dñe. Dixit autẽ Jesus: nec ego te condemnabo. Uade, ꝛ iam amplius noli peccare. Uel istõ euãg.

Secundum Lucã. Capi. v.



In illo tẽpore: Factum est in vna dierum, ꝛ dñs Jesus sedebat docens. Et erant Pharisei sedẽtes, ꝛ legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilee, ꝛ Judee, ꝛ Jerusalem: et virtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominẽ, qui erat paralyticus, ꝛ querebant eũ inferre, ꝛ ponere ante

ante eum. Et non inuenientes, qua parte illum inferrēt pre turba, ascēderūt supra tectum, et per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Jesum. Quorum fidē vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare Scribe, et Pharisei dicētes, Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Ut cognouit autem Jesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittūtur tibi peccata, an dicere, surge, et ambula? Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge: tolle lectum tuū, et vade in domum tuā. Et cōfestim consurgens coram illis tulit lectum, ī quo iacebat, et abijt in domum suam magnificans Deum. Et repleti sunt timore dicētes: quia vidimus mirabilia hodie. Offer. Miserere mihi, Domine, secundum magnam misericordiam tuam, dele, domine, iniquitatem meam. Secreta.

Hostias tibi, dñe, placationis offerimus: vt et delicta nostra miseratus absoluas, et nutancia corda tu dirigas: p. Cō. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, et fiet vobis. Presta nob., qs. Post. eterne saluator, vt per cipiētes hoc munere veniā peccatorum, deinceps peccata vitemus: Per. ¶ Missa pro amico. Officium.

Inclina, domie, aurē tuam ad me, et exaudi me: saluum fac seruū tuum, Deus meus, sperantem ī te: miserere mihi, domine, quoniam ad te clamaui tota die. ℣. Letifica animam serui tui, quoniam ad te, domine, animam meam leuaui. ℣. Gloria Patri, et Filio. Oratio.

Omnipotens, sempiterne deus, miserere famulo tuo. N. et dirige eum secundū clementiam tuam in viā salutis eterne: vt te donāte tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat: p. Esaie prophe. Capi. xviij. et xix.

Hec dicit dñs deus. In

die illa deferetur mun⁹ dño exercituum, ꝛ rex fortis dominabitur eorum. In die illa erit altare domini in medio terre Egypti, ꝛ cognoscet dñs ab Egypto, et colent eum cum hostijs, ꝛ muneribus, et vota vouebunt dño, ꝛ soluent. Et reuertetur ad dñm, ꝛ placabit eis, ꝛ sanabit eos. In die illa erit Israel benedictio in medio terre, cui benedixit domin⁹ exercituum dicens. Benedictus populus meus, ꝛ opus manuum mearum, hereditas mea Israel. Dicit Dñs omnipotens. ℟. Saluum fac seruum tuum, deus meus, sperātē in te. ℣. Aurib⁹ percipe, dñe, orationem meam. Alla. ℣. In te, dñe, speraui, non confundar in eternum: ꝛ i tua iustitia libera me. Si hec missa celebret in tēpore quo nō cantatur Alla. dicatur tractus. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum. ℣. Ecce, sicut oculi ancille in manibus domine sue. ℣. Ita oculi nostri ad dñm deum nostrum: donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis, dñe, miserere nobis.

Secundū Marcū. Ca. xij.



In illo tēpore: Sedens dominus Iesus contra Gazophylaciū aspiciebat, quomodo turba iactaret es ī Gazophylaciū, et multi diuites iactabant multa. Cum vēisset autem vidua vna paup, misit duo minuta (quod est quadrās) Et conuocans Discipulos suos, ait illis. Amē dico vobis, quoniā vidua hec pauper plus omnibus misit: qui miserūt in Gazophylaciū. Omnes enim ex eo, quod abūdabat illis miserūt. Hec vero de pēuria sua omnia, que habuit, misit, totum victū suum. Offr. In te speraui, dñe, dixit tu es deus meus, in manibus tuis tēpora mea. Sacra.

Proficiat, quesumus, domine, hec oblatio, quam tue supplices offerimus maiestati ad salutem famuli tui. N. vt tua prouidētia eius vita inter aduersa, et prospera vbique dirigat Per dominum nostrū. Cō Cum inuocarem te, exaudisti me

deus

de⁹ iustitie meę: i tribulatiōe dilatasti mihi: miserere mei dñe: ⁊ exaudi orōnē meā. Post cōmun.

Sumentes, dñe, ppetuę sacramenta salutis tuā deprecamur clementiā, vt p ea famulū tuū. N. ab omni aduersitate protegas: p.

Missa votiua pro salute viuorū. Officium.

Domin⁹ fortitudo plebis suę, ⁊ protector salutariū christi sui est: saluum fac populum tuum, dñe, ⁊ benedic hereditati tuę, et rege eos vsque in seculū. ℣. Ad te, domine, clamabo, deus meus, ne sileas a me: nequādo taceas a me: et assimilabor descendentibus in lacum. ℣. Gloria patri. Oratio

Pretēde, dñe, famulis, et famulabus tuis dexterā cęlestis auxilij: vt te toto corde pquirant, ⁊ que digne postulāt assequantur: p

Lectō li. Macha. ij. Capi. i.

In diebus illis: Oratione faciebāt sacerdotes dū offerrent sacrificiū pro populo Israel. Ionatha inchoante, ceteris autē respondentibus, ⁊ dicentibus. Benefaciat vobis de⁹, ⁊ meminerit testamenti sui, quod locut⁹ est ad Abrahā, Isaac, ⁊ Iacob seruorū suorū fideliū. Et det vobis cor ōnib⁹ vt colatis eū, et faciatis eius voluntatē. Adaperiat cor vestrū in lege sua, ⁊ in preceptis suis, ⁊ faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, ⁊ reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo dñs deus vester. ℟. Saluū fac populū tuū, dñe, ⁊ benedic hereditati tuę. ℣. Ad te dñe clamaui, de⁹ me⁹, ne sileas a me: ⁊ similis ero descendentibus i lacū. All. ℣. Ostēde nobis, domine, misericordiā tuā, ⁊ salutarē tuū da nobis. Si hec missa celebret in tpe, quo nō cantat alla, dicat tract⁹. Qui cōfidūt in dño, sicut mons Sion, non cōmouebitur in eternum, qui habitat in Ierusalē. ℣. Mōtes in circuitu eius, ⁊ dñs i circuitu populi sui ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculū.

Secūdū Matt. Capi. vij.



In illo tēpore: Dixit dominus Iesus discipulis suis. Omnia quecūq; vultis, vt faciāt vob hoies,

et vos facite illis: Hec est enim lex, et prophete. Intrate per angustam portam: quia lata porta, et spatiosa via est, que ducit ad perditionē: et multi sunt, qui intrāt per eam. Quam āgusta porta, et arcta via est, que ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inueniunt eam. Offert. Populum humilem saluum facies, Domine, et oculos superborum humiliabis: quoniam quis Deus preter te domine? Sacra

Propitiare, dñe, supplicationibus nostris: et has oblationes, quas tibi pro incolumitate famulorum, famularumq; tuarum offerimus, benignus assume: et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, presta, quesumus, vt, quod fideliter petim⁹, efficaciter cōsequamur: Per dñz. Cō. Panis, quē ego dedero, caro mea est pro mundi vita. Post cōmu

Da famulis, et famulabus tuis, quesum⁹ domine, ī tua fide, et syncerita te cōstantiam: vt ī charitate diuina firmati nullis tentatiōibus ab eius integritate euellātur: Per. ¶ Pro persecutione Ecclesie. Offiā.

Omnia, que fecisti nobis, dñe, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, et mandatis tuis nō obediuimus: sed da gloriā nomini tuo, et fac nobiscū secū dū multitudinē misericordie tue. ℣. Magnus dñs, et laudabilis nimis ī ciuitate dei nr̄i, in mōte sancto eius. ℣. Gloria Patri. Orō.

Ecclesie tue, quēs dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate: p. Lctō li. Hester. Cap. xiij.

In diebus illis: Orauit hester ad dominū dicēs. Dñe deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: et nō est qui possit tue resistere volūtati. Si decreueris saluare nos, cōtinuo liberabimur. Tu enī dñe fecisti celum, et terram, et quicquid celi ambitu continetur. Tu es deus omniū, et non est, qui resistat volun tati tue. Et nūc domine rex regum, deus Abraham, miserere populi tui: quia volunt nos inimici nostri perdere, et he-

& hereditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam, quã redemisti tibi, sed exaudi deprecationem nostrã, & propitius esto sorti, & funiculo hereditatis tuę. Et cõuerte luctũ nostrum in gaudium: vt viuentes laudem⁹ nomen tuũ. Et ne claudas ora canentium te dñe deus noster. ℟. Propiti⁹ esto, dñe, peccatis nostris: nequando dicãt gentes, vbi est Deus eorum? ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster, & propter honorem nominis tui, dñe, libera nos. Alla. ℣. Ostende nobis, dñe, misericordiã tuã, & salutare tuum da nobis. Si hec missa celebretur in tempore, quo non cãtatur alla, dicatur tractus. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Israel, sepe expugnauerunt me. ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi: dñs iustus concidet ceruices peccatorũ. Secũdũ Lucã. Capi. xviij



In illo tẽpore: Dicebat dñs Jes⁹ parabolam hanc ad Discipulos suos. Quoniã oportet sẽper orare, & nõ deficere, dicens: Judex quidam erat in quãdam ciuitate, qui deũ nõ timebat, & hominem non reuerebat. Vidua autẽ quędã erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens. Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tẽpus. Post hec autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominẽ reuereor: tamen quia molesta est mihi hec vidua, vindicabo illam: ne in nouissimo veniẽs sugillet me. Ait autem dñs. Audite, quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem nõ faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die, ac nocte, et patientiam habebit i illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Offerto. Sicut in holocausto arietum, & taurorum, et sicut in milibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrũ i cõspectu tuo hodie: vt placeat tibi: quia non est confusio confidentib⁹ in te domine. Sacra.

Protege nos, quesum⁹ domine, tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes, et corpore tibi

famulemur, et mente. Com. In salutari tuo anima mea, et in verbum tuū supersperaui: quādo facies de persequentibus me iudiciū: iniqui persecuti sunt me adiuua me dñe deus meus. Post cō. Quotidiani, dñe quesumus, munere sacramēti perpetue nobis tribue salutis augmētū: p. ¶ Missa pro pluuia postula. Officiū



Sicut oculi seruorum in manibus dñorum suorum, ita oculi nostri ad dñm deum nostrū: donec misereatur nostri, miserere nobis, dñe, miserere nobis. ℣. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Gloria pri.

Deus, in quo viuimus, mouemur, et sumus, pluuiam nobis tribue congruentem: vt presentibus subsidijs sufficienter adiuti sēpiterna fiducialius appetamus: p. Jeremie pphe. Ca. xiiij.

Hec dicit dñs deus. Nunquid proijciens abiecisti Judam, aut Siō abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacem, et nō est bonū, et tēpus curatiōis, et ecce turbatio. Cognouimus, dñe, impietates nras, iniquitates patrum nostrorum: quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neqz facias nobis contumeliam. Solij glorie tue recordare: ne irritum facias fedus tuū nobiscum. Nūquid sunt in sculptilibus gentium, qui pluant? aut celi possunt dare imbres, nisi tu volueris? Nonne tu es dñs deus noster, quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hec, dñe deus noster. R. Ostende nobis, dñe, misericordiam tuā, et salutare tuū da nobis. ℣. Benedixisti, dñe, terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. All. ℣. Dñe deus salutis mee, i die clamaui, et nocte coram te. Si hec mis sa celebretur in tpe, quo nō cātat alla. dr tract. Ad te leuaui oculos. Quere in missa ð amico. Scdz Mat. Ca. xv.



In illo tēpore: Dixit Dñs Jesus discipulis suis. Misereor turbe: quia triduo iam perseuerāt mecum, et nō

et non habent, quod mãducent: et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in via. Et dicũt ei discipuli. Unde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbã tantam? Et ait illis Jesus. Quot habetis panes? At illi dixerunt, septem, et paucos pisciculos. Et pręcepit turbę: vt discũberet super terram. Et accipiens septẽ panes, ⁊ pisces, ⁊ gratias agens fregit, ⁊ dedit discipulis suis, ⁊ discipuli dederũt populo. Et comederũt omnes, ⁊ saturati sũt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septẽ sportas plenas. Erãt autem, qui manducauerũt, quatuor milia hominum extra paruulos, ⁊ mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculam: ⁊ discipuli eius cum eo. Offerto. Benedixisti, dñe, terrã tuã, auertisti captiuitatem Jacob, remisisti iniquitatẽ plebis tuę. Secr. Oblatis, quęs dñe, placare mũerib⁹: ⁊ opportunum tribue nobis pluuię sufficientis auxiliũ, et aridã terrę faciem fluẽtibus hymbribus celestibus dignãter infunde: Per. Cõ. Dñs dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum. Post cõ. Tuere nos, Dñe, qũs, tua sancta sumentes, ⁊ ab omnibus propitius absolue peccatis: p. Missa ad poscendã serenitatẽ. Offiñ.

Omnia, quę fecisti nobis, dñe, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, ⁊ mandatis tuis non obediuim⁹: sed da gloriam nomini tuo, ⁊ fac nobiscum secundũ multitudinem misericordię tuę. ℣. Magn⁹ dñs, ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei nostri, in monte sancto ei⁹. ℣. Gła pri. Oratio.

Ad te nos, dñe, clamãtes dignãter exaudi, ⁊ aeris serenitatẽ nobis tribue supplicãtib⁹: vt, qui pro peccatis nr̃is iuste affligimur, misericordia tua pueniẽte clemẽtiã sentiamus: p. Jeremie threnor. ca. ij. ⁊. iij



In dieb⁹ illis: Locutus est Jeremias dicẽs. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum. Effunde, sicut aquam cor tuum ante

conspectum domini. Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorũ: qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum. Vide, domine, et cõsydera, quẽ vindemiaueris ita. Ergo ne comedẽt mulieres fructum suum, paruulos ad mensurã palme? Si occiditur in sanctuario dñi sacerdos, et propheta? Inundauerunt aque super caput meũ. Dixi, perij: inuocaui nomẽ tuũ, dñe, de lacis nouissimis. Uocem meam audisti: ne auertas aurem tuam a singultu meo, et clamoribus. Appropinquasti in die, quãdo inuocaui te: dixisti, ne timeas. Iudicasti, domine, causam anime mee. Redemptor vite mee, domine deus meus. ℟. Ne auertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. ℣. Saluũ me fac, deus, quoniam intrauerunt aque vsq3 ad animam meam: infixus sum in limo profundi, et non est substantia. Alla. ℣. De profundis clamaui ad te, domine, domine, exaudi vocem meam. Si hec missa celebretur in tempore, quo nõ cantatur alla, dicatur sequẽs tractus. De profundis clamaui ad te, domie, dñe, exaudi vocẽ meã. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris, dñe, dñe, quis sustinebit? ℣. Quia apud te propitiatio est, et propter legẽ tuã sustinui te dñe. Scõz Lucã. Ca. viij.



In illo tempore: Factũ est in vna dierũ, et Jesus ascẽdit in nauiculã, et discipuli eius, et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum: Et ascenderũt. Et nauigãtibus illis, obdormiuit: et descendit procella venti in stagnum, et compellebãtur, et periclitabantur. Accedẽtes autem suscitauerunt eũ dicentes. Preceptor, perimus. At ille surgens increpauit ventum, et tempestatem aque, et cessauit, et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt ad inuicem dicentes. Quis putas hic est, quia et vẽtis, et mari imperat, et obediũt ei? Offer. Deus tu cõuersus viui-

viuificabis nos, & plebs tua lętabitur in te: ostende nobis, dñe, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Sacra. Reueniat nos, quęsumus dñe, tua gratia semper, et subsequatur: & has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas offerimus, benignus assume: vt per intercessionem sanctorum tuorum cunctis nobis proficiant ad salutē: Per dominum nostrū. Cō. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Postcō. Plebs tua, dñe, capiat sacrę benedictionis augmētum, & copiosis beneficiorum tuorum subleuetur auxilijs: quę tantis intercessionū deprecationibus adiuuatur: p.

Missa p iter agētibus oīm.

Esto mihi in deum, protectorem, et in domū refugij, vt saluum me facias: quoniā firmamentum meum, et refugium meū es tu, & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. ℣. In te, domine, speraui non cōfundar in ęternum, in iustitia tua libera me. ℣. Gloria Patri. Oratio. Adesto, dñe, supplicationibus nostris, & viā famulorum tuorum in salutis tuę prosperitate dispōe: vt inter ōnes vię, & vitę huius varietates tuo semper protegantur auxilio: Per.

Lctō libri Genes. Ca. xlvj.

In diebus illis: Profectus Israel cū omnibus, quę habebat, venit ad puteū iuramenti. Et mactatis ibi victimis deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentē sibi. Jacob, Jacob. Cui respōdit: Ecce adsum. Ait illi Deus. Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere. Sed descende in Egyptum, quia in gētem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, et ego inde adducam te reuertentem: Dicit dñs omnipotēs. ℟. Angelis suis Deus mādauit de te: vt custodiāt te ī omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabūt te: ne vnquam offendas ad lapidem pedē tuū. All. ℣. Dñe deus salutis meę ī die clamaui & nocte corā te.

Si hec missa celebretur i tēpore, quo non cātatur alla, dicatur sequens tractus. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei celi cōmorabitur. ℣. Dicet dño susceptor meus es tu, & refugium meū deus meus, sperabo i eū. ℣. Quoniā ipse liberauit me de laqueo venātium, & a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Secundum Lucam. Capite. x.



In illo tēpore: Dixit dominus Iesus discipulis suis. Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, nec calciamenta, et neminem per viam salutaueritis. In quācūq3 domum intraueritis, primū dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illū pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, que apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Offert. Perfice gressus meos i semitis tuis: vt nō moueantur vestigia mea: inclina aurem tuā, et exaudi verba mea: mirifica miās tuas, qui saluos facis sperantes in te, dñe. Sacra.

Propitiare, Dñe, supplicationibus nostris, et has oblatiōes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: vt viam illorum precedente gratia tua dirigas, et subsequente comitari digneris: vt de actu, atq3 in columitate eorū secundum misericordie tue presidia gaudeamus: Per. Cō. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee, ad custodiendas iustificationes tuas. Post cō.

Tua, dñe, famulos tuos in te sperantes, que sumpsimus, sacramēta custodiāt: et contra omnes aduersantium tueātur incursus: Per

¶ Missa pro quacunq3 tribulatione. Offīn.



Salus populi ego sum (dicit dñs) de quacūque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos, & ero illorum dñs in perpetuū. ℣. Attēdite popule meus legē meā, inclinate aurem vestram i verba

oris mei. ℣. Gloria Patri. Oro

Ineffabilem misericordiam tuã, dñe, nobis clementer ostende: vt simul nos et a peccatis omnibus exuas, ⁊ a penis, ⁊ a tribulationibus, quas pro ijs meremur, eripias: Per Dñm.

Hieremie pph. Capite. xiiij

In diebus illis: dixit Jeremias. Si iniquitates nostre contenderint cõtra nos, dñe, libera nos ꝑpter nomen tuum: quoniam multe sunt aduersiones nostre. Tibi peccauimus, expectatio Israel, saluator noster in tẽpore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in terra, ⁊ quasi viator declinans ad manendũ? Quare futurus es, velut vir vagus, ⁊ fortis, qui non potest saluare? Tu autẽ in nobis es, dñe, et nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos, dñe, deus noster. ℟. Protector noster aspice, deus, ⁊ respice super seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutũ, exaudi preces seruorũ tuorũ. Alla. ℣. Ostende nobis, Dñe, misericordiam tuã, ⁊ salutare tuũ da nobis.

Si hec missa celebretur ĩ tẽpore, quo nõ cantatur alla, dicatur tractus. De necessitatib⁹ meis eripe me, dñe, vide humilitatem meã, ⁊ laborem meũ, ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te, dñe, leuaui animam meã, deus me⁹, in te confido, non erubescam, neqȝ irrideãt me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur: cõfundantur omnes faciẽtes vana.

Secundum Lucã. Cap. xj.



In illo tempore: Dixit dñs Jesus discipulis suis. Petite, et dabitur vobis: Querite, et inuenietis. Pulsate, ⁊ aperietur vobis. Omnis enĩ, qui petit, accipit: et qui querit, ĩuenit: ⁊ pulsãti aperietur. Quis autẽ ex vobis Patrem petit panem, nunquid lapidẽ dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouũ, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester de celo dabit spiritũ

bonum petentibus se. Offr. De profundis clamaui ad te, domine, domine, exaudi vocem meã. Sacra.

P Urificet nos, quesumus, domine, muneris presentis oblatio, et dignos sacra participatione perficiat: Per. Cõ. Inclina, domine, aurem tuã: accelera, vt eruas nos domine. Post cõ.

P Resta, quesumus domine, vt terrenis affectibus expiati ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus: p.

¶ Missa pro ijs, qui capti sunt. Ad missam oia dicant, vt in festo vinculorũ sancti Petri mense Aug. fo. ccxliij et excep. q euãge. sit. Uenit Jesus. Require in eius cathedra in mense Febr. Fo. ccv. & orõnes sequẽtes dicãtur. Orõ

D Eus, qui beatum Petrum Apostolum tuũ a vinculis absolutum, illesũ abire fecisti, famuli tui. N. in captiuitate positi vincula solue, & eũ ipsius meritis illesũ abire concede: p. Sacra.

Q Uesumus, domine, super hostias benedictio copiosa descẽdat: que & famuli tui. N. capti vincula soluãt, et de illius liberatione noscito letificẽt: p. Post cõ.

P Reces nostras, quesumus, domine, clementer exaudi: & per hec sacramenta, que sumpsimus, intercedente beato Petro apostolo tuo, famulum tuũ a vinculo sue captiuitatis tua libera pietate, & misericordia: Per.

¶ Missa pro confitẽte peccata sua. Ad missam. Offm.



S I iniquitatẽ obseruaueris, domine, domine, quis sustinebit? quia apud te propitiatio est Deus noster. V. De profundis clamaui ad te, domine, domine, exaudi vocem meã. V. Gloria patri. Oratio.

O Mnipotẽs, sempiterne deus, confitenti tibi famulo tuo. N. pro tua pietate omnia peccata relaxa: vt non plus ei noceat conscientie reatus ad penam, quam indulgẽtia tue pietatis prosit ad veniam: Per dominũ.

Ad Galatas. Capite. vlti.



F Ratres: Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi in-

instruite in spiritu lenitatis: considerans te ipsum, ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem Christi. R. Propitius esto, dñe, peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? V. Adiuua nos deus salutaris noster, et propter honorem nominis tui, dñe, libera nos. Alla. V. De profundis clamaui ad te, dñe, dñe, exaudi vocē meā. Si hec missa celebretur i tēpore, quo nō cantatur alla, dicatur tract9. De profundis. Require in missa ad poscendam serenitatem. Secundum Lucam. Capite. xv.



In illo tēpore: Erāt appropinquātes ad Iesū publicāi, et peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Pharisei, et Scribe dicentes, quia hic peccatores recipit, et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicēs. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, et si perdiderit vnam ex illis, nōne dimittit nonaginta nouem in deserto, et vadit ad illam, q̄ perierat, donec inueniat eam? Et cū inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, et veniens domū cōuocat amicos, et vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouē meam, que perierat. Dico vobis: quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agēte, q̄z super nonaginta nouem iustis, qui nō indigent penitētia. Aut que mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnā, nonne accendit lucernā, et euertit domum, et querit diligēter, donec inueniat eam? Et cū inuenerit, conuocat amicas, et vicinas, dicens. Cōgratulamini mihi: quia inueni drachmam, quam perdideram. Ita (dico vobis) gaudium erit corā angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Offer. Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum, domine, quoniam non derelinquis querentes te: psallite domino, qui habitat in Sion, quoniam non est oblitus orationes pauperum. Sacra.

PResta, quesumus, omnipotens, et misericors deus, ut hec oblatio, quam tibi offerimus pro famulo tuo N. qui propria confessus est facinora, sit in oculis tuis accepta: quatenus per hec sancta commercia indulgentiam valeat percipere delictorum: p. Co. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, et fiet vobis Post com

OMnipotens, et misericors deus, qui peccatorum indulgentiam in confessione celeri posuisti, succurre lapsis, miserere confessis: et famulum tuum, quem delictorum catena constringit, magnitudo tue pietatis absoluat: Per dominum. ¶ Missa de angelo custode. Officium.

SAlue, sancte custos, quem ad mei custodiam diuina pietas destinauit: cui sit honor, et gloria in secula seculorum Amen. ℣. Benedic anima mea domino, et omnia, que intra me sunt nomini sancto eius. ℣. Gloria Patri. Oratio.

DEus, qui ad exequenda prouidentie tue mysteria sic conditionis humane sublimas dignitatem, ut etiam singulis hominibus singulos spiritus gloriosos propter eos, qui hereditatem salutis capient, in ministerium dignatus es deputare, concede propitius, ut tanti beneficii memoriam recensendo, et tibi laudem et gloriam, et beatissimo angelo custodi meo reuerentiam, et dignum merear impendere famulatum: Per dominum. Lectio li. apoca. bti Jo. apo. Ca. xix



IN diebus illis: Audiui vocem de celo dicentem mihi. Scribe: beati, qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et cecidi ante pedes angeli, ut adorarem eum. Et dicit mihi. Uide ne feceris: conseruus tuus sum, et fratrum tuorum habentium testimonium Jesu. Deum adora. Testimonium enim Jesu est spiritus prophetie. ℟. Tu es spes mea, gloriose angele, altissimus posuit, et mihi dedit refugium tuum. ℣. Non accedat igitur ad me malum, et flagellum non appropinquet tabernaculo meo. All. ℣. Tu es signaculum simi-

similitudinis dei, plen⁹ sapiētia, et perfect⁹ decore, habens signū dī viui: me ergo, custos mi gl'iose, cōsigna, et seruis dī aggrega gloriosis. Scdm Matt. Cap. iiij.



In illo tempore: Assūpsit Jesum diabolus in sanctā ciuitatem, et statuit eū super pinnaculum templi, et dixit ei. Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptū est enim. Quia angelis suis mādauit de te, et ī manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Jesus rursum. Scriptū est: Non tentabis dñm deū tuum. Iterum assumpsit eū diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorū, et dixit ei. Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Jesus. Vade sathana. Scriptum est enim: Dñm Deum tuum adorabis, et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserūt, et ministrabāt ei. Offer. Cum prosterno preces meas in cōspectu Dei mei tempore sacrificij, tu gloriose angele, qui astas ante Dominum, offer eas altissimo, et vẽi tribue mihi desyderiorū meorū abundantiam. Sacra

Hec precor, dñe, munera tibi oblata sāctifica: quibus et nostra scelera deleantur, et te iubēte, gloriosi āgeli custodia circa me peramplius augeat. Per. Cō. Gaudiū tibi erit, angele, super me peccatore tibi commisso pęnitentiam agente, et tuis intercessionibus dei gloriam obtinente.

Prosint mihi, Postcō. dñe, ad salutem corporis, et anime, hec, que ego īdignus sumpsi, visibilia sacramenta: et presta borū virtute, vt illo inuisibili cibo, et potu mereamur perfrui, quo angelus custos meus in cęlis vtitur cum beatis: Per.

¶ Missa p defūctis. Offīn.



Requiem eternā dona eis, dñe, et lux ppetua luceat eis. ℣. Te decet hymnus deus in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem, exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Oratio pro masculo.

Inclina, dñe, aurē tuā ad preces nostras, quibus misericordiam tuam suppli ces deprecamur: vt animā famuli tui, quam de hoc seculo migrare iussisti, i pacis, ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorū iubeas esse consortem: Per Dñm.

Pro femina. Oratio.

Quesumus, dñe, p tua pietate miserere aīe famule tue, ⁊ a contagijs mortalitatis exutam in eterne saluationis partem restitue: Per dominum. Pro omnibus defunctis. Oratio

Fidelium deus omniū conditor, ⁊ redemptor: animabus famulorum, famula rūq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quā semper optauerūt, pijs sup plicationibus consequant: Qui vi. Lectō lib. Apocaly beati Joan. aplī. Capi. xiiij

In diebus illis: Audiui vocem de celo dicē tē mihi. Scribe. Beati mortui, qui in dño moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus: vt requiescant a labo ribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. ¶ In tēpore resurrectionis. Ad Corinthios. j. Capite. xv.

Fratres: Christus resurrexit a mortuis, primitie dormiētium: quoniā, quidem per hominē mors, ⁊ per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes viuificabunt. Unusquisque autē in suo ordine, primitie xp̄s. Lectō lib. Mac. ij. Cap. xij.

In diebus illis: Vir fortissimus Judas collatione facta duodecim milia drachmas argenti misit Jerosolymā offerri eas ibi pro peccatis mortuorum iuste, et religiose de resurrectiōe cogitās. Nisi enim eos, qui ceciderāt resurrecturos sperarett, superfluū videretur, et vanū orare pro mortuis. Et quia cōsiderabat, quod ij, q cū pietate dormitionē acceperāt, optimam haberent repositam gratiā. Sācta ergo, ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. Ad Thessalonicē. Capite. iiij.

Fratres: Nolum⁹ vos ignorare de dormientibus: vt nõ cõtristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quod Jesus mortuus est, et surrexit, ita ꝛ deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Dñi: quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentu dñi non preueniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse dñs in iussu, ꝛ i voce archãgeli, ꝛ in tuba dei descẽdet de celo, ꝛ mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deide nos, qui viuim⁹, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubib⁹ obuiam Christo in aera, et sic semper cum dño erimus. Itaq; cõsolamini inuicẽ in verbis istis. ℞. Requiem eternam dona eis dñe, ꝛ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erunt iusti, ab auditione mala nõ timebũt. Tractus. De profundis clamaui ad te, dñe, dñe, exaudi vocẽ meam. ℣. Fiãt aures tue intendentes in orõnem serui tui. ℣. Si iniquitatem obseruaueris dñe, dñe, quis sustinebit? Tractus pro sacerdotibus. Sicut ceru⁹ desyderat ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te, Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deũ fontẽ viuũ: quãndo veniã, ꝛ apparebo ante faciem dei mei? In tẽpore resurre. tractus. Dicit dñs, ego sum resurrectio, ꝛ vita: qui credit i me, etiã si mortu⁹ fuerit, viuet. ℣. Et õnis, qui viuit, ꝛ credit in me, nõ morietur in eternum. ℣. Absolue, dñe, animas eorũ ab omni vinculo delictorũ. ℣. Ut in resurrectiõis gl'ia iter sctõs tuos resuscitati respirẽt. Secundũ Joãn. Capit. vj.



In illo tẽpore: Dixit dominus Jes⁹ discipulis suis, ꝛ turb; Judeorum. Ego sum panis viuus, q de celo descẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et panis, quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabãt ergo iudei adinuicem dicẽtes. Quomodo potest hic nobis carnẽ suã dare ad mãducandum? Dixit ergo eis Jesus. Amen, amen dico

vobis: nisi manducaveritis carnē filij hominis, et biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam ī vobis. Qui manducat meam carnem, ꝛ bibit meum sanguinem, habet vitam eternā. Et ego resuscitabo eū ī nouissimo die.

In tempore resurrectionis. Secundū Joā. Capite. xj.

In illo tpe: Dixit Martha ad Jesum. Dñe, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuꝰ. Sed et nunc scio, quia quecūqꝫ poposceris a deo, dabit tibi deꝰ. Dicit illi Jesꝰ. Resurget frater tuꝰ. Dicit ei Martha. Scio quia resurget ī resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Jesus. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiā si mortuus fuerit viuet. Et omnis, qui viuit, ꝛ credit in me, nō morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ dñe, ego credidi, quia tu es Christus filius dei viui, qui in hunc mundum venisti.

Secundū Joanē. Capi. v.

In illo tēpore: Dixit Jesꝰ discipulis suis, ꝛ turbis Judeorū. Sicut Pater suscitat mortuos, et viuificat, sic ꝛ Filius, quos vult, viuificat. Neqꝫ enim Pater iudicat quēq̄ꝫ, sed omne iudiciū dedit filio: vt oēs honorificēt Filiū: sicut honorificant Patrē. Qui nō honorificat Filium, nō honorificat Patrem, qui misit illum. Amen, amē dico vobis: qꝛ, qui verbum meum audit, ꝛ credit ei, q misit me, habet vitam eternam. Et in iudicium nō venit, sed transiet a morte in vitā.

Pro aniuersario. Secūdū Joanē. Ca. vj.



In illo tēpore: Dixit dominus Jesꝰ discipulis suis, ꝛ turbꝫ Judeorū. Omne qđ dat mihi pater ad me, veniet: ꝛ eū, qui venit ad me, nō eijciā foras. Quia descendi de celo, nō vt faciā voluntatē meā, sed voluntatem eius, qui misit me. Hec est enim voluntas eius, qui misit me Patris: vt omne, quod dedit mihi, nō perdā ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est autē voluntas Patris mei: qui misit me: vt oīs, qui videt Filiū

Filium et credit in eum, habeat vitam ęternã: et ego resuscitabo eũ ĩ nouissimo die

Secundũ Joãnẽ. Capi. v.



In illo tẽpore: Dixit dominus Jesus discipulis suis et turbis Judeorum. Amen, amẽ dico vobis, quia, qui verbũ meũ audit, et credit ei, qui misit me, habet vitam ęternam: Et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam. Amẽ, amẽ dico vobis, quia venit hora, et nũc est: quando mortui audient vocem filij dei, et qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam ĩ semetipso, sic dedit et filio, habere vitam in semetipso, et potestatem dedit ei, iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes, qui in monumẽtis sũt, audient vocem filij Dei, et procedẽt, qui bona fecerũt in resurrectionem vitę: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Offerto. Dñe Jesu Christe, rex glorię, libera animas fidelium defunctorũ de pęnis inferni, et de profundo lacu, libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas Tartarus: ne cadant in obscura tenebrarum loca: sed signifer sanctus Michael reprę sentet eas in lucem sanctam: quã olim Abrahę promisisti, et semini eius. ℣. Hostias, et preces tibi, dñe, laudis offerimus, tu suscipe eas pro animabus illis, quarũ hodie memoriam agimus: fac eas, dñe, de morte transire ad vitam. ℣. Redemptor animarum oĩum christianorum mitte archangelũ sanctum Michaelem: vt ille clementer eas eripiat de regionibus tenebrarũ, et perducat eas in sinũ Abrahe, et in lucem sempiternã, quã oli abrahę promisisti, et semini eius. Sacra pro masculo.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris pro anima famuli tui: pro qua tibi offerimus hoc sacrificium laudis: vt eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris: Per

Sacra pro femina.

His sacrificijs, domine, quęsumus, anima famulę tuę a peccatis omnibus exuatur: sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per

hec pie placationis officia perpetuam misericordiam cõsequatur: Per dominum.

Sacra p omnib⁹ defunctis

Hostias, quesumus dñe, quas tibi pro animabus famulorum, famularũque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quib⁹ fidei christiane meritum cõtulisti dones ⁊ premium: p.

Comu. Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eternũ, quia pius es: pro quorum cõmemoratione corpus Christi sumitur: dona eis requiẽ sempiternam, ⁊ locum indulgentie cũ sanctis tuis in eternum, quia pius es.

Cõ. in tẽpore resur. Absolue domine animas eorum ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitati respirent.

Post cõm. Absolue, pro masculo. quesumus dñe, animã famuli tui ab õni vinculo delictorũ: vt in resurrectionis gloria inter sanctos, et electos tuos resuscitat⁹ respiret: p.

Post Commu. pro femina.

Inueniat, quesumus, domine, anima famule tue lucis eterne cõsortiũ: cui⁹ perpetue misericordie cõsecuta est sacramẽtum: p.

Pro oib⁹ defunctis. Post cõ

Animabus, quesumus dñe, famulorum, famularũque tuarũ oro proficiat supplicãtium: vt eas et a peccatis omnib⁹ exuas, ⁊ tue redẽptionis facias esse participes. Qui vi.

Missa p epis defun ctis. Oro.

Deus, qui inter aplicos sacerdotes famulos tuos põtificali dignitate vigere fecisti: presta qs, vt eorũ quoque perpetuo aggregẽtur cõsortio: p.

Sacr

Suscipe, dñe que sumus, pro animabus famulorum tuorũ põtificũ sacerdotũ, quas tibi offerim⁹, hostias: vt quibus sacerdotale, ⁊ põtificale donasti mysteriũ dones ⁊ premiũ: Per dñm.

Post cõm.

Da veniam, dñe Deus, per hec sancta mysteria animabus famulorũ tuorũ põtificum, sacerdotum: vt occursũ non terreantur malo, sed tuo semper protegãtur auxilio: Per.

Missa pro sacerdote. Oratio.

Da nobis, qs dñe, vt animam famuli tui N. sacerdotis, quã de hoc seculo edu

eduxisti laborioso certamine, sanctorũ tuorũ cetui iubeas esse cõsortẽ: p. Sacra.

Annue nobis, Dñe, vt anime famuli tui. N. sacerdotis hec prosit oblatio: quã immolãdo, toti⁹ mũdi tribuisti relaxari delicta: p.

His sacrificijs, Post cõ. qñs omnipotens de⁹, purgata anima famuli tui. N. sacerdotis ad indulgentiam, ⁊ refrigeriũ sempiternũ peruenire mereatur: p.

Missa p pře, ⁊ matre. Orõ.

Deus, qui nos patrem, et matrem honorare precepisti, miserere clementer animabus patris, ⁊ matris mee, eorũqꝫ peccata dimitte, meqꝫ eos ĩ eterne claritatis gaudio fac videre: p.

Suscipe sacrifi- Sacra. ciũ, Dñe, quod tibi pro animabus patris, ⁊ matris mee offertur, eisqꝫ gaudiũ sempiternum, et locũ pacis tribue, meqꝫ cũ illis felicitatis sctõrũ cõiunge: p. Post c.

Celestis participatio sacramenti, quesum⁹ domine, animabus patris, et matris mee requiem, ⁊ lucẽ obtineat perpetuam, meqꝫ cum illis gratia tua coronet eterna: Per dominum nr̃z.

Missa pro parentib⁹. Orõ.

Animabus, qñs dñe, famulorũ, famularũ, qꝫ tuarũ misericordiã cõcede perpetuã: vt eis pficiat in eternũ, qd̃ in te sperauerũt, ⁊ crediderũt: p. Sacra.

His, qñs, dñe, placatus intende muneribus: ⁊ quod ad laudẽ tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat delictorum: Per. Post cõ.

Supplices, quesumus, dñe, pro animabus famulorum, famularumque tuarũ preces effundimus obsecrãtes: vt quicquid conuersatione contraxerunt humana, ⁊ clementer indulgeas, ⁊ in tuorum sede letantium constituas redemptorum: per dominũ nr̃m. ¶ Missa pro benefactoribus. Oratio

Omnipotens, sempiterne deus, cui nunqꝫ sine spe misericordie supplicaẽ, ppitiare animab⁹ famulorũ, famularũqꝫ tuarꝫ: vt qui de hac vita ĩ tui nominis cõfessione decesserunt, sãctorum tuorum numero facias

aggregari: Per. Sacra.

Propitiare, quesumus, domine, animabus famulorum, famularumque tuarum, pro quibus tibi hostias placationis offerimus: et quia in hac luce in fide manserunt catholica, in futura vita eis eterna retributio condonetur: p. Post.

Presta, quesumus omnipotens deus, vt animas famulorum, famularumque tuarum ab Angelis lucis susceptas in preparata habitacula deducifacias beatorum: p. ¶ Missa pro anniuersario. Oratio.

Deus indulgentiarum domine, da famulo tuo, cuius anniuersarium diem depositionis commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, ac luminis claritatem: Per. Sacra.

Propitiare, domine, supplicationibus nostris pro anima famuli tui, cuius hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerimus sacrificium laudis: vt eam sanctorum tuorum consortio sociare digneris: Per. Post com.

Suscipe, domine, preces nostras pro anima famuli tui: et concede, vt, si que ei macule de terrenis contagijs adheserunt, remissionis tue misericordia deleantur: Per. Missa pro septenario. Oro

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere, propitiare animabus famulorum tuorum, et omnia eorum peccata dimitte: vt mortis vinculis absoluti transire mereantur ad vitam: p. Sacr.

Hostias tibi, domine, pro animabus famulorum tuorum humili supplicatione deferimus: vt per hec salutis nostre sacrificia perpetue beatitudinis gloriam consequantur: Per dominum. Post com.

Ascendant ad te, domine, preces nostre, et anime famulorum tuorum gaudia eterna suscipiant: et quos fecisti adoptionis participes, hereditatis tue iubeas esse consortes: Per. ¶ Missa pro defunctis desyderantibus penitentiam. Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, in cuius humana conditio potestate consistit, animas famulorum tuorum ab omnibus absolue peccatis: et penitentie fructum, quem voluntas eorum optauit, pre-

preuentu mortalitatis non perdant: per. Sacra.

Atisfaciat tibi, dñe quesumus, pro animabus famulorum tuorum sacrificij presentis oblatio, et peccatorũ veniã, quam quesierũt, inueniant: vt quod officio lingue implere non potuerũt, desyderate penitentie com pensatione percipiant: per.

Deus, a quo spe- Postco ratur, et datur omne, quod bonum est, tribue per hec sancta, que sumpsimus, vt, sicut animabus famulorum tuorum penitentiã vel le donasti, sic indulgentiam tribuas miserat⁹ optatã: p.

¶ Missa pro hijs, qui in cemeterio requiescũt. Oratio

Deus, cuius miseratiõe anime fideliũ requiescunt, famulis, et famulabus tuis omnibus hic, et vbique in Christo quiescẽtibus da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine letẽtur: per dominum. Sacra.

Pro animabus famulorum, famularũq3 tuarum hic, et vbique in Christo quiescentium hostiam, dñe, suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrende mortis exute vitam cõsequãtur eternam. Post cõmu.

Deus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris, et da famulis, et famulabus tuis, quorum corpora hic, et vbiq3 in christo requiescũt, refrigerij sedẽ, quietis beatitudinẽ, ac luminis claritatẽ: p. ¶ Missa generalis scti Augustini pro viuis et defunctis. Orõ.

Omnipotens, sempiterne deus, qui viuorũ dominaris, simul et mortuorum, omniũ que misereris, quos tuos fide, et opere futuros esse pnoscis, te supplices exoramus: vt, p quibus effundere preces decreuimus, quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tue clemẽtia omnium delictorum suorum veniam, et gaudia consequi mereãtur eterna: per dominum nostrum Jesum.

Deus, cui soli co- Sacr. gnitus est numerus electorũ in superna felicitate locãdus, tribue, quesumus: vt intercedentibus omnib9 sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione cõmendatos suscepimus: & omnium fidelium nomina beate predestinationis liber ascripta retineat: Per dñm. Post cõ

Purificent nos, quesumus omnipotẽs, & misericors deus, sacramenta, que sumpsimus: & intercedẽtibus omnibus sanctis tuis, presta, vt hoc tui mysterii sacramentum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam, sit absolutio scelerũ, sit fortitudo fragilium, sit contra õnia mũdi pericula firmamentum, sit viuorum, atq3 mortuorum fidelium remissio omnium peccatorum: P.

Missa pro defunctis fratribus, & benefactoribus nostre congregatiõis. Oratio.

Deus venie largitor, & humane salutis amator, quesumus clementiam tuam: vt nostre cõgregationis frẽs, sorores, ppinquos, amicos, & benefactores nostros, qui ex hoc seculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedẽte, cũ omnibus sanctis tuis ad ppetue beatitudinis cõsortiũ peruenire concedas: Per.

Deus, cuius mi- Sacra. sericordie nõ est numerus, suscipe propiti9 preces humilitatis nr̃e: & animab9 famulorum tuorum fratrũ, sororum, propinquorũ, amicorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui dedisti nominis confessionem, per hec sancta sacramenta salutis nostre remissionem cunctorum tribue peccatorum: Per dominum. Post cõm.

Presta, qm̃s, õnipotẽs, et misericors deus, vt anime famulorum tuorum, fratrum, sororum, propinquorum, amicorũ, & benefactorum nr̃orum (pro quib9 hoc sacrificiũ laudis tue obtulimus maiestati) per hui9 virtutem sacramenti a peccatis omnibus expiate lucis perpetue, te miserante, recipiant beatitudinem: Per.

Missa in honore apostolorũ Petri, & Pauli. Orõ.

DEus, cuius dextera beatum Petrum apostolum ambulantē in fluctibus, ne mergeretur, erexit, et coapostolum eius Paulum tertio naufragātem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, et cōcede: vt amborum meritis ęternitatis gloriam cōsequamur: p.

Sacra. Offerimus tibi preces, et munera, dñe, quę vt tuo digna sint cōspectu, apostolorum tuorum Petri, et Pauli precibus adiuuemur: Per.

Post cōmu. PRotege, dñe, populū tuum, et apostolorum tuorum Petri, et Pauli patrocinio cōfidentem perpetua defensione cōserua: per

Missa pro pastore ecclesię.

Orō. DEus omniū fidelium pastor, et rector, famulum tuum pōtificē nostrum, quē pastorē ecclesię tuę ęesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo, et exēplo quibus preest, proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam: Per.

Sacra. OBlatis, qśs, dñe, placare mūeribus, et famulum tuum pontificē nrm, vna cum commisso sibi grege, salua semper et defende: Per dñm.

Post cōm. HEc nos, qśs dñe, diuini sacramēti perceptio protegat, et famulum tuum pōtificem nrm, quem pastorē ecclesię tuę esse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semp, et muniat: p.

Missa pro rege. O.o. QUęsumus omnipotēs deus, vt famulus tuus rex noster, q tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium a te percipiat incremēta: quibus decenter ornatus et vitiorum monstra deuitare, et hostes superare, et ad te, qui via, veritas, et vita es, gratiosus valeat peruenire: p.

Sacra. MUnera, Dñe, qśs, oblata sāctifica: et vt nobis vnigēiti tui corpus, et sanguis fiant, et regi nostro ad obtinendam animę, corporisqz salutē, et ad peragendum iniunctum officium, te largiente, vsquequaqz proficiāt: p.

Post cō. HEc, dñe, oblatio salutaris famulū tuū regē

nostrum ab omnibus tueaт aduersis: quatenus ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatem, et post illius tempo ris decursum ad eternā perueniat hereditatem: Per.

Missa p amico fideli. Oro.

Deus, qui iustificas impiū, et nō vis mortem peccatorū, maiestatem tuā suppliciter deprecamur, vt famulum tuum de tua misericordia cōfidentem celesti protegas benignus auxilio, et assidua protectione cōserues: vt tibi iugiter famuleт, et nullis tentationibus a te separeт: Per. Sacra.

Hauius, dn̄e, quesumus, virtutem mysterij a proprijs nos mūda delictis, et famulum tuū ab omnibus absolue peccatis: Per. Post cōmu.

Purificēt nos, dn̄e, quesumus sacramēta, que sumpsimus, et famulum tuū ab omni culpa liberum esse cōcede: vt, qui cōsciētie reatu constringitur, celestis remedij plenitudine glorietur: P

Missa p grarū actione.

Deus, cuius mise- Oro. ricordie non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, tue pijssime maiestati pro collatis nobis donis gratias agimus, tuā semper clementiam exorantes: vt qui penitentibus postulata concedis, eosdē non deserens ad premia futura disponas: Per dn̄z. Sacra.

Odorem suauitatis sacrificij huius cum gratiarum actionibus suscipe, quesumus, dn̄e, et presta: vt, quos exaudire, et incolumes seruare dignatus es ab omni in posterum anime, et corporis aduersitate custodias, et in tuo seruitio, et amore cōcrescat: Per. Post co.

Deus, qui neminem in te sperātem nimium affligi permittis, sed piū precibus prestas auditum, petitionibus nostris, uotisq; susceptis gratias agimus, te pijssime deprecantes, vt p hec, que sumpsimus, a cunctis aduersis eripi mereamur: Per dominum.

Missa ad gratiam sancti Spiritus postulandam. Oratio

Deus, cui omne cor patet, et omnis lingua loquitur, et quē nullū latet secretū, purifica per infusionem sancti Spūs

Spiritus cogitationes cordis nostri: vt perfecte te diligere, et digne laudare mereamur: p d.n.J.x.f.t.q.t.v. ⁊ r.i vni. eiusdē spūs. Sacr.

Hec oblatio, dñe, quęsumus, cordis nostri maculas emundet: ⁊ sancti spirit⁹ digna efficiatur habitatio: p d.n.J.C.f.t.q.t.v. ⁊c. Post cōm.

Sacrificiū salutis nostrę tibi offerētes, concede nos, dñe deus, purificatis mentibus sępi⁹ tuę pietatis celebrare mysterium: Per dñm. ¶ Missa pro nauigantibus. Oro.

Deus, qui trāstulisti patres nostros per mare rubrum, et transuexisti eos per aquam nimiam, laudē tui nominis decātātes, supplices deprecamur, vt in naui positos famulos tuos N. ⁊ N. repulsis aduersitatib⁹ vniuersis, portu semper optabili, cursuq₃ trāquillo tu-earis: per dñm. Sacra.

Suscipe, quęsumus, domine, preces famulorū tuorum nauigātium cum oblationibus hostiarum: et per hec tua mysteria cōfidētes ab omnibus defende periculis: Per dñm. Post cōm.

Sanctificati diuino mysterio maiestatem tuā, dñe, supplicit deprecamur, et petimus, vt quos donis cęlestibus facis itleresse, per lignum sancte crucis ⁊ a peccatis abstrahas, ⁊ a periculis cūctis miseratus eripias: Per dominum. ¶ Missa pro tentatione carnis. Oro.

Vre igne sācti spūs renes nostros, et cor nostrum, dñe: vt tibi casto corpore seruiamus, et mundo corde placeamus: Per dñz n.J.C.f.t.q.t.v. ⁊ r. in vnit. eiusdem Spiritus. Sacra.

Dirumpe, quęsumus, domine, vincula peccatorum nostrorum: ⁊ vt sacrificare tibi hostiā laudis absoluta libertate possim⁹, retribue, quę ante tribuisti, et salua nos per indulgentiam, quos dignatus es redimere per gratiam: Per dominum. Post communi.

Domine deus adiutor noster, ⁊ protector, in tribulationibus obsecram⁹ immensam clementiam, et pietatem tuam, vt p auxiliū

gratie tue refloreat caro nostra vigore pudicitie, et sanctimonie novitate: ut zona castitatis succincta, lorica fidei circundata, in resurrectiõe iustorum gaudia te largiẽte percipiat: p. Missa p petitiõe lachrymarũ. Orõ.

Omnipotẽs, mitissime deus, qui sitiẽti populo fontem aque vivẽtis de petra ꝑduxisti, educ de cordis nostri duritia compunctionis lachrymas: ut peccata nostra plangere valeamus, remissionemque peccatorum, te miserante, mereamur accipere: p. Sacra.

Hanc igitur oblationẽ, quã dñe deus noster, quam tue maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitius: et produc cordibus nostris lachrymarum flumina, quib⁹ debita flãmarum incendia valeãt extingui: Per. Post cõmu.

Sacrificiũ, quod tue domine de⁹ obtulim⁹ pietati, nobis ad veniam nr̃orũ proficiat peccatorum, et tue miserationis semper tribuat solatiũ: Per dominũ.

Missa pro devotis amicis, et familiaribus. Oratio.

Deus, qui charitatis dona per gratiam sancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infundis, da famulis, et famulab⁹ tuis, pro quibus tuã deprecamur clemẽtiam, salutem mentis, et corporis: ut te tota virtute diligãt, et que tibi placita sunt, tota dilectione perficiant: Per dominũ. Sacra.

Miserere, quesumus domine, famulis, et famulabus tuis: pro quibus hõc sacrificium laudis tue offerimus maiestati: et per hec sancta superne benedictionis gratiam obtineãt, et glorie eterne beatitudinis acquirant: Per dominum. Post cõm.

Divina libantes mysteria quesumus, domine, deus noster, ut hec salutaria sacramẽta illis proficiãt ad prosperitatem, et pacem: pro quorum, quarumqꝫ dilectione hec tue obtulimus maiestati: Per dominum.

Missa pro seipso. Orõ.

Deus, cui propriũ est misereri sẽper, et parcere, maiestatẽ tuã suppliciter dep-

deprecor: vt mihi veniã largiri meorum digneris peccatorum, et contra inuiſibiliũ inſidias tua protectione munitum ad plenitudinem eternorum peruenire facias gaudiorum: P. Sacra.

HUius, dñe queſo, virtute myſterij ab omnibus me propitiatus abſolue peccatis, ⁊ a cunctis defende benignus aduerſis, tua gratia cooperante, et ab humanis ſẽper exceſſibus retrahar, et per mãdatorum tuorum ſemitas ſine offenſione gradiar, ⁊ ad perfruendam gloriam perẽnitatis, te ducente, pertingere merear: Per. Poſtcõ.

VIuificet me, queſo dñe, participatio tui ſacrata myſterij: et hoc remedio ſingulari ab omnium peccatorum contagione purifica: ⁊ a periculorum digna re me incurſione liberare cũctorũ: per. (pro reliquijs eccleſię:) Oratio.

PRopitiare, queſumus domine, nobis famulis tuis per horum ſanctorum tuorum (quorum reliquię in preſenti habentur eccleſia) merita glorioſa: vt eorum pia interceſſione, ab omnib⁹ ſemper muniamur aduerſis: Per dñm. Sacra.

SUſcipiat clemẽtia tua, queſumus dñe, de manibus noſtris munus oblatũ: et ſanctorum tuorum (quorum reliquię hic habentur) orationibus ab omnibus ſẽper nos munda peccatis: P. Poſt cõ.

DIuina, dñe, libãtes myſteria pro ſanctorum tuorũ (quorum reliquię hic habẽtur) veneratione tuę obtulimus maieſtati, pręſta, queſum⁹: vt per ea vẽiam mereamur peccatorum, et cęleſtis gratię donis reficiamur: Per dominum. Supplicatio contra peſtilentiã mortalitatis. R.

REcordare, domie, teſtamẽti tui: ⁊ dic angelo percutiẽti, ceſſet iam man⁹ tua: P. Ut nõ deſoletur terra: ⁊ ne perdas omnẽ animam viuam. V. Ego ſum, qui peccaui: ego, qui inique egi: iſti, qui oues ſunt, quid fecerunt? auertatur, obſecro, furor tuus a populo tuo. P. Ut non deſoletur terra: ⁊ ne perdas omnem animã viuã. Finito. R. dicatur ps. Deus miſereatur noſtri. cũ Gloria Patri. Kyrie eleiſon.

Xpe eł. Kyrie eł. Pater nr. ℣. Et ne nos inducas: ℟. Sed libera nos. ℣. Post partum, virgo, inuiolata permāsisti: ℟. Dei genitrix itercede pro nobis. ℣. Angelis suis deꝰ mandauit de te: ℟. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Ora pro nobis beate Sebastiāe: ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo: ℟. Gloriam, ⁊ magnum decorē impones super eū. ℣. Peccauimus cū patribus nostris: ℟. Iniuste egimus, iniquitatē fecimus. ℣. Dñe, non secundum peccata nr̄a facias nobis: ℟. Neq; secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Fiat pax ī virtute tua: ℟. Et abundātia in turribꝰ tuis: ℣. Dñe, exaudi orationem meā: ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum: ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Orō.

Protege, dñe, famulos tuos subsidijs pacis, ⁊ beatę Marię semper virginis patrocinio cōfidentes a cūctis hostibꝰ, ⁊ periculis redde securos. Alia Orō.

Deꝰ qui miro ordine angelorꝝ ministeria, hōiūq; dispēsas: cōcede ꝓpitius: vt, a qbꝰ tibi ministrātibꝰ in celo semper assistitur, ab his interea vita nostra muniatur.

Deus, qui meritis beatissimi, ac gloriosissimi martyris tui Sebastiani pestem hominum mortiferam reuocasti, cōcede propitius: vt, qui eius cōmemorationem colimꝰ, ab omni peste, ⁊ morbo, et tribulatiōe liberemur. Al. orō.

Da nobis, qūs dñe, de tribulatione letitiam: vt qui diu pro peccatis nr̄is affligimur: intercedēte beato Zoylo martyre tuo ī tua mīa respiremus. Alia Orō.

Deus, qui nō mortem, sed penitentiam desideras peccatorum, populū tuum, qūs, ad te cōuerte ꝓpitius: vt dū tibi deuotꝰ extiterit, iracūdię tuę ab eo flagella amoueas. Alia oratio

Respicias, quesumꝰ dñe, populū tuū in afflictiōe clamantem: sed propter gloriā nominis tui tribulatis sucurre placatus: et pacem tuā, ⁊ salutis nostris cōcede tēporibꝰ. Alia Orō.

Defende, quesumus domine, populum tuum in te sperātem, et in tua mīa confi-

confidentem, concede propitius gloriosam virginem Mariam vnigeniti filij tui domini nostri Jesu Christi genitricē, & omnes sanctos tuos, quos pro tui nominis gloria inuocamus, apud te pro nobis peccatoribus exorare: vt eis intercedentibus, plagam, & pestilentiā, quas pro peccatis nostris imminere cognouimus, te miserante, cessare sentiamus.

Deus, a quo Alia oro. sancta desyderia, recta consilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quā mundus dare nō potest, pacem: vt et corda nostra mandatis tuis dedita, & hostiū sublata formidine, tēpora sint tua protectione tranquilla: Per dominum nr̄m.

¶ Supplicatio pro tempore dissensionis regnorum.

Tua est potentia, tuum regnum, Domine, tu es super omnes gentes. p̄. Da pacē, dñe, in diebus nostris. ℣. Creator omnium deus, terribilis, & fortis, iustus, & misericors. p̄. Da pacem ps. Deus misereatur nostri Cum. Gloria patri. Kyrieleison. Xp̄eleison. Kyrieleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Domine, saluum fac regē. ℟. Et exaudi. ℣. Fiat pax in virtute tua: ℟. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Protege, domīe, famulos tuos subsidijs pacis, & beatę Marię semper virginis patrocinio confidentes a cunctis hostibus, et periculis redde securos.

Quęsumus, Alia Oro. omnipotens deus, vt famulus tuus rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omniū a te percipiat incrementa: quibus decenter ornatus et vitiorum mōstra deuitare, & hostes superare, & ad te (qui via, veritas et vita es) gratiosus valeat peruenire. Oratio.

Deus, a quo sancta. vt supra.

¶ Supplicatio pro pluuia postulāda. Respōs.

Exaudiat dominus oratiōes nostras. p̄. Et recōcilietur

nobis, nec nos deserat in tempore malo domin⁹ de⁹ noster. ℣. Det nobis cor omnibus, vt colamus eum, ⁊ faciamus eius voluntatē. ℟. Et reconciliet. ps. Deus misereatur nostri. Cum Gloria patri. ⁊c. Kyriel. Xp̄el. Kyriel. Pater noster. ℣. Et ne nos ℟. Sed libera. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Peccauimus cum patribus nostris: ℟. Iniuste egimus, iniquitatem fecimus: ℣. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis: ℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis: ℣. Rigans montes de superioribus tuis: ℟. De fructu operum tuorum satiabitur terra: ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis: ℣. Domine, exaudi orationem meā: ℟. Et clamor meus ad te veniat: ℣. Dñs vobiscum: ℟. Et cū spū tuo. Orem⁹. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quesum⁹ dñe de⁹, perpetua mentis, ⁊ corporis sanitate gaudere, et gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione a pręsenti liberari tristitia, et ęterna perfrui lętitia. Alia Oratio.

Deus, in quo viuimus mouemur, ⁊ sumus, pluuiā nobis tribue congruentem: vt pręsentibus subsidijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Alia Oratio.

Exaudi, quęsumus, dñe, supplicū preces, et confitentiū tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, ⁊ pacē. Oro. De⁹ a quo sancta. vt supra.

Supplicatio p̄ serēitate. ℟.

Exaudiat dominus orationes nostras. ℟. Et reconcilietur nobis: nec nos deserat intē pore malo dominus deus noster. ℣. Det nobis cor omnib⁹, vt colamus eum, ⁊ faciamus eius voluntatē. ℟. Et reconcilietur. ps. Deus misereatur nostri. Kyriel. Xp̄el. Kyriel. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Post partum virgo inuiolata permāsisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Peccauimus cum patribus nostris. ℟. Iniuste egimus, iniquitatem fecimus. ℣. Dñe non secūdum peccata nostra facias nobis: ℟. Neque secundum iniquitates

nr̄as

nr̄as retribuas nobis. ℣. Stet, domine, vnda fluens. ℟. Et lux tua nobis serenum conferat. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum: ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio. Concede nos famulos tuos. vt supra. Oratio.

Ad te nos, domine, clamantes dignanter exaudi, et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus: vt qui pro peccatis nr̄is iuste affligimur, misericordia tua preueniente, clementiam sentiamus. Oratio. Exaudi, quēs, dn̄e, supplicum. vt supra. Supplicatio contra paganos. ℟.

Domine deus, qui conteris bella ab initio; eleua brachium tuum super gentes que cogitāt seruis tuis mala. ℣. Et dextera tua glorificetur in nobis. ℣. Allide virtutem eorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua. ℣. Et dextera tua. ℣. Deus, quis similis erit tibi? Cum: Gloria Patri. Kyriel. Xp̄el. Kyriel. Pater noster. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Post partum virgo inuiolata permāsisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Angelis suis deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Ora pro nobis sancte Iacobe: ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. ℣. Exurgat deus, et dissipentur inimici eius. ℟. Et fugiant. ℣. Domine saluum fac regē. ℟. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. ℣. Saluum fac populum tuum, domine, et benedic hereditati tue. ℟. Et rege eos. ℣. Mitte eis domine, auxilium de sancto. ℟. Et de Siō tuere eos. ℣. Domine exaudi oratiōem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Protege, Domine, famulos tuos subsidiis pacis, et beate Marie semper virginis patrocinio cōfidentes a cūctis hostibus, et periculis redde securos.

Deus, Alia Oratio. qui miro ordine angelorum ministeria, hominūque dispensas, cōcede propitius: vt a quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nr̄a muniatur. Alia oro.

Esto, Domine, plebi tuę sanctificator, ⁊ custos: vt apostoli tui Jacobi munita pręsidijs, et conuersatione tibi placeat, et secura mente deseruiat: Alia Oro.

Omnipotens, sempiterne deus, miserere famulo tuo N. Regi nostro, ⁊ dirige eum secũdum clemẽtiam tuam in viam salutis ęternę: vt te donante, tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat. Alia Oro.

Omnipotens, sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, ⁊ omnia iura regnorum, respice in regis nostri, et regni Christianorum benignus auxilium: vt gentes paganorum, quę in sua feritate confidunt, potẽtię tuę dextera cõprimantur: Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Supplicatio pro pace. ℟.

Tua est potentia, tuum regnum, domine: tu es super omnes gentes. ℣. Da pacem, Domine, in diebus nostris. ℣. Creator omnium Deus, terribilis, ⁊ fortis, iustus, ⁊ misericors. ℣. Da pacem, domine. Et finito. ℟. dicatur. ps. Deus misereatur nr̃i. cũ Gl̃ia pr̃i. Kyrie el. Xp̃e el. Kyrie el. Pr̃ noster. ℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libera nos. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Domine, saluum fac regem. ℟. Et exaudi. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Dñe, exaudi orõnem meã. ℟. Et clamor meus ad te vẽiat. ℣. Dñs vobiscum: ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio. Protege, Dñe, ⁊c. vt sup. Oro. Quęsum⁹, omnipotẽs de⁹, vt fa. vt sup. Oratio. Deus, a quo sancta desyde. ⁊c. vt supra. Et in fine dicatur. Oratio.

Et famulos tuos, regẽ et reginã, ⁊ principem, nostros cũ prole regia ab omni aduersitate custodi, ⁊ ab ecclesia tua cũctam repelle nequitiam, ⁊ pacẽ tuã, ⁊ salutẽ nr̃is cõcede tẽporibus: per Christũ dñm nr̃m. ℟. Amẽ.

¶ Registrum.

✠ a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n. o.p.q.r.s.t.v.x.y.z. A.B.C. D.E.F.G.H.J.K.L.M. N.O.P.Q.R.S. Omnes sunt quaterniones præter ✠. qui est quaternus ⁊ R S. qui sunt ter[illegible]

o min⁹ vo bis cũ:

Et cũ spiri tu tu o.

nitium san cti euan-

geli j se cun du m

Matthe- um. Glo ria

ti bi do mine.

Liber generati o nis

Jesu Chri sti, fi li

j Dauid, fi li j

A braam. Abraã autẽ

genui t Jsaac. Jsaac

autem genu it Jacob. Ja-

cob autem ge nu it iudaz,

e t frẽs e ius. Judas

autẽ genuit phares, ⁊ za-

ram de thamar. Phares



autem ge nu i t



Ef ron. Efrō autē ge



nuit Arā. Arā aūt ge nuit




Aminadab. Amiadab au-




tem genu it Naasō. Naasō




autem ge nu it



Sal mō. Salmō au-




tem genuit Booz de Raab




Booz aūt genuit Obet ex



Ruth. Obeth autē genuit




Jesse. Jesse autem genuit



dd regē. Dd au tē rex ge-




nu i t Salomonē ex



ea, q̄ fu it Uri



e. Salomō au tē genuit



Roboā. Roboas autem ge-




nu it Abiam. Abi-



as aũt genuit Asa. Asa



aũt ge nu it Josaphat



Josaphat autem genu-



it Jorã. Joras autẽ ge-



nu i t O zi a.



Ozias autẽ genuit Joathã




Joathas autem genu it




Achaz. Achaz autẽ genu-




it Ezechiã. Ezechias au-




tem genu it Manassem.




Manasses autem ge nu-




it A mõ. Amõ



autẽ gẽuit Jo si ã. Josias



autem genuit Jeconiã, e t



frẽs e ius in trans-

migrati o ne Babylo

nis. E t post trāſmigra

tione in Babylonis iecho-

nias genuit ſalatiel. Sala-

tiel aūt genu it zorobabel.

bel. Zorobabel autem ge

nu it Abiudt. Abi-

udt autē ge nuit eliacim.

Eliacim autem genu-

it azor. Azor au tē ge

nu i t Sa

doch. Sadoch autē ge

nu it Achiz. Acim au

tem ge nu it eliud. Eli-

ud aūt ge nuit ele

azar. Eleazar autem genu-

it Matthā. Matthā autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ. De qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Remedium p… o… us occurrētibus in Missa.



I quis post inceptā missam habeat conscientiam, quod non sit sacerdos rite ordinatus?

Si est ante consecratiōem, dimittat missam imperfectam, aut conscientiam deponat. … i post consecrationem procedat: Et postea superiorem suū accedat, ꝛ casum ei exponat.

i quis post missam inceptam recordetur, se esse excommunicatum, aut irrigularem?

i cōtingat hoc ante consecrationem, totius est, vt missam deserat, nisi graue scandalum timeatur: si est post consecrationem, procedat cum humilitate cum proposito petendi absolutionem, ꝛ satisfaciendi.

i sacerdos post missam inceptam, vel ad incipiēdum est preparatus, recordetur peccati mortalis, de quo non est confessus?

Debet peniteri cum proposito confitendi, ꝛ satisfaciendi: ꝛ si habere potest confessorem, cōfiteatur statim: nisi immineat scandalum.

i quis post missam inceptam, recordetur se ieiunium soluisse?

i ante consecrationem, totius est, quod cesset: nisi graue scandalum timeatur. i post consecrationē, procedat: ꝛ perficiat.

Quid, si sacerdos post missam inceptā moriatur, vel in talem debilitatem, vel infirmitatem incidat, qđ non possit perficere?

i aliquod istorum contingat ante consecrationem, non est necessarium, quod missa per alium perficiatur: i vero aliquod predictorum contingat post consecrationem corporis, ꝛ ante consecrationem sanguinis, vel post consecrationem vtriusque, tunc debet suppleri, ꝛ perfici missa per alium dispositum: i autem hoc contingat in prolatione verborum cōsecrationis corporis, verbis iam in parte pronunciatis, similiter perficiatur per alium, qui incipiat ibi (Qui pridie) ꝛ si illud contingat in consecratione sanguinis, incipiat ibi (imili modo) ic etiam agendum videtur, cum dubitatur, vtrum prior sacerdos incepit verba consecrationis proferre: ꝛ non perfecerit, nec reputandum est tunc fieri iterationem, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum.

i celebranti per nares sanguinis erumpat, vel fluere incipiat?

Pausare debet reclinando, vel sedendo, donec fluxus cesset: cauere autem debet ne vestes, vel aliqua

facra per sanguinem coinquinentur, recipiendo illum in aliquo vase, vel pãniculo, prout discretionis sue melius conuenire videtur. Si autem ille fluxus restingui non possit, nec sacerdos officium perficere, tunc agendum est, vt in casu proximo.

Si panis non fuerit apositus, vel post appositionem ablatus, & nõ percipitur, donec perueniatur ad verba consecrationis?

R. Apponatur panis aptus, repetatur canon, & fiat consecratio illius.

viii. Si panis positus est fractus, aut habet aliquẽ defectum inormem?

R. Si est ante consecrationem, petat alium: & si nõ inuenitur, procedat: nisi sit defectus ita innormis, vt timeatur scandalum: si est post consecrationem, perficiat missam.

Quid, si deprehendatur aliqua particula in corporali, palla, vel patena, que de hostia consecrata sit resoluta.

R. Diligenter colligatur, & sumatur cum hostia sumenda, vel sanguine ante sumptionem ablutionis.

Quid, si propter frigus, aut aliam causam hostia, vel pars eius ceciderit in calicem de manu sacerdotis?

R. Si tota hostia ceciderit, nihil iterãdum est: sed obseruatis ceteris obseruandis, sumatur simul cum sanguine: si vero pars aliqua in manu remanserit, frangatur illa, & pars vna mittatur in calicem, & procedatur vlterius more consueto.

Quid, si ceciderit hostia consecrata, vel pars eius super terram, vel lapidem, vel pãnum?

R. Statim reuerenter leuetur, & reponatur illic, vnde cecidit, perquiraturque diligẽter, si alique particule de hostia resolute ibi remanserint, que leuentur similiter. Deinde locus vbi hostia iacuit, radatur, & rasa comburatur, cineresque in sacrario reponantur: & si locus non possit conuenienter statim radi, circumligetur, & cooperiatur, ne pedibus tangatur, donec commode radi possit. Si vero super pãnum ceciderit, diligenter excutiatur pars illa super corporale, vel patena, poterit insuper lauari, & aqua lotionis in piscinam mitti: & vbi occurreret casus, quo sacerdos non posset conuenienter, vel sine graui scandalo leuare, vel si est periculum in mora, vt timeretur, quod animal brutum, aut puer sumeret, uel pedibus conculcaretur, vel aliud huiusmodi, tunc debet reuerenter leuari a ministrante, vel alio etiam laico, si non adsit sacerdos, & porrigi ad manus celebrantis.

Quid, si hostia consecrata per ventum, vel aliquo alio modo fuerit amota de altari?

R. Queratur diligentissime, & inuenta reuerenter reponatur, & procedatur in missa: Si vero inueniri nõ possit, accipiatur noua hostia, reincipiatur canon: et consecretur: Deinde procedatur more consueto.

Quid, si consumendum est sacrum corpus christi miraculose appareat sub specie carnis, vel pueri, vel aliqua alia non conuenienti humane refectioni?

R. In tali casu non est sumendum: nec propter hoc sacerdos efficitur transgressor precepti: quo mandatur: vt sacerdos consecrans sumat cõsecratum: quia que miraculose fiunt, legibus non subduntur.

Quid, si in sumptiõe sanguinis remaneat pars hostie in fundo calicis?

R. Cauendum est, ne infundatur vinum, vt cum illo sumatur: quia si cum vino sumeretur, ex quo vinum citius descenderet in stomachum, & preueniret descensum illius partis hostie, tunc iam solutum esset ieiunium, & ita sacerdos nõn ieiunus sumeret, quod in hoc casu fieri non debet: cum aliud facile remedium haberi possit, scilicet, vt digito celebrantis ducatur illa pars ad labium calicis, & inde sumatur, postea digitus sugatur, & abluatur cum vino, & illud etiam sumatur.

xv. Quid, si post sumptionem sanguinis reperiantur alique particule, siue reliquie resolute de hostia?

R. Si certum sit, quod sint resolute de hostia consecrata, & reperiantur ante sumptionem ablutionis, statim sumantur, si post sumptionem ablutionis reperiantur, & sit aliqua ita magna, quod post absque periculo tractari, & reseruari, tunc reseruetur vsque ad proximam celebrationem, in qua cum hostia sumatur, nisi graue scandalum timeatur euenire ex reseruatione: si aũt sint ita parue, quod absq; periculo reseruari non possint, tunc sumantur, non obstante, quod prius sũpta sit ablutio, quia quamdiu sacerdos est in actu perfectionis sacramẽti recollectionis reliquiarum, quidquid fit, dicitur fieri mor, & in continẽti nullo actu contrario intermedio, id est, quasi simul sumeret omnia, antequam censeatur non ieiunus: vbi etiam solutum esset ieiunium, non obstaret, quia preceptum de perfectione sacramenti maius est, vt supra patuit: cautum tamen videtur, vt ante ablutionem diligenter reliquie perquirantur, & sumantur. Si vero dubium sit, vtrum reliquie iste resolute sint de hostia consecrata, vel non consecrata, agatur, vt dictum est cum hac tamen generali intentione, ac cõditione, si sint consecrate.

xvi. Quid, si post sumptionem sacratissimi corporis christi patiatur vomitum?

R. Reuerenter colligantur species panis, si discerni possint, & reponantur in sacrario, vel sumantur ab aliquo, si assit aliquis ad sumendum dispositus absque nausea: et ea, in quibus fuerunt inuente species, comburantur, et cineres in sacrario recondantur.

¶ Quid si post sumptionem sanguinis patiatur sacerdos vomitum, vel ex infirmitate emittat?

Si ibi non possint deprehendi species sacramentales panis, inuoluenda est illa materia cum stuppa, vel panno, ⁊ comburenda, et cineres reseruentur: vt supra.

¶ Quid si loco vini sit aqua in calice, vel alius liquor?

Si sacerdos hoc percipiat ante consecrationem panis, ⁊ vinum haberi non potest, missam deserat imperfectam: si vinum non potest haberi, effundat aquam, et imponat vinum cum aqua, ⁊ procedat: Si vero percipiat post consecrationem panis, ⁊ ante consecrationem vini, ⁊ vinum non possit haberi, procedat nihilominus corpus christi sumendo, absque sanguine, ⁊ missam terminando: sed si possit haberi vinum effundat liquorem, ⁊ preparet calicem, procedat ad consecrationem calicis incipiendo ibi (Simili modo) Si autem hoc percipiat post consecrationem calicis, ⁊ ante sumptionem ⁊ diuisionem hostie, tunc infundat illum liquorē in aliud vas qui propter reuerentiam verborum cōsecrationis mittatur in piscinam, imponatque vinum aqua mixtum in calice: quo facto, accedat ad consecrationem sanguinis reincipiendo ibi (Simili modo) Deinde procedat. Si hostia sit diuisa, ⁊ pars missa in calice, tunc caute extrahat illam, ⁊ ponat super patenam, ⁊ liquorem effundat in aliud vas, quem postea sumat post ablutionem propter reuerentiam hostie consecrate posite in ipso. Deinde ponat vinum cū aqua, ⁊ reincipiat (Simili modo) procedendo a consecratione sanguinis: ⁊ quia illa pars hostie non potest benē tractari propter humectationem, ideo capiat aliam partem hostie nō humectatam, ⁊ cum verbis ac signis cōsuetis mittat in calicem ⁊ partem vero humectatam sumat cum alia parte non humectata, ⁊ procedat. Si vero predictum liquorem percipiat post sumptiōem corporis ante gustationem ipsius liquoris, fiat sicut prius: sed si liquorem illum sumere incipiat: ⁊ adhuc in ore teneat: vel partem deglutierit: dūmodo pars hostie in calice remanserit: emittat discrete ex ore in aliud vas, ⁊ extrahat partem hostie: ⁊ agat vt supra.

Si autem partem hostie in os susceperit: non tamen trasglutierit: discrete: ⁊ caute totum emittat ex ore in calicem: Deinde extrahat partem hostie: vel particulas: ⁊ eat, vt supra. Si vero partem hostie cum liquore sumpserit: tunc apponatur vinum: cum aqua reincipiendo ibi (Simili modo) consecret vinum vsque (Hec quotienscunque feceritis) ⁊ recipiat sacratissimū sanguinem: quod fieri debet prudenter, ⁊ caute: nec obstat, quod non sit ieiunus: quia preceptum de perfectione sacramenti maius est: quam quod a ieiunio sumatur.

¶ Quid si positum est vinum corruptum?

Quia vinum corruptum speciem vini: atqꝫ substantiam amisit: sicut mutatio accidentium demonstrat, ideo non est consecrabile: cū ergo percipiatur esse corruptum: aliquo modorum expressorū in dubio precedenti agatur.

¶ Quid, si calix appareat vacuus?

Quam cito percipiatur, imponendū est vinum aqua mixtū: ⁊ procedendū.

¶ Quid, si vinū dispositū sit ad corruptionē non tamen corruptū: tam fetidū, aut immundū?

Si percipiatur ante consecrationē calicis, remoueatur: ⁊ apponatur vinum aptum, si haberi possit: Si autem haberi non possit, vel percipiatur post consecrationem, procedatur: ⁊ perficiatur officium.

¶ Quid, si musca: vel aranea aut aliud huiusmodi ceciderit in sanguine?

Animal illud caute debet capi, ⁊ diligenter lauari, ⁊ comburi: ⁊ ablutio cū cineribus in sacrario mitti, ⁊ si absqꝫ horrore, ⁊ periculo sumi possit: sanguis sumatur more consueto. Si autē propter horrorem, vel periculū, vel timorē vomitus sumi non possit: tunc debet infundi in aliud vas ad hoc aptum, ⁊ cum reliquiis reseruari: nihil enim abominabile sumi debet occasione huius sacramenti, ⁊ tunc ne sacramētū maneat imperfectū, debet aliud vinū aqua mixtū in calicem poni, ⁊ vlterius procedi eo modo quo superius.

¶ Quid si sanguis effundatur per negligentiā non ex toto, sed in parte, vel stillauerit de calice?

Quocunque sanguis ceciderit extra calicem, statim, ⁊ reuerenter colligatur discretiori modo, quo fieri poterit, ⁊ in calice refundatur: Si autem colligi nullatenus possit: cito lambatur, vel sorbeatur: aut sugatur per sacerdotem, ne fluat, vel imbibatur rei, super quam ceciderit: nec obstat, si nondum sumpsit corpus christi, quia necessitas hic exigit, vt sanguis sumatur ante corpus. Si vero sacerdos non possit hoc tam celeriter facere, vel vbi graue scandalum timeretur: si ipse hoc faceret: tunc potest, et debet ministrans: si sit dispositus ad minus per veram contritionem, ⁊ propositum confitendi, hoc facere: ⁊ precipue si celebrans verbo, vel signo hoc iubeat: ⁊ si ministrans non sit dispositus, poterit et debet hoc alius dispositus facere, etiam si sit laicus (necessitate ad hoc cogente) melius enim est id facere, quā quod in ormi sit ireuerētia sacramento: si preterea sanguis ceciderit in terrā, vel super tabulam, aut aliud huiusmodi post actionē carū, que dicta sunt, radatur locus, quem tetigit, ⁊ quod rasum

fuerit contaminata, et cineres recondantur in sacrario: Si autem linthea altaris tetigerit: fiat post predicta, trina lotio cum aqua munda calice supposito, ut in illo aqua ablutionis recipiatur: Si tamen propter maculam summi non possit, mittatur in piscinam: Si vero uestem non consecratam tetigerit: post trinam ablutionem rescindatur illa pars, et reponatur in sacrario.

¶ Quid, si post sumptionem sanguinis deprehendat sacerdos aliquam guttam vini adherere calici, aut alibi?

℟ Si certus sit de consecratione istius gutte, lābat, ut supra: Si dubitet, faciat hoc sub conditione.

¶ Quid agendum, si sacerdos non recolat se dixisse verba cōsecrationis, vel alia, que in consecratione huius sacramenti dici debent:

℟ Si certus sit se omisisse aliquid eorum, que sunt de necessitate cōsecrationis, reincipere debet a forma consecrationis, etc. per ordinem resumere, ne immutetur ordo sacrificij. Si vero probabiliter ei constet, se aliquid omisisse, quod non est de necessitate sacramenti, procedat sine repetitione. Si autem nullum istorū sit, sed solum non recolit se dixisse, nō debet ex hoc mente perturbari, sed ulterius procedere: non enim qui multa dicit, semper recolit omnium, que dixerat.

¶ Quid si post missam inceptam viderit excommunicatum, qui non vult exire?

℟ Si incepit canonem, procedat usque ad communionem inclusiue, et finiat missam loco secreto.

¶ Quid, si dum celebrat sacerdos, ponitur interdictum.

℟ Finiatur missa ianuis clausis, interdictis exclusis cum ceteris requisitis: Si non potest fieri, fiat, ut in proximo dubio.

¶ **Finis.**

¶ Explicit **Missale** diuinorum **officiorum** secundum ritus, et consuetudinem alme eclesie **Hispalensis** iussu admodum obseruandi, ac illustrissimi dni **Ferdinandi valdesij** eiusdē ecclesie **Archiepiscopi,** ac in regnis catholice maiestatis summi pietatis, et fidei vindicis post omēs alias editiones accuratissime emēdatum, ac castigatū: authoritate humanissimi Propresulis **Joannis ouādi** ceptū, ad summā deniqz manū per quā obseruandi **egidij cevadille** successoris pietite deductū: Impressumq; **Hispali** in officina **Joānis gotherrij** typographi āno a partu Virgineo millesi. quingētesi. sexagesi. quinto, decimo sexto calēdas **Septēb.**

